JOH HENRICI HOTTINGERI D.

ENNEAS

Dissertationum Philologico-Theologicarum HEIDELBERGENSIUM.

De

1. Libris veteris Testamenti supposititi s, Prophetia præsertim *Enochi*, & Samaritanorum *libro Josuæ*, indeque deducto Compendio Theologiæ Samaritiicæ.
2. Δοκιμασία Abrahami, ex *Genes.22.*
3. Paradiso.
4. Ministerij Ecclesiastici Necessitate.
5. Baptismo.
6. Melchisedeco; annexâ brevi Apologiâ, contra Labbæum Jesuitam.
7. Causis Cœnæ Dominicæ, cui subjungitur specimen Analyseos sacræ, de sensu verborum; *Hoc est Corpus meum.*
8. *Leone Allatio*, nimiæ temeritatis convicto; & perpetuo Ecclesiarum Latinæ & Græcæ dissensu.
9. Subiicitur Compendium Theologiæ Judaicæ.

Quibus accedunt,

Varia ejusdem programmata, & carmina ab eodem vel Rectore vel Decano facultatis Theologicæ conscripta.

TI IRI.

Sumptibus Melchioris Steuffa heri, 1662.

IN CLYTO

REIPUBLICÆ DA VENTRIENSIS MAGISTRATVI,

DOMINIS CONSVLIBVS, SCABINIS, cœterisque Senatoribus;

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis

Enneadem hanc dissertationum Heidelbergensium

D.DD.

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

XVIII.R.1

Magnifici, Amplissimi, Nobilissimi, Prudentissimi Viri,

CUm anno seculi hujus *tricesimo octavo*, in honorifico non minus, quàm jucundo Viri de re literaria præclarè meriti, *D. Johann. Steinbergij*, I.V.D. & Professoris postea in inclyta Groningana Celeberrimi, comitatu, Vestram in transitu salutâssem Daventriam, & in ea, Theologum, tum florentissimum, D. *Nicolaum Vedelium*; Scholæque trivialis Rectorem meritissimum, D. *Quirinum Cellarium*, tantum mox, Urbs Vestra, ocellus Belgij, sui amorem reliquit atque desiderium, ut memoria ejus nunquam, nisi cum maxima delectatione, meam subierit mentem. Insignis jam tum Professorum Vestrorum, atque Doctorum, (quos verò, quantosque circa, & post Reformationem Schola Vestra, Academiarum felicissima æmula, aluerit Heroes, & scripta publica, & ædificia, in quibus, ut cæteros taceam, primi juventutis anni magni *Erasmi* erant formati, testantur) in me fuit humanitas, civium que benevolentia: obscuro quidem mihi tum, eventu vero postea certissimo augurio, arctiori me aliquando vinculo Vestrum futurum, in eaque mihi Schola publicam assignatum iri Professoris Theologiæ provinciam, ex qua discipulus antehac ægrè movi pedem. Annus enim est, ex quo præter omnẽ expectationem, meritum etiam meum, publica me Vos Reipublicę inclytæ Authoritate vocatum Vestrum esse voluistis. Quam quidem vocationem tantò majori habui loco, quantò lautioribus eam per publicum cursorem, mihi obtulistis conditionibus; quantóque vel à suspicione ambitus, gemino adhuc vocationis publicæ, Heidegensis & Tigurinæ nexu constrictus, fui alienior. Cùm e, *Proceres Magnifici*, æterna me Vobis affectus gratiosissim orare volueritis arrha, ego quo-

quoque, cogitare, ab eo tempore, quantum in me erat, seriò cæpi, ecquodnam vel æternitatis monumentum expectari, vel gratæ mentis testimonium offerri à me posset; cũq; hæc Exercitationum Heidelbergensium Enneas, adjectis quibusdam Programmatibus publicis, ceu renascentis tum Academiæ Heidelbergensis indicibus, signa videretur, quæ pro more, sub lætis Patronorum prodiret auspiciis; Vos, qui limen atque frontispicium illius & ornaretis, & contra malevolorum perversa distortaque judicia muniretis, sustinim occurristis. Neque vero hunc meum Vobis probatum in dubito conatum, tùm, quod publico hoc Syngrapho me Vestrum fateor debitorem, tum quòd ipsi, sive materiæ varietati, sive concisæ tractandi Methodo aliquam apud Eos, quibus hæc studia curæ esse publice constat, polliceri audeam gratiam. Hæc enim solicitudo hactenus Vestra fuit pia, ut non sobriæ tantùm & masculæ Theologiæ essent inebriati nectare, sed & philologiæ sacræ succo imbuti; quales, ut ne longius abeundo, inopiam in tanta prodamus copia, hodie etiam Vobis supersunt viri ἀντάξιοι πολλῶν, Reverendi & Clarissimi, D. *Henricus à Diest*, & D. *Antonius Perizonius*, Theologiæ Doctores & Professores Celeberrimi) Scholæ Vestræ Theologicæ Antecessores. Quod superest, Deum Ter-Opt. Max. supplex veneror, ut Ecclesiæ, Scholæ, Reiqúe Vestræ publicæ porrò benedicat; eaque Orthodoxiæ Templum, justitiæ tribunal, Literarum Emporium, Afflictorum asylum, deinceps esse jubeat, per Dominum nostrum Jesum Christum; Amen. Ego verò, qui fui hactenus, ero constanter & sincerè

In suburbano meo Pacimontano
Die 18. Augusti 166

Magnifici, Nobiliss. Ampl. Nominis Vestri
observantissimus

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS S.S. Theol. Doctor, Professor, Scholæ patriæ p.t. Rector, & SERENISS. ELECTORI Palatino, &c. à Consiliis Ecclesiasticis.

DISPUTATIO. I.

DIgna sane verba B. Apostoli Petri, quæ dissertationis nostræ de V.T. Pseudepigraphis, cujus nobis occasio ex ordinariis nata est exercitiis domesticis, quamque Respondenti nostro, sponte illam flagitanti, tantò lubentius concessimus, quantò mestis Theologica, ut uberrima est, hanc etiam faciem Criticam facilius admittit, muniant vestibulum: *οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν. Non enim arte compositas fabulas secuti, notam vobis fecimus Domini nostri potentiam & adventum, 2. Pet. 1, 16.*

II. Emphaticè, fabulas vocat σεσοφισμένας, quas alii *Sophisticatas* vertunt, i.e deceptioni accommodatas; alii *doctas*, ut Vulg. alii עבידין באומנותא *artificiosè compositas*, ut Syr. alii *fucatas, palliatas, adulteras*, ut Arab. כראפאת ממוהה חכמתהא *deliria, obducta sapientiâ*. Valdè appositè, propriè enim מוה *est argento, vel auro illinere æs*; Synecd. *adulterare, fucare*. Æth. habet מחדמת טבב *fabulam eruditionis*. Vtrum horum placeat, perinde fuerit. Intelligit enim omninò Apostolus fabulas, quæ & *subjectivè* speciem aliquam præ se ferunt σοφίας, *& effectivè sunt* σεσοφισμέναι ad Sophisticam deceptionem compositæ.

III. Harum fabularum nomine quid Apostolus intelligat, ex oppositione facilè est colligere; cùm inquit: ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος, *sed ut qui oculis nostris aspeximus illius Majestatem.*

IV. Notum enim est, Scholam Iudaicam à multis jam retrò seculis, præter Verbum Dei ἔγγραφον, aliud agnovisse & veneratos fuisse verbum ἄγραφον, quod non pari modò, sed & superiori cum ἐγγράφῳ habuerunt loco. *Kabbala* vulgò appellatur, duabus Talmudis absolutæ partibus, *Mischnâ & Gemarâ.*

V. Harum traditionum ἀγράφων frequentis in Scriptura N. Testamenti occurrit mentio, præsertim *Matth.* 23. *vers.* 21. ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις &c. ubi ἀρχαίοις nomine; ראשונים *antiquiores* intelliguntur, non Prophetæ, sed

 sequio-

sequioris seculi Doctores, qui ordini Prophetico non ratione muneris, sed temporis respectu successerunt. Ita *Matth.c.15.v.15.* παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν θεοῦ, διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; Eam postea subjicit Servator Traditionem, de cujus sensu eruendo ex antiquitate Iudaica alibi laboravimus. Quod verò locum *Rom.3.vers.2.* ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, de verbe ἀγραφω ex Patribus nonnemo explicat, probare non possum [illegible] omine λογίων " מצמרות *Verba Domini*, i. e. Scriptura, Verbum Dei; lite [illegible] pressum usitato in Scholis Iudæorum termino, rectiùs intelligitur.

VI. Quanquam verò dubitandum non sit, plurima, q[illegible] ad Historiam pertinent & ritus, ἀγράφως olim Synagogæ veteri fuisse trad[illegible] cujusmodi manifesta tum alibi, tum in Epistolis Pauli de Ianne & Iambre, supplicio flagellationis, anathemate Maranatha &c. occurrunt vestigia; negari tamen non potest, quòd ea paulatim hoc nomine irrepserint, quæ veram pietatem valdè obscurârunt, veritatemque Dei in varias converterunt fabulas. Atque hæc causa est, quòd Apostolus Paulus fideles suos graviter dehortatus sit, μὴ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις, quorum utrumque Talmudistarum Veterum erat studium. *1.Timoth.1.v.3.* non quidem legendo eos, ut vel vites, vel, quod bonum est, retineas, sed vel diutius immorando, vel religiosius, Iudæorum exemplo venerando. Easdem ματαιολογίαν appellat v.6. νόσον περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, c.6.v 4. βεβήλους κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, v. 20. ἔκδηλον ἄνοιαν, *2.Timoth.3.9.* Μωρὰς ζητήσεις, γενεαλογίας, ἔρεις καὶ μαχὰς νομικὰς, qua postrema voce digitum ad studia Iudæorum Talmudica clarissime intendit.

VII. Sed præter Traditiones istas, publicè inter Iudæos, Pharisæos seu Rabbanitas (alia enim Sadducæorum, postea & Karræorum ratio fuit) receptas, alia se[illegible], specioso Patriarcharum & Prophetarum nomine insinuârunt Scripta, quæ iterum duorum sunt generum, alia *Apocryphorum*, vulgò in Theologorum Scholis nomen sortiuntur, cujusmodi sunt libri Tobiæ, Iudith, Macchabaici, quibus inter verè sacros & merè profanos tertius quidam assignatur locus; alia a[illegible]ertè ψευδεπίγραφα sunt, & tum ratione *causæ efficientis* supposita, tum *[illegible]* t plurimùm noxia, & ad imponendum composita.

VIII. De *prioris* or[illegible] is scriptis, alibi à nobis actum est; *posteriora* juxta seriem ætatis considerat[illegible] discrimine excutiemus. Alia enim ψευδεπιγραφία *subjectiva* est, alia *o*[illegible] *va*. *Illa* personarum propriè, *hæ* rerum sive materiæ. In illis scriptori[illegible] ais scripti fides desideratur, aut certitudo.

IX *Sub*

IX. *Subjectiva* ψευδεπιγραφία ea est, cùm simpliciter (a) Patriarchæ & Prophetæ, vel alii etiam, sive illustres, sive obscuri viri eorum, malitiosè, aut insidiosè finguntur scriptorum authores, quæ tamen vel nuspiam apparent, vel apertè sunt spuria, characteribus suis insitis notata.

a. Sic Arabes Adamo 21. assignant libros; de quibus Hist. Orient. p. 22. Setho etiam antiquitas columnas duas, quibus disciplinæ inscriptæ, vindicat; Sethiani, *Epiph.* teste septem ei tribuebant libros. Plura vide *Sixt. Senens. Bibl. Sanct pag. 44.*

X. *Objectiva* ψευδεπιγραφίαν eam appellamus, cùm vel libris, scriptis, pericopis, operum in Scriptura Sacra fit mentio, authores affinguntur incerti aut manifestè nothi; vel falsa & commentitia pro veris & genuinis supponuntur.

XI. *Agmen* in hoc genere *ducit Enochus, Patriarcha antediluvianus, cui antiquitas duum generum scripta tribuit, sacra & profana: Et illa iterum vel* a *Didascalica sunt, vel* b *Prophetica.*

a. Citat *Origen.* Homil. 28. in lib. Num. *Enochi libros*, quibus comprehensa fuisse ait, secreta de nominibus non solùm plagarum cœli, sed etiam omnium stellarum atque siderum. Et in *Anacephal.* lib. de Princip. scribit: Librum Henoch materias universas perspexisse, i. e. omnes Materiæ divisiones, quæ ab una in singulas quasque fieret species, nempè hominum, animalium, cœli, solis, & omnium quæ in hoc mundo sunt, quousque perveniret ad imperfectum, i. e. materiam imperfectam absque qualitatibus. *Ita videtur* (sic observat *Genebrard.* Chronol. pag. 14.) *Philosophiam illic divinam & humanam persecutus. Et prout extant apud AEthiopes in regno Reginæ Sabæ Abyssina Lingua, iis etiam tradebantur Dei mandata, Leges, ceremoniæque aliquot de Sacerdotio, Sacrificiis, alióque divino cultu, juxta quas Noë hostias obtulit de animalibus mundis non immundis, Melchisedec Sacerdos Dei, excelsi; libamenta, & panes propositionis, Vulgus vota, primitias & decimas &c.* Vtrum tale quid apud Æthiopes extet, cum ignarissimis juxta ignoro. Asservatur quidem in Bibliotheca *Cardinalis Mazarini* Codex Æthiopicus, cujus Titulus מצחף מסטר סמי ומדה *Liber Mysteriorum cœli & terræ*, & qui, ut ex vita *Peirescii* apud *Gassendum* (vide *Bibl. Orient. pag. 314.*) legere est, pro Enochi habitus est Prophetia sed recentioris ævi scriptum esse, materi atque Methodi ratio abundè satis p[illegible]nt. Placet, quia ἀνεκδοτα hæc sunt, si. nulque exemplum præbent, quà [illegible]lim prodigè Æthiopia etiam fætus ex-

truserit suppositítios, quamque non sit tutum mercibus adeò longè petitis promiscuè adhibere fidem, caput & calcem scripti Æthiopici apponere, paucisque postea ἐπίκρισιν nostrâ de authore & argumento subjicere: בכם אב וולד

ומנפס קדס אמלך דואת מצחף מסטר סמי ומדר זינגר מסטרת וימתר
קדמת ודחרת זיידע מסטר כל פטרת זכם תפטר בבצתה ותמהר אב
בחילה מכאל ולבו אמחב תמה סמי ומלאכו התפנו חבהם (הכדסבא (alij
ברהנו ויבל סמע א ר מטנת ואטיקתכל לכם יתלו נגר באנת
מסטר מלכת אד ב אמקדם ולד ואהל ולד אמקדם אב ואהל מנפס
קדס קדם אב וולד הלותם *In nomine Patris & Fi & Spiritus San ici Dei. Hic est liber Mysteriorum cœli & terræ qui enarrat myster qui concisè refert primum & novissimum, qui recenset mysterium omnium Creaturarum; sicuti creatæ fuerunt quæque suo ordine; quæ didicit Aba Behaila Michael, & intellexit à Tambana Basamai*; Lexi. Polygl. a vigili nostro cælesti; *Angelus autem, qui missus fuit ad lucidum dixit ei. Audi, narrabo tibi ab initio, & certiorem te faciam omnium, sicuti sequuntur, rerum. De mysterio divinitatis. Non est Pater ante Filium, neque est Filius ante Patrem, neque est Spiritus Sanctus ante Patrem & Filium; sed sunt,* &c. *Calx* verò scripti hujusceimodi est: זקבא חפסחת

אמאלכמך אמאל כמך יב אמנבית בהל ואמלכך יבל באנת זלבס שג
סבא ראך כם שלם אראי בזן וללהן יב אגזיא אנז ירא סלסה עער
כמי חב אבי ואביכם חב אמלככם יב דות באנת שלס לת סבחת
לונת גבר כל פטרת לעלם עלם אמן ואמן *Oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.* Præ consortibus tuis, *inquiens, de Prophetis locutus est*; & Deus tuus, *inquit propterea, quòd induit carnem humanam. Vidi, quòd Trinitatem suam ostenderet, per hoc qu que. Et ipse quoque Dominus noster ait, quo ostenderet Trinitatem uam: Ascendo in cœlum ad Patrem meum, & Patrem vestrum, & Deum vestrum; inquit David de Trinitate. G ri i fecit omnes Creaturas, in secula seculorum Amen Amen.* s hinc non animadvertit, Scriptum hoc nec Propheticum esse, neque Enochi *lli* nulla rudera, nulla vestigia apparent; de præteritis tantùm loquitur & pletis, non futuris & complendis. *Hujus* verò ψευδεπιγραφία manifes t tum ex *authore*, tum ex *argumenti*

mento. Ille se cum Præceptore suo manifestè prodit. Præceptorem exprimit geminum, alterum *mediatum* Angelum, more gentis consueto, cui solenne est Angelica jactare colloquia; *immediatum* verò Tamhanam Basamai alterum. Discipulus, adeoque collector scripti *Aba Bechaila Michael*, qui quo tempore vixerit, non satis constat; Posteriorem tamen, imò multis nato Christo seculis inferiorem esse argumentum, quo & Trinitas, & Christi cumprimis Divinitas Veteris & Novi Testamenti authoritate asseritur, evidenter monstrat. Sit igitur argumento scriptum pium & Æthiopicarum Ecclesiarum rectè de SS. Trinitate, Filiique Deitate sentientium, testimonium; Enocho tamen malè tribuitur.

b. Prophetam fuisse Enochum, unanimis Orientis vox est. Ita *Muhammedani*. Aperta utrorumque suffragia dedimus tum in *Thes. Philol. p. 85. 86.* tum in *Histor. Oriental. pag. 32.* & *Smegm. Orient. p. 239.* Neque verò Apostolica ambigere nos sinit authoritas. Ita enim *Iudas vers. 14. Prophetavit autem & his septimus ab Adam, Enoch, dicens: Ecce venit Dominus, in millibus Sanctis suis; Facere judicium contra omnes, & redarguere omnes impios eorum, de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra eum peccatores impii.* Prophetiam ergò dari Enochi, ἔξω βελῶν, quæritur, qualis illa, ἔγγραφος an ἄγραφος, scripta an tradita? *Prior* sententia est Veterum. Patrum certè non pauci scripti illius, quod Enochi nomine jactabatur, patrocinium susceperunt, directè vel indirectè. *Directè* libri authoritatem Prophetiæ Enochi *Tertull.* lib. de habit. mulieb. c. 3. de cult. fæmin. c. 10. de Idol. c. 4. & 15. & Apologet. c. 22. non defendit modò, sed etiam ab exceptionibus vindicat; *Indirectè* verò, non parùm inter veteres huic scripto tribuere videntur, qui occasionem inde absurdarum hypotheseon, mutuârunt: qualis est de Ἀγγελομιξίᾳ, sive commixtione Angelorum cum hominibus. Quanti hunc librum (scribit *Spencer.* Cantabrig. Not ad lib. V. Orig. cont. Cels. pag. 69.) antiquissimi Patres æstimârunt, [illegible] xinde conjicias, quod Iustinus, Athenagoras, Irenæus, Lactantius, Clem. Alexandrinus, Cyprianus, Tertullianus atque alii (de quibus *Pamel* ad Tertull. pag. 2[illegible].) tum Philosophi, tum Theologi Christiani ex ejus lectio[illegible] dogma de Angelis, qui corporibus assumtis cum filiabus homin[illegible]ere, d[illegible] dicerunt. *Alii* verò *negant*, [illegible]lud, quod Enochi nomen præfert[illegible]ptum Enochi Propheticum esse, aut [illegible]dignum, quod inter libros vel Eccl[illegible]cos referatur. Ita ex Veteribus *Augustin*

gustin. de Civitat. Dei l. 15. c. 23. lib. 18. c. 38. *Chrysost.* in Genes. c. 6 *Hieronym.* in Catalog. Scriptor. Ecclesiast. in *Juda*, expressè apocryphum appellat, additque, ipsam propterea Iudæ Epistolam Canone à quibusdam fuisse exclusam, quod apocrypha contineret: *Origenes* non prorsus authoritatem illius rejicere videtur, Tom. 8. in Johann. lib. 4. de Princip. Homil. 28. in Num. Contra *Cels.* l. 5. p. 267. ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὡς πάνυ φέρεται ὡς θεῖα τὰ ἐπιγεγραμμένα τοῦ Ἐνὼχ βίβλια. *In Ecclesiis omninò tanquam divini recipiuntur Enocho inscripti libri.* Adde Georg. *Syncell.* Taras. Patriarch. ex Euseb. Scalig. pag. 406 ubi plura ab Apostolis ex Apocryphis citata, commemorat. Et certè, tutior est sententia, quæ Enochi Prophetiam παλιγγενεσίας ad Servatoris usque tempora asservatam esse contendit. Ratio 1. Nihil ante Mosen in scripta relatum est, quod Canonicam habeat authoritatem. *Thes. Philol. pag. 535.* 2. Plures ejusmodi Veterum Traditiones tam Historicas, quàm Leiturgicas ἀγράφως in Ecclesia Iudaica observatas, supra jam diximus. 3. Non verisimile, tam pretiosi κειμηλίου jacturam fecisse Synagogam. Neque Providentiæ divinæ, neque officii Ecclesiæ ratio hoc permittebat. 4. Aut qui jam Enochi nomine circumfertur, genuinus est fætus, aut alium ostendant oportet. *Hunc* expectabimus, *illum* pro genuino recipere non possumus. Sive enim *res* spectemus, sive *stylum*, nihil ad Propheticam accedit gravitatem. Quale fuerit libri argumentum, ignotum est, suo tempore scripsit *Sixtus Senens.* Bibl. Sanct. l. 2. p. 64. Edit. Hayan. At ex fragmento, quod tum Scaliger Eusebianis suis inseruit, pag. 406. tum *Kircher.* Oedip. Ægypt. Tom. II. Class. 2. p. 68. 69. luculenter satis patet, argumentum esse, Propheta antediluviano minimè dignum. De Angelis quos Ἐγρηγόρους stylo Chaldæorum & Syrorum (vide *Lexic.* nost. Heptaglott. R. עיר) vocat, ea proponit, quæ nec cum Scriptura, nec sana ratione, nec gravium authorum suffragiis concilari possunt. Tribuit illis 1. γυναικομιξίαν, & eam quidem, ob cujus flagitium Deus diluvii pœnam immisit. Certè, qui sunt futuri ὡς ἄγγελοι, expertes erunt conjugalis consuetudinis, quantò magis ipsi Angeli, S. *Matth. 22. v. 30.* Rectè ergò præter alios crassum hunc erro[illegible]m, scriptor e[illegible]m [illegible]rabicus, Patricid. Alexand. fusè refutavit Hist. Eccles. Vid. Smeg. p. 236. *Traditionem mysteriorum*; Πάντες δὲ οἱ ἤρξαντο ἀνακαλύπτειν τὰ Μυστη[illegible]ς γυναιξὶν αὐτῶν, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν; *Omnes illi inceperunt [illegible]lare mysteria mulieribus & liberis suis.* Nempe φαρμακείας καὶ ε[illegible]ίας. Imò Ἐνὼχ, φησὶν τοὺς παραβάντας

βάντας ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους Ασρονομίαν, καὶ Μαντικὴν, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας; *Enoch*, inquit, *transgressores Angelos docuisse homines Astronomiam, divinatoriam, & cæteras artes*; Clem. Alex. ad fin. strōmat. *Illæ* ne, impietatis officinæ, mysteria Angelis Præceptoribus digna sint? *Hæ*, artes liberales & illiberales Angelos habeant authores, quas Scriptura hominibus expre[illegible] assignat. Et tamen de his Archangeli, apud Deum, conquesti ἐδίδαξε Ἐξαὴλ τὰ Μυςήρια καὶ ἀπεκάλυψε τῷ αἰῶνι τὰ ἐν οὐρανῷ. *Docuit Exael mysteria, & revelavit Mundo, quæ sunt in cælo.* In cælo solent, ποιεῖν μαχαίρας, καὶ θώρακας, καὶ πᾶν σκεῦος πολεμικὸν, καὶ τὰ μέταλλα τῆς γῆς, καὶ τὸ Χρυσίον πῶς ἐργάσωνται, καὶ ποιήσωσιν αὐτὰ κόσμια ταῖς γυναιξὶν, καὶ τὸν ἄργυρον, &c. *Facere gladios, & thoraces, & omnia vasa militaria, & metalla, terræ, & aurum, quomodo operentur, & efficiant illa pulchra mulieribus, & argentum?* Hæc videlicet cœli exercitia sunt! 3. De monte, ἐν ᾧ ὤμοσαν καὶ ἀνεθεμάτισαν πρὸς τὸν πλησίον αὐτῶν; Pseud. Enochus ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἀπόστη ἀπ' αὐτοῦ ψῦχος, καὶ χιὼν, καὶ πάχνη, καὶ δρόσος οὐ καταβῆ εἰς αὐτὸ, *nunquam inde recessurum frigus, nivem, gelu; rorem autem nunquam discessurum in eum.* Vel ad montem Hermon (nam & ab חרם ἀναθεματίζειν nomen habet,) alludit, vel oppositos montes Gilboæ, de quibus vana multorum est traditio, ex maledictione Davidica factum, ut nec rore nec pluvia perspergeretur; sed figmentum esse breviter docuimus. *Not. ad Cipp. Heb. pag. 34.* De rore montis Hermon ipse loquitur Hagio Psaltes, Psalm. 133. vers. 3. Si *stylum* attendamus, observo quidem, magnos esse viros, qui ultimam huic scripto tribuunt antiquitatem, orginemque Hebraicam, *Scalig.* in Euseb. pag. 405. vult, & ex *Hebraismo versum, & vetustissimum esse librum*, à Tertulliano non tantùm citatum, sed etiam ab Apostolo Iuda: *Locus*, inquit *qui in Epistola Judæ de Angelis prævaricatoribus producitur, manifesto ex hoc argumento excerptus est*; sunt & alij qui Christo hunc authorem faciunt anteriorem. Quid [illegible] non deprendo satis perspicua Hebraismi originalis indici[illegible] Ex Iudæorum officina odiisse non multum repugno. Satis proletarium & Iudaico genio aptatum fragmentum. Viderint tamen ali[illegible] nomina Angelorum, quæ ordi- recenset, ad Hebraismum comm[illegible] eferri possint. Sexaginta numerantur Principes, inter quos Ἀπαρκὼφ Θεραμαμῆ, Σαψὶχ, Φάρμαρος,

Ἀγα-

Αναγημας, Σαρηνας, &c. portenta nominum, & quæ nonnisi obtorto collo ad Hebraismum pertrahi possunt. 2. An reliqua Angelorum nomina, ex recepta Synagogæ sententia, de rejectis & repulsis è cœlo, proprio domicilio, Angelis, uspiam occurrunt? In formulis Anathematum, ubi Angelorum bonorum nomina potissimum exprimuntur, reperio Amriel (Pseud-Enochus. Αμαριὴλ) Zuriel (En. Σαριὴλ) Rumiel (Ραμιὴλ) sed inter Angelos Apostatas non referuntur; Præsides esse, vel stellis, vel mensibus in custodes datos, Iudæi confinxerunt. Vide exempla in Not. Vorst. ad *Cap. Eliez.* pag. 230. 3. Repugnat communi Hebræorum hypothesi. Pseud Enochus sexaginta recitat, cœlo ejectos ἄρχοντας, quibus postea flagitium γυναικομιξίας fuit tributum. At reliqui Iudæi unum ponunt ἄρχοντα, Sammaëlem, quem, cum assectis suis deturbatum solio cœlesti, fabulantur naturam induisse humanam, ut Veneri indulgere posset. Exhibet quidem Pseud-Enochus etiam Σαμιὴλ; sed ultimo propemodum loco. Qui, ex Iudæis, numerum augent, duos comminiscuntur, Schamchazai, & Vzielem, de quibus Paraphras. Chald. *Jonathani* adscripta, *Genes. 6. vers. 4.* ad vocem נפילים quæ *Gigantes* significat; שמחזאי ועזיאל הינון מן שמיא והוו בארעא ביומיא האינון ואוף בתר כן דעלון בני רברביא לותבנת אינשא וילדן להון והינון מתקרין גברין דמעלמא אינשי שמהן

Schamchazai & Uziel, qui cadebant ex cœlis, erant in terra, in diebus illis: & etiam postquam ingressi sunt filii magnatum ad filias hominum, & pepererunt illis, & hi sunt, qui vocantur Viri, qui à seculo Viri nominum. Habent quidem, fateor, nomina Σεμίξας, ὁ ἄρχων αὐτῶν, qui & Σεμιαξᾶς, & Ἐξαὴλ (ubi Αζαλζηλ) aliquam cum *Schamchazai & Uziel* affinitatem; hi tamen nec soli à Pseud Enocho ponuntur, nec soli Principes. 4. Quæ quæsò nos expedit Historia Iudaica ex paragrapho Pseud Enochi; ἔτεκον αὐτοῖς γένη τρία. Πρῶτον, γίγαντας μεγάλους; οἱ δὲ γίγαντες ἐτέκνωσαν Ναφηλεὶμ; καὶ τοῖς Ναφελεὶμ ἐγεννήθησαν Ἐλιούδ. *Tria illis genuerunt genera. Primò gigantes magnos; Gigantes autem genuerunt Naphilim; & Naphilim genuerunt Eliud.* Non accurati hic Hebræi; sed balbutientis, vel Hebraismi verisimiliter prorsus ignari Hellenistæ, Iudæi Alexandrini, aliúsve Ægyptii, hic manifestè deprehendo [illegible] gia. Nempe *Genes. 6. vers. 4.* vocem הנפלים LXX reddunt Γί[illegible]; Ita *Chald. Samarit. Syr. Arab.* quibus omnibus eodem sensu exprimere vocem placuit obscuram. Hic verò scripto

scriptor Pseud-Enochicus, Ναφηλεὶμ à gigantibus, ceu effectum à causa, expressè distinguit, nunquam illud facturus, si mediocriter Hebraicè doctus fuisset. Præterea נפ לים Veteres Hebræi appellatos volebant, malos Angelos, ratione pænæ, exilii, vel ejectionis ex Paradiso cœlesti, non respectu originis. Est enim נפל *cecidit, decidit.* Posterius lemma ἐγεννήθησαν Ἐλιοὺδ quid sit, alii viderint; conjecturis locus esse poterit, solida demonstratio hujus lectionis dari vix poterit. Addo denique, verba, φαρμαρὸς ἐδίδαξε φαρμακείας non minus prodere stylum Hellenisticum, quàm in Historia Susannæ ἀπὸ τοῦ χίνου χίσαι καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι; de quo ex *Hieron.* in Thesaur. Philolog pag. 250. Tantò ergo facilius adducor, hoc scriptum, non infimæ quidem antiquitatis; Iudæo tamen, Hellenistæ potius quàm Hebraistæ tribuendum, quantò illis studia hæc magis familiaria fuisse certum est. Solus certè Philo *Genes. 6.* pro voce υἱοὶ ausus fuit reponere ἀγγέλους, qua de re *Patrit. Iun.* Not ad Vers. LXX. Viral. Genes. 6.

XII. *Sequitur* Abraham, *cui magni* a *quidem inter suos nominis Scriptores Hebræi librum* יצירה Creationis b *adscribunt; falsò tamen & frustra, ut domestica* c *confessione, constat. Inter Veteres Christianos hujus scripti mentionem non reperio; de eo proinde minor etiam cura nostra esse debet. Antiquam tamen esse* Ψευδεπιγραφίαν, *ex eo liquet, quòd* d *Talmudici jam ejus meminerint. Orta supponendi occasio ex disputationibus Abrahami Anti-Sabæis, Quarum frequens in Arabum pariter ac Hebræorum scriptis mentio, de uno hujus Mundi Creatore & Gubernatore.*

a. Author lib. *Cosri* Serm IV. S. 3. Inter reliquias scientiarum Physicarũ, quas periisse, esse jactabant Iudæi, referunt ספר יצירה והוא לאברהם אבינו והוא עמוק ופירושו ארוך הורה על אלהותו ואחריתו בדברים מתחלפים מתרבים מצד אבל דבר מתאחדים נסמכים מצד אחר: *Librum* Iezirah, *Abrahami Patris nostri,* [addit] *qui est profundus, & longam requirit explicationem, docens de Deo & uni ate ejus, verbis respectu uno variis & multiplicibus respect verò alio unitis & eiusdem tendentibus* (ad asserendam scil. Dei unitatem.)

b. Liber difficilis est, & merè Cabbalisticus in explicatione ספירות *sive numerationum* occupatus. Prodijt ita pridem cum versione Notis Ritangelij.

c. In lib. *Iuchas.* pag. 52. כבר ידוע שא עפישהוא המכונה לרבי אליעזר האחרונים עשו פרקיו כמו הזוהר המכונה לר שמעון וכן נמצא ספר יצירה המכונה לאברהם אבינו *Vtique jam notum est, quòd, etsi referunt* [Librum Capitulorum Eliezaris] *ad Eliezarem, posteriores tamen fecerint capitula ejus; ut Zohar tribuitur R. Schimeoni. Eadem ratione reperitur liber* יצירה *tributus Abrahamo, Patri nostro.* Vnde Præfat. 11. Zohar Mantuani; מי התיר לרבי עקי לכתוב ספר יצירה מאברהם אבינו *Quis dedit potestatem R. Aqui a scribendi librum Jezirah, nomine Abrahami Patris nostri?*

d. Extat *Gemar.* Cod. *Sanhed. c. 7. s. 9. p. m. 277.* par, phus de productionibus Magicis; רבא ברא לגברא שדריה לקמיה דרבי זירא הוה קא משתעי בהדיה ולא הוה קא מהדר ליה אמר ליה מן הבריא ארת הדר לעפרך רבי חנינא ורבי הושעיא הוו יתבי כל מעלי שבתא ועסקי בספר יצירה ומיברי להו עיגלא תלתא ואכלו ליה *Rabba condidit Virum. Eum misit ad R. Siram. Hic quum allocutus esset, nihilq; iste responderet, ait, sanè Magici operis es. Redito ad pulverem. R. Chanina & R. Hoschaja pridie Sabbathi solebant in libro Jezirah legere. Ita existebat ipsis vitula trima, quam epulabantur.*

e. Videatur hac de re *Majmonid.* & *Schalsch. Hakkabb.* in Smegm. Orient. pag. 296. Adde Epistol. Majm. ad Massilienses Iudæos, ubi inter alia; דעו רבותי שכל חכמי אומות העולם והם הפילופוסים שהם בעלי שכל ומדע הסכימו כולם שיש לעולם מנהיג והוא מסבב הגלגל ואין הגלגל סובב מאילו ויש להם ראיות רבות להביא מופת חותך וראיות ברורה על זה יבזה לא נחלקו בעלי המדע ויש ביניהם מחלוקת גדולה בזה העולם כולו שה הגלגל ומה שבתוכו רובם אומרים שאינן הוות ונפסד אלא כן עומד היה ויהיה לעולם ולעולמי עולמי והרי הוא כמו שה בה שהוא מסבב אותו מעולם כך היה זה סובב וזה מסבב ושניהם יחד לא ימצא זה בלא זה מהם אומרים שזה הגלגל היה ויפסד והבורא יתב' בראו אבנ ש שם דבר א ד מצוי עם הבורא ית' כמו החמר ביד היוצר וכ. המצוי עמו הוא עושה כל מה שירצה פעמים יעשה מקצת אותו החמר שמים ומקצתו ארץ ופעמים אם ירצה יקח אותו המקצת שעשה ממנו שמים ויעשה ממנו דבר אחר לבא

אבל להוציא יש מאין אי אפשר ויש מן הפילוסופים מי שאומר כמו
שאמרין הנביאים שהשם יתב׳ ברא כל הנבראים מאין ושאין שם עם
השם יתב׳ דבר אחר אלא זה הנברא שהמציאו ובזה הדבר הטו
המחלוללת הגדולה וזה הדבר. שהכירו אברהם אבינו ע׳׳ה

Scitote, Magistri mei, omnes Sapientes Gentium Mundi, Philosophos nempe, ingenio & eruditione claros, consentire in hoc, esse Mundo suum Moderatorem, qui circumvolvat orbes, adeò ut non sit sphæra, quæ sua sponte circumferatur. Habentq; multas illi rationes, ut demonstrationem apodicticam (prop. decidentem) afferant. Atque hujus quidem rei ratio manifesta est, neque in hac eruditi dissentiunt. Est autem gravis inter eos controversia de toto hoc mundo, qui orbis est, & illis, quæ in medio ejus. Multi dicunt, non esse ejus vel productionem vel corruptionem, sed sic stetisse, & futurum deinceps in omnia seculorum secula. Adeò, ut, quemadmodum Deus benedictus illum circumvolverit ab æterno, ita fuisse necesse sit, alterum quidem circumeuntem, alterum circumvolventem; utrumque simul existere, neutrum absque altero existere posse. Sunt etiam ex illis, qui dicunt, hanc sphæram & in tempore extitisse, & corruptum iri, eam enim Deum benedictum creásse; Verùm coexistere Deo creatori aliquid, quemadmodum lutum in manu figuli, ex quo quidem coexistente eum facere quicquid velit; Nonnunquam operari, ex parte ejus materiæ cœlum, ex altera terram. Nonnunquam, i voluerit, accipere eam partem, ex qua fecit cœlum, aliamq; inde rem effingere, roducere vero aliquid ex nihilo, non esse possibile. Est etiam ex is nonnemo, qui idem quòd Prophetæ, sentit, Deum bened. omnes condidisse Creaturas, ex nihilo, neque quicquam Deo coëxistere, nisi Creaturam illam, quam ipse produxit; qua quidem re magnam controversiam avertunt, [finem illi imposuerunt] *Atque hoc ipsum est, quod cognov* (vel notum fecit) *Abraam Pater noster, super quo pax* Ex ha ergò, Synagogæ ubique dentata & Abrahamo tributa contra Sabæos, Chaldæos, Charanæos, qui sive πολυθεΐαν, sive causarum secundarum pertinacissimè urgebant, curam & officium Mediatorium, disputatione, uniusque Dei Creatoris & Gubernatoris

assertione, nata postmodum fuit occasio, librum illum Kabbalisticum, Abrahami nomine, sed falsò venditandi.

XIII. *In familiis Patriarcharum Jacobi filii restant, quibus omnibus* Testamentum *tribuitur, & a veteribus satis notum, & à recentioribus* b *variè traductum, certissimis tamen* c *indiciis* νοθείας *meritò postulandum. Eodem contra* d *Judæos, quo Sibyllina scripta contra Gentiles, scopo prodiisse olim scriptum, valde verisimile est.*

a. *Pamel.* ad Verba Tertull. de Habit Mulieb. *Sed quum Enoch eâdem Scriptura de Domino prædicâvit,* notat, pag. 233. *Verba ipsa prædicationis Enoch de Domino reperire est in Testamento duodecim Prophetarum, quod frequenter citatur ab Origene & Procopio.* Sixtus Senens. Bibl. S. l. 2. pag. 112. *Patriarcharum, duodecim filiorum Jacob Testamentum est liber pervetustus. Narrantur in e plurima tum Prophetica oracula, tum adhortamenta ad Virtutem, ac Dei cultum, quæ singuli Patriarcharum in extremo vitæ die, advocatis ad se filiis suis ac nepotibus elocuti sunt. Multa quoque ex libro Henoch inseruntur in ipso vaticinia, de his quæ eventura fuerunt filiis ac nepotibus duodecim Patriarcharum, de futuris Hebræorum sceleribus & pœnis, de Mundi Salvatore ab Hebræis occidendo. De Hebræorum eversione, captivitate ac dispersione inter gentes perpetua.* Meminit hujus operis Origenes Homil. 15. in Iosuam, & Procopius Gazæus in Commentari 38. Capit. Genes.

b. Ex Hebræo (quod hactenus n quam vidi) in Græcum translatum, Latinè primum reddidisse *Robertum,* coniensem Episcopum, observat *Senens. l. c.* Germanicâ Lingua obvium sa

c. Nam 1. Citat scripta Apocrypha. cripturæ Enochi crebrò meminit. At nullam dari Canonicam Eno Scripturam, supra probavimus. 2. Et suo, & Enochi nomine in vaticiniis am observat Methodum, eamque rationem, quæ longissimi asibus reliquis V. T. prophetiis recedit. Esajam Veteres, quod propiùs a ed t, & N. T. mysteria clarius exponeret, Vet Testamen *Evangelistam* appellare solebant. Sed quæ lux illius Proph tæ ad Te amentum Patriarcharum, tot tamen Seculis anterioribus, quib obscurius, καὶ ὡς δι' αἰνίγματος, c tu Levitico non dum instituto, genus docendi erat familiare, priorem? In Testamento enim suo *Simeon*; *Vidi* inquit

inquit, *in* charactere Scripturæ Enoch &c. *quoniam Deus corpus assumens, & comedens cum hominibus, salvabit homines. Et nunc, filioli mei, obedite Levi & in Juda liberabimini, & non efferemini super duas tribus has, quoniam ex ipsis orietur nobis salutare Dei. Suscitabit enim Dominus ex Levi Principem Sacerdotem & ex Juda Regem Deum & hominum, ita salvabit omnes Gentes.* Ita Levi: *Innocens*, inquit, *ego sum ab impietate vestra & transgressione, quam facietis in consummatione Seculorum, in Salvatorem Mundi impiè facientes, & suscitantes ei mala magna à Domino, & iniquè facietis cum Israel, ut non subsistat Jerusalem à facie malitiæ vestræ, & scindetur velum templi &c. quemadmodum continet liber Enochi justi.*

d. Duobus universus mundus, Scripturæ nomenclaturâ, exprimitur vocabulis, *Judæorum* & *Gentium*. Pro utrorumque conversione Ecclesia Christi seriò laboravit, non tamen iisdem semper vel mediis vel rationibus. Ut probarent nec novam, nec veterum calculo repugnantem Christianorum esse religionem, nomina utrinque eorum in subsidium erant vocata, qui authoritate pollerent apud suos. Sibyllarum mentio in Gentilismo venerabilis fuit; illarum ergo armis ut pugnarent, multa paulatim irrepserunt, quæ ipsis Evangelistarum verbis clariora dixeris: prout alibi hac de re monuimus. Inter Iudæos, maximæ semper authoritatis erant Δωδεκαφύλαρχοι, i. e. duodecim Tribuum Israëliticarum Patres, quorum doctrinam infideli pertinacium Iudæorum catervæ opposituri, fraude hac usi sunt. Certum est Pseudo-Patriarchas illos non futura nunciare quæ V. T. tamen docendi Methodu[illegible]t, sed præterita referre.

XIV. *Succedi* [illegible] *tota Judæorum Rabbanitarum Synagoga auth* [illegible] *facit* [illegible] a *non scriptæ, neque in literas relatæ; nempe*, authoritate *publica*; *privatim* b *enim unum & alterum, quibus cura illa com*[illegible]*nd batur, aphorismos illos, ut* [illegible] *blivione* [illegible] *indicarentur, in chartas conjeciſſe, non negant*; [illegible]n Christianorum scriptis *modò* c ἀναλύψεως, *modò* ἀποκαλύψεως, *modò* d ἀναβάσεως, *Mosis fit mentio. In Epistola Judæ quoadam ejus extare* ἀποφασμάτιον, *alii* e *affirmant, alii* f *in medio relinquunt. Notius est* g *uarumque fatum suppositititium esse, quàm quod operosè demonstrari à nobis debeat. Et quanquam*

veteres non negârunt, multa ex ejusmodi libris ab ipsis hinc inde citata esse Apostolis, seriò tamen suos sive Auditores sive Lectores sunt hortati, ne incauti ad ea præcipites ruerent, nimisq; h credulis, illis fidem adhiberent.

a. Hoc enim inter fundamentales fidei Iudaicæ refertur, articulos: Vnum de modo tradendæ utriusque Legis audiamus *Majmonid.* ex *Porta Mosis*, quam Arabicè conscriptam Latinitate donavit Celeberrimus *Pokockius.* Scias, inquit, *omnia Legis præcepta, quæ à Deo ad Mosen Magistrum nostrum demissa sunt, demissa ad ipsum fuisse cum interpretatione sua, eloquente Deo ipsi primùm textum; deinde explicationem & interpretationem ejus, & quid comprehenderet textus iste authenticus.* Recipiente se Mose in tentorium suum, primus ipsum conveniebat Aharon, cui textum ad se (cælitus) demissum semel enarrabat, ipsumque ejus Interpretationem docuit; illo deinde surgente, atque ad dextram Mosis se sistente, ingrediebantur Eliazar & Ithamar filii ipsius, quibus etiam dictabat Moses idem quod dictaverat Aharoni. Secuti sunt LXX. Seniores &c. qui tum discedentes alii alios docebant illud, quod à Dei nuntio acceperant; Textum autem voluminibus inscribebant. Tum dispersi sunt primores populi per totum Israelem ad eos docendos atque instituendos donec memoria tenerent textum illum, ejusque lectionem callerent. Deinde etiam docebant illos textus istius à Deo demissi, quæ sensus ejus universos contineret. Textum autem scripto, traditionem memoriæ tradebant. Atque ita dicunt Sapientes, quibus pax: *Lex quæ scripta est, & Lex quæ ore tradita.* Dixerunt etiam in Baraitha: *Et allocutus est Dominus* [illegible]*sen in monte Sinai.* Qu[illegible] vult, quod dicit *in monte Sinai?* A[illegible] [illegible]ita est de Sinai. Verùm hoc dictum est, ut tibi indicet, [illegible]d, sicut [illegible]ptum de anno intermissionis cum generalibus, particularib[illegible] [illegible]inutiis quæ ad ipsum spectant, datum sit è Sinai, ita & reliqua [illegible]cepta cum generalibus, particularibus & minutiis, quæ ad ipsum spe[illegible]ant, datum sit è Sinai, ut e. g. tibi dicam, quod dixerit ipsi Dominus: I[illegible] tabernaculis habitabis septem di[illegible]tum docuerit ipsum, necessaria esse tabernacula ista Viris, non fæminis, neque obligari ad ea ægrotos neque tecta ipsis de aliis rebus, quàm quæ è terra germinant imponenda, neque enim obtegenda esse vel lana, vel serico, vel vasis, tiamsi e[illegible]lis quæ producit terra confectis, veluti storeis aut vestibus; nec non edendum, b[illegible]bendum, atque dormiendum in ipsis esse septem dies integros, neque debere minus quam septem palmas longitudine

ac

ac totidem latitudine continere, altitudine autem non minus, quàm decem palmas. Veniens ergo Legatus Dei, attulit secum hoc præceptum cum Interpretatione ipsius: eodemque modo 613. præcepta una cum Interpretationibus. Præcepta autem voluminibus inscribebantur, expositiones ore tradebantur. Fine autem anni 40. initio mensis Shebat convocavit ipsos Moses, dicens: Appropinquavit jam tempus mortis meæ: si quis ergò traditionis alicujus à me acceptæ oblitus fuerit, accedens, petat ut eam ipsi declarem: & si quæstio aliqua cuipiam intellectu difficilis videatur, accedat ut eam ipsi explicem, hoc est quod dicit Scriptura: *Voluit Moses explanare Legem istam, dicendo, &c. Deut. 1. 5.* Atque ita dixerunt sapientes in libro Sifre: *Si quis oblitus fuerit constitutionis alicujus, veniat, & eam secundò audiat; & si quis opus habeat explanatione, accedat, ut ipsi explanetur.* Traditionum ergo veritatem ab eo didicerunt, atque explicationes acceperunt toto illo temporis spatio, quod inter initium mensis Shebat & diem septimum Adar intercedit. Ita author *Hal. Ol.* Præfat. Lex ac præceptum, quod Prophetarum Princeps ex ore Dei accepit, & filios Israelis docuit, *Lex*, inquam, *scripto tradita, explicatio autem ore promulgata*, est instar malorum aureorum cælaturis argenteis obtectorum.

b. *Majm.* Præfat. in Misch. p. 2. f. 1. a. *Rabbi noster Sanctus* (Iehuda) *collegit omnes* Δευτερώσεις. *A Mose autem ad Magistrum nostrum Sanctum, Systema non composuerunt, quia publicè legem docebant oralem. Singulis autem ætatibus Princeps Synedrii aut Propheta, qui tunc vixit, scribe[illegible] sibi* μνημόσυνον τῶν ἀκροαμά-[illegible] *nempe, quæ à Doctor[illegible]us suis audivit, publicè ea docuit. Atque æ[illegible] io.*

c. *Scalig.* in E[illegible] 406. Quæ in Epistola Iudæ de contentione Michael cum Diabolo super corpore Mosis adducuntur, ea omninò sunt ex Apocrypho, cui titulus fuit Ἀποκάλυψις Μωυσέως. Aliter *Nicephoro* [illegible]chæ Ἀνάληψις Μωσέως. Fortasse fuerunt libri diversi.

d. *Sixtus Senens.* Bibl. S. lib. 2. Moysis ascensio, Græcè Ἀνάβασις τοῦ Μωσέως, liber est, de quo dicitur Iudam Apostolum in sua Catholica Epistola sumsisse testimonium Archangeli Gabrielis altercantis cum cadavere Mosis. Inscribitur autem, ut opinor hic liber Ascensio Mosis, quia continet ascensum Mosis de campestribus Moab super montem Nebo in verticem Phasga contra Iericho; item colloquia Mosis jam jam morituri cum Deo peracta,

peracta, & ejusdem sepulchrum Angelorum manibus in occulto loco effossum, disceptationem quoque Michaelis & Diaboli.

e. Ita sentit *Origenes* περὶ ἀρχῶν c. 2. *Primò quidem in Genesi serpens Evam seduxisse describitur: de quo in Assumtione Mosis, (cujus libelli meminit in Epistola sua Apostolus Judas) Michael Archangelus cum Diabolo disputans de corpore Mosis ait Diabolo, inspiratum serpentem causam extitisse prævaricationis Adæ & Evæ.* Scaligeri consensum supra dedimus: à quo Senensis non longe abit.

f. *Hieronym.* Comment. Epist. ad Tit. *De quibus Scripturis Judas testimonium hoc assumserit, non facilè patet. Sed tamen sciendum, quia simile his aliquid in Zacharia Propheta reperimus. Ipse enim dixit:* Quia ostendit mihi Dominus Iesus Sacerdotem magnum, stantem coram Angelo Domini, & Satan stabat à dextris ejus, ut adversaretur eis, & dixit Dominus: Increpet Dominus in e, Satan.

g. *Ascensionis* enim liber constanti veterum consensu inter Apocrypha referebatur. Vide Synopf. *Athanas. Syncelli* testimonium postea audiemus. *Legem* Iudæorum ἄγραφον multis impugnare, est actum agere. Particularis Pharisaismi pruritus est, reliquæ Synagogæ semper exosus. Hoc tantùm observa, figmentum hoc, quod Mosen authorem jactat Legis oralis, novitate sua confundi. Christi certè ætate tot Traditionum colluviem Mosi tribuere apertè, Pharisæi nunquam sustinuerunt. Vnde παραδόσεις φαρισαίων, καινοὶ, πρεσβυτέρων dicuntur. Sæpè Legis Mosaicæ scriptæ fit mentio sed nunquam ἀγράφου. F[illegible] perfricta satis fronte Pharisæi, nihil i[illegible] [illegible], [illegible] tamen proprii cerebri mercem & mucum Mosi, solit[illegible] hementiâ [illegible]ppofuisse, nusquam legimus. Perpetua successionis jact[illegible]ntia [illegible] & inanis, cui maximæ Synagogæ Iudaicæ pars semper se o[illegible]osuit. Patrocinium harum Traditionum à solis susceptum erat Pharisæ[illegible]: Sadducæis, Essæis, postea etiam Karræis persuadere non potuerun[illegible], ut Legem Mosis nomine suscip[illegible] ἄγραφον; cui hypothe[illegible] masc[illegible] semper Karræi, ex ipsa Scriptura Sacra petitis armis, restite[illegible]nt. Quod si tamen rationibus quis contra Iudæ[illegible]s eversam velit, han[illegible] frustra sub *Mosis* nomine venditatam Kabbalam, seu legem oralem, consulat Teschub. Ieh[illegible] Celeb. *Hern.* l. 1. c. 1. *Rabb. Myller. p. 38.* & deinc.

h. Qua de re *Hieronym.* ad Eph. v. 4. & *Georg. Syncell.* Taraf[illegible] Patriarchæ

Patriarchæ. Ταῦτα μὲν ἐν τῷ α. βιβλίῳ Ενὼχ. περὶ τῶν ἐγρηγόρων, εἰ καὶ μὴ πάντα χρὴ προσέχειν ἀποκρύφοις μάλιστα τοῖς ἀπλουστέροις, διά τε τὸ περιττά τινα, καὶ ἀπροσβῆ τῇ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει ἔχειν, καὶ διὰ τὸ νενοθευῆσθαι ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν. Πλὴν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος σπανίως ἐχρήσατο ποτὲ ἐξ ἀποκρύφων Χρήσεσιν, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὗς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. καὶ τὰ ἑξῆς. Ἠλίᾳ ἀποκρύφων. Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐκ τῆς Μωυσέως Ἀποκαλύψεως, ὅτε περιτομή τί ἐστιν, ὅτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐκ τῶν Ἱερεμίου λεγομένων, ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοὶ ὁ Χριστός. Ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται οὐ πρὸς ἄδειαν τῶν βουλομένων ἀδιαφόρως ἐντυγχάνειν. Μὴ γένοιτο. Πολλοὶ γὰρ ἐβλάβησαν ἐν πᾶσιν αὐτοῖς πιστεύοντες. Ὅθεν καὶ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, καὶ χορὸς τῶν θεοφόρων ἡμῶν πατέρων ἐκώλυσεν ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὥσπερ τῇ θείᾳ λοιπῇ γραφῇ. Καὶ ἡμεῖς τὰς προγεγραμμένας Χρήσεις ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι μόνον τὴν τῶν ἐγρηγόρων πλάβασιν, καὶ τὴν τῶν Γιγάντων ἀσέβειαν, περὶ ἧς καὶ ὁ θεῖος Μωσῆς μέμνηται, ὅτι δι' αὐτὸν ὁ κοσμικὸς γέγονε κατακλυσμὸς, παρεθέμεθα. *Atque hæc quidem ex primo libro Enoch de vigilibus* (i. e. Angelis) *etsi non omnino ad Apocrypha liceat attendere, simplicioribus cumprimis, propterea, quòd superflua quædam, & insolita traditioni Ecclesiasticæ continent, & quia tum à Judæis, tum ab hæreticis adulterata sunt. Quin* [illegible] *lus Paulus rarò usus est quibusdam citationibus Apocryphis, ut cùm inqu* [illegible] 2.9. Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in [illegible]minis cor ascen[illegible]t, &c. ex Eliæ *Apocryphis petita. Ita ad Galatas*, ex Mosis [illegible]ocalypsi: Neque circumcisio aliquid est, neque præputium, sed nova creatura. *Et ad Ephesios ex Jeremiæ vocabulo Apocryphis*: Expergiscere tu, qui dormis, & surge à mortuis, & illustrabit te Christus. *Hæc verò dicun[illegible]ur nobis non ad assentandum iis, qui promiscuè iis uti volunt. Absit. Multi enim damnum inde acceperunt, si fidem omnibus adhibuerunt. Vnàe & Sancta Dei Ecclesia, & chorus à Deo latorum Patrum nostrorum prohibuit iis uti, prout reliqua Scriptura divina.* Et *nos ante*

citatas allegationes, tantùm ut ostenderemus Angelorum transgressionem, & Gigantum impietatem, de qua etiam divinus Moses mentionem facit, quod propter eos mundo immissum fuerit diluvium, apposuimus.

XV. Iosua, *neque à Christianis, neque à Judæis* vo a Samaritani *tamen librum ejus nomine venditant, qui non nisi ratione* b *Objecti partialis,* Iosuæ liber dici potest, *quo etiam respectu, more* c *recepto, nomen obtinuisse verisimile est.*

a. Est nempe *Chronicon* illud *Samaritanum* Scaligeri munere in Bibliothecam Leidensem illatum, cujus Epitomen Exercitationibus Anti-Morin. attexuimus. Titulus est ad calcem scripti: אלספר אלמערוף באלספר יושע *Liber, notus nomine Josuæ.*

b. De rebus quibusdam gestis Iosuæ prolixè satis agit.

c. Video certe inter Iudæos, Gentiles, ipsos etiam Christianos obtinere, ut authore magnorum faciant voluminum eos, quorum res gestæ, sive veræ, sive fictæ, occasionem scribendi præbuerunt. Supra habuimus librum *Jezirae*, hac sola de causa Abrahamo tributum.

XVI. *Quanquam autem ipse in plerisque author sit* πονηρῷ κόμμαι, *non tamen propterea negligendus in hoc examine planè videtur, quòd aliis se commendet usibus. Ex hoc enim scripto paulò pleniùs constat, quæ Samaritanorum sit ratio tum Theologiæ, tum Historiæ, Domesticæ & Exoticæ. Theologiæ vestigia extant* Exegeticæ, & Topic

XVII. *Ad* a Exegeticam Sa itanorum Theologiam *re e debent loca, quibus de Sacræ Scri tem suam aperiunt.*

a. Habere Samaritanos sua etiam in L ommentaria, alibi diximus. Vide *Primit. Heidelbergens. pag. 22.* Exempla Methodi ab iis observatæ occurrunt *Fascic. pag 266.* Vnum nunc & alterum ex Ch nico Iosuæ addimus. Columnæ igneæ quæ castra Israelitarum sequebatur hinc inde fit mentio; Vide Exod. 13. 21. 22. Samaritani vocant עמוד אל נאר אללהות *Columnam ignis divini:* p.m. 17. Ios. c. 10. 5. & alibi 31. mentio fit, מלכים *Regum.* Arcta Palæstinæ pomæria non permittunt Regum eam nomenclaturam, quæ hodie vulgo obtinet. Vnde Samarit. eosdem quos modò appellavit אלמלוך, postea bis אלרוסא *Ducum, Principum*

axio-

axiomate insignit. Vide *Smegm. Orient. p. 510.* Addi possent termini terræ Sanctæ, novem nempe & dimidiæ tribubus dividendi, de quibus Num. 34. quos Samaritanus pag. 87. notioribus sæpe exprimit terminis; d mein ctiorum cancellorum ad cætera properamus.

III. Topicæ *Samaritanorum* Theologiæ tradit author a *Dogma* b *ratus, &* c *regimen.*

a. Ex hoc authore colligimus, Samaritanos docere 1. De *Scriptura*, ejusque prima parte, *Lege*; a. Legem esse sanctam pag. 49. expressè meminit אלתוריה אלמקדסה *Legis Sanctæ.* b. *Perfectam*; Vnde ad calcem Pentat. תורה תמימה *Lex perfecta*; Exercit. Anti-Morin. pag. 4. c. Canonicæ, adeoque inviolabilis authoritatis, à qua proinde non recedendum. Vnde in Testamento suo Moses pag. 55 עאהדהם אנהם יסלכוא אלטריקה אלתי אוצאהם בהא ולא יעדלוא ענהא ימנא ולא יסרא *obtestatus est eos, ut calcarent viam, quam præcepit iis, neque recederent ab ea vel ad dextram, vel etiam sinistram.* d. *Effecta Legis* varia; neque præsentis tantùm, sed & æternæ vitæ promissiones continere. Verba citavimus in *Fascic. Disputat. Heidelbergens. pag. 12.* e. Duas Mosis *tabulas* non fuisse substantiæ terrenæ, p. 71. הו צנדוק אלעהד אלכאין אלגוהר אלעלוי והו אלאלואח אלתי כאתבתהא מן אלנור אלעלוי *Estque arca illa fœderis, in qua substantia superior* (cælestis), *Tabulæ nempe, quas scripsi igni superiori* (cælesti) B. De *Prophetis.* a. Primum Prophetam esse Abrahamum. Vnde, nomine Iosuæ, Epist. ad Gigantes, pag. 106. se vocat ולד כליל אללה זכיא אלאנבי אלאמאם *Filium amici Dei* (quod) Epitheton *Abrahamo* & [illegible] ne ani tribuunt, & Samaritani, prout pag 115. expressè memin[illegible] גדנא אברהים אלכליל *avi nostri Abrahami, amici,* (vid. *Jac. 2.*) *fundamenti Prophetarum, & complementi ustorum.* b. *Mosen* & Thaumaturgum fuisse, & hoc privilegio gavisum, [illegible] immedi ite cum Deo fuerit locutus; irrefragabilis denique authoritatis. *Illud* prolixè probatur pag. 461. *Smegm. Orient.* ex Epicedio Iosuæ; brevius Chron. Sam. pag. 105. *istud* manifestum est ex Epitheto כלים אללה συνομιλῶν θεῷ, pag. 106. *hoc* ex anathemate, quod refractario indicitur pag. 64. c. Ab excessu Mosis rarior Prophetarum mentio. Samuelem non tantùm hoc axiomate spoliant, sed inter Magos impiè refe-

runt. P. 134. וכאן שא מול מן סבט הרון אלליואני אלסחר ואלכפר *Fuit Schemuel ex tribu Levi, Magiæ & infidelitatis alumnus,* Fl cui Magiæ opprobrium improbus author irreligiosè impingit patre commendatus. Qui postquam eum recepisset יקוי פ עמל אלסחר מתלדה d. De reliquis Prophetis altum silentium; *Davidis* nanpeh a cubi & *Solomonis* meminit; Akboni verò, Pontifici Samaritano, Adriano coævo, donum Propheticum tribuere videtur. Cùm enim Samaritanorum res essent afflictissimæ, & graviter ubique pressæ, *Akbon* morti vicinus filio suo insinuâsse dicitur, ne calamitates præsentes, quibus Deus cætum suum exploraret, attenderet; citò hanc nubeculam transituram, addita exhortatione יא ולדי אחדר תעבד עיד אללה ולו דרסת תחת אלחגרה אללה קויך עלי עבאדתה ואללה יקים מנך מן יקום עלי הדא אלקום אלכאפר אלמצאיקין ואסתגיב מן אלרבים עקבון פיתלח אלוקת כלמא דעאה לולדה *Fili mi, cave colas quicquam præter Deum, etsi lapide conterendus esses. Deus te confirmabit, in cultu suo, & excitabit è semine tuo qui se oppositurus est genti huic infideli, qui ita vos arctant; Et exauditus est Rebis Akbon hoc tempore, quicquid filio suo fuit precatus,* qua de re infra. e. Ex *Pseudoprophetis* Bileami potissimum meminerunt. Eidem & scripta quædam assignant, ex quibus Cananæi didicerint, Israelitas nulla alia ratione expugnari posse, אלא באלכפר אלנגס *Infidelitate & impuritate; pag. 126.* C. Vsum *Urim* & *Thummim* iis non fuisse ignotum, ex Achani sacrilegi examine manifestum est; de quo *Smegm. Orient. p. 505.* D. Certamen pro *integritate Pentateuchi* u[illegible] contra d[illegible]s in B[illegible]lonia supti, & prolixe enarrant; & alibi à nobis illuc[illegible] hi itum est. Videantur *Exercitat. Anti-Morin. pag. 64.* Conferantur qu[illegible] ositheo habet *Ecchell.* Bib. Chald. p. 11.

II. DE DEO. a. *Nomina* Dei Essentialia præsertim religiosè ab iis tractari, probant ea, quæ diximus. *F[illegible]cit. p. 266.* ubi notandum, Samaritanos Nomen Tetragrammaton *vel* retinere in suis Translationibus, ut in Chaldæo Samaritana, *vel* adhibere vocem Samaritanam, חיולה Potentem notans; vel etiam admittere vocem שם Nomen. b. *Attributorum* quorundam alibi meminimus. Vid *Smegm. pag. 442.* Magnopere cum-

primis

primis extollunt 1. *Potentiam* Dei, cui nihil potest resistere P. 73. nomine Levitarum Samaritani exclamant; לא חול ולא קוה ענד חולך יא רב אלעאלמין ווקאלמא ותראדף בקדרה כאלקה אלקאדר עלי כל ישא פאעל אלמעגזאת *Neque fraus, neque potentia virtutem tuam, ô Domine Exercituum. Et substitit scilicet sequuta est potentiâ Creatoris sui potentis, qui quoties vult, signa facit & miracula.* Magna etiam serie *Attributa*, & effecta Dei enarrantur pag. 74.

קאלוא מן מתלך יא מתנאהי באלקדס יא הול יא מטלע יא צאנע יא פאעל אלעגובאת יא מטהר אלמעגזאת ומיף יא רבנא נקול יא מבין אלאית יא מנור אלטלמאת מן כמתלך ליס כמתלך מתל ואנת פאעל אלאנפעאל ואלאמת אל ואלאגראם ואלאשכאל ואלצור ואלרוחאניאת אלמכיף בצפאת כלקה *Dixerunt* (filii Israel) *quis similis tibi; qui consummatæ es sanctimoniæ, ô patrator novarum rerum, ô thaumaturge, ô manifestator mirabilium! Imò, ô Domine noster; quid dicemus? ô qui producis signa, illustras tenebras: quis similis Tibi? Nemo Tibi similis. Tu enim es qui efficis effecta, & similia, & corpora, & schemata, & formas, & spiritualia; qui qualitatibus induit creaturas suas! De S.S. Trinitate,* nihil occurrit; de Messia fides illorum ex *Joh. c. 4.* manifesta est. An in V. T. præludia quædam incarnationis agnoverint, nihil etiam certi definiemus. Meminit *Chronologus* hinc inde סבב אלבארי *Organi Creatoris* (sic puto vocem vertendam, aliâs πολύσημον) Ita, e. g. in Historia Bileami *Num.* 22. [illegible] eum permisisse Bileamo, ut à Moabitis accersitus abiret. *Chronologus* e[illegible]ta exprimit: וצאר סבב אלב ארי אלכאטב לבלעם והדה עלה אלמכאטבה להו *Et Organum, causa Creatoris*, i. e. *Causa loquens, alloquebatur Bileamum.* An [illegible]ha d[illegible]um מימר לוגוס θεοῦ, *Verbo Dei, Sermoni*, respondet? In Arabum aliâs scriptis mentio fit אסבאב נאזלה *Causarum descendentium*, cælitus nempe. Ita, cùm in Alcorano mentio fit vestium hominibus à Deo datarum, quæritur de authore, & à Beidavio *causæ descendentes* indicantur. P. 63. ubi repetitur fœdus Iosuæ cum populo Israelitico, occurrit nomen non Angelorum tantùm; sed & אלמלך אלאעטם *An-*

geli maximi; quanquam & *Regem* notare possit; pro *Angelo* tamen sumendum, circumstantiæ exigere videntur. Vbi de Angelo, qui Archistratego Iosuæ apparuit, agitur, idem ille se appellat מן-רסל אל , אלמתסלט עלי אלעקובארת *è Legatis Dei, qui vindictæ, si e in gendis præest.* c. Ex *operibus* Dei, primò occurrit *Creat* a di, Angelorum & hominum. *Mundum* esse conditum, ex G ieos l ria ita clarè didicerunt, ut etiam suam inde Epocham deduxerint. Vide *Hexaëm.p.8.* Vnde vocari ab iis solet כאלק אלכלק *Creator Creaturarum*; אלדי כל אלאלהה כלקתה *Cujus, Dii reliqui, creaturæ sunt.* *Angelorum* creationem admitti ab illis, supra jam monuimus. De *ministerio* eorum prolixè hinc inde loquuntur. Victoriam Iosuæ contra quinque Reges, Deo ferunt acceptam, mediatè tamen, ita ut מעהם סיר אלמלאיכה *miserit cum illis Angelos.* Iisdem tribuunt expectationem supplicorum div norum. Vnde p. 102. פי גמלתה מלאיכד תלתה אחדהם אחצר מא אלטופאן עלי אלדניא להלאך אלמכאלפין אלמפסדין ואכר שתת מלך באבל וגמאעתה והדם מגדלהם ועיר לעאתהם ואכר דפע כמס מלוך מדן עלי כמס אצבאעה והי סדם ובניאנהא ואמואלהא וחיואנהא ונבאתהא ואמטר עליה אלכברית ואלנאר ואלמלח *In exercitu ejus* (Dei) *tres sunt Angeli; quorum primus induxit aquas diluvii contra mundum, ad perdendos contradicentes & corruptores. Alter concussit Regem Babel, & cælum ejus; destruxit turrim eorum, & mutavit Linguas eorum. Alius denique sustulit quinque Reges Pentapolitanos in ui ue digitos; Sodomam nempe, ejusq; ias, herbas; misitq; super eos pluvia uris, ign salis* Agnoscunt denique, eosdem castra metari circa pios: 06. dicit Iosua, se gloriari, ברבואת אלקדם אלסארי חול עסכר *in myriadibus Sanctorum, qui circa castra sua ambulant.* Vnde & Bileami confessio, pag. 50. הולאי אלקום מחיט בהם מלאיכה אלקדם *sunt populus, quem Angeli boni circumdant.* e. Succedit *Providentia*, quam ita Deo asserunt, ut 1. Bona æquè ac ma a ei subjiciant. Vnde, pugnaturi cum hostibus, hac se erigebant, providæ Dei curæ & Omnipotentis Gubernationis certitudine. Iosua, cùm Gigantes audacter ei bellum denunciarent, minis eorum, ex Samaritanorum hypothesi sequentia opposuit. רב אלעאלמין עדתי ומלאיכתי בצרתי .

בצרתי וקדרתה אעתמאדי והו אלנאטר פי אמורכם דוני ודון קומי *Exercituum Dominus apparatus meus, Angeli ejus auxilium meum, fulcrum meum; Ille est, qui res vestras observat, meo vel maximè non animadvertentibus.* Cumque e vim vi repulsuri. Archistratego suo Iosuæ, exercitum offerrent numerosiorem, media quidem dicitur non omnia sprevisse, cavisse tamen, ne ab illis eventum victoriæ suspenderent; אן אראד יהלך אעד אנא בסת מאית אלף רגל והו קאדר יהלכהם בתלת מאיא אלף רגל *Si voluerit perdere inimicos nostros 600000. Viris, idem eos poterit perdere 300000* Excæcationem cordis, intellectus obscurationem, ceu justissimi Iudicis justissimas pænas à Providentiæ ejus regimine non eximunt: הדא אלרב תבארך ותעאלי יקול לקומה אנה יחפטהם כחפט אלנסאן עינה יא מן קד אעמא אללה קלובהם ואדהל עקולהם ואטפא ארואחהם ואטלם נור אבצארהם אמא סמעתם מא גרי מן אוליאנא עלי אוליאכם *Deus hic Benedictus & Excelsus* (valde amant Samaritani ejusmodi δοξολογίας; unde & alibi גל דכרה ועז אסמה *cujus memoria exaltetur, & nomen magnificet*, תקדסת אסמאה *Deus, cujus sanctificentur nomina*; אללה עז וגל *Deus Optimus Maximus*; ut Hebr. יתברך שמו Benedicatur nomini ejus) *dixit populo suo, se custoditurum eum, prout custodit homo oculum suum. O vos, quorum Deus jam excæcavit corda, & disturbavit intellectum, & extinxit Spiritum, & obscuravit lumen visus, utique audivistis quid contigerit Majoribus nostris cum Majoribus vestris.* Vnde à generalis Providenti axiomate vocatur Deus ab illis באסט אלרזק *qui suppeditat necessaria.* 2. Providentiæ divinæ omnia subesse. Hanc effecisse a. ut loquuta fuerit Bileami asina, quanquam verba Chronologi habeant לסאן עלי אללה פאנטק אלבהימה *Et loqui fecit Deus [illegible] quam asinæ, pag. 78.* b. ut columbinarum alarum remigio literæ hinc inde deferrentur. Hoc enim subsidio usum esse Iosuam, cùm fascinis & præstigiis hostium urgeretur, habet author pag. 113. 114. Quod tamen mutuàsse videtur ex nota Orientis consuetudine, quà columbarum ad id assuefactarum, opera literæ hinc inde missitari solent: qua de re Selden. de Diis Syr. pag. 274. Sionit. de urb. & Morib. Orient. pag. 51. 3. Providentiam divinam cum actionibus humanis non modò generali influxu concurrere,

rere, sed etiam easdem determinare. Bileami responsum ex Num. 22. 18. author pag. 46. ita repetit; מא קדרת אכאלף מא רסם רבי *Non potera contradicere, aut refragari illi, quod Dominus m nihi præstituit.* Cumque eo nomine Balak ei succensuisset, reg sit p. אקל לך אנני לא אקדר אכאלף מא אומר בה *An me illi, quod jussus fuero, non posse resistere?* Vide tiam pag. 49. 4. Non respuunt distinctionem Providentiæ in generalem & specialem; & hanc quidem Dei populum ab omnibus, Magorum cumprimis insidiis, præstare tutum. Prolixi sunt in describendis Bileami, aliorumque operationibus Magicis, (præsertim pag. 109. 110. *Compend. Translat. c. 4.*) quibus populo Israelitico incommodare non uno modo nitebantur. Frustra tamen: Deo illusiones istas usque adeò facilè dispellente, ut & Bileami confessione, לא יגוז עליהם סחר ולא מנגם נגום *nihil conttra eos profecturus sit vel Magus, vel Astrologus, pag. 40.* Idque ropterea, quòd, ut p. 49. refertur, מחיט בהם ארואח אללהואת יעני אלמלאיכה חאפטין להם כל נגס *Circumdant eos Spiritus divini, i. e. Angeli, qui ab omni eos custodiunt impuritate.*

III. De Peccato sequentia observo theoremata. a. Peccati primi enormitatem, indeque consequentem pænam, mortem, disertis fatentur verbis. Vnde pag. 129. conferunt tempora Apostasiæ Iudæorum à primævo statu, לליום אלדי חרד פיה אבונא אדם מן אלגנה והו אליום אלדי בשר פיה במותה ומות נסלה *Diei, quo ejectus est Pater noster Adam ex horto, dies nempe erat, quo annuntiabatur illi mors ejus, & mors seminis.* b. Exilia, aliasque à Deo infli i ænas negligentiam cultus sacri. Rogati à Nebucadn ar, cau am raelitæ tot malorum & afflictissimi status, responde nt: אלסבב פידלך אבעאדנא ותרכנא כדמהרבנא עליהא *Causam esse illius rei, quod recessissent & deseruissent in ea* (terra Israelitica) *cultum ejus.* c. Bono tamen semper animo jubebant esse afflictos, cogitantes, Deum hæc talia im μασίας ἕνεκα, prout sub altero exilio, Romano, tradunt Akbonem Pontificem constantiam in Religione his verbis suo commendâsse filio; לא תלתפת אלי הדה אלאוקאתי ואלי הדה אלשראיר ולא לקוה אלאעדא אעלם אן ען קליל תזול הדא אלשדאיד והדה אלשדאיד אמתחאן לן אללה לנא ליתבין אן כן נצדק ארואחנא ונתבלא עלי עבאדה אללה אלהנא:

Ne respicias hæc tempora, & has calamitates transituras; Sciasque à Deo immitti ad probationem nostram, ut manifestum reddatur, utrum Spiritus nostros justificemus (puros retineamus) *solique Deo nostri adhæreamus.* c. Peccata Deo ingenuè confitenda. Eodem exemplo Achani Ios. c. 7. ita proponit author, p. 78. *Dixit Pinchas* (sic Iosuam appellat) *ô Vir! Tolle vultum tuum ad Regem cœli & terræ; scitoque eum gnarum esse arcanorum. Væ autem illi, qui opinatus fuerit, se aliquid ab eo absconditurum, aut remoturum ab eo quicquam. Confitere igitur, quod deliquisti, & accepisti de anathemate; ob quod Deus jam succensuit populo suo. Dixit igitur: Scito: Rex, me peccâsse peccatum magnum coram Deo, qui omnia novit arcana & occulta; perfidè egi in fœdere Dei & Legati ejus.*

IV. De *Redemptione* per Messiam nihil loquitur author; Ea aliunde nobis innotuit, ut supra jam monuimus. Meritum operum, cæterorum Iudæorum exemplo urgere videntur.

V. *Extrema* etiam agnoscunt *mortem, judicium ultimum, vitam* & mortem æternam. De *morte* temporali tradunt. a. Esse analysin hominis in sua principia P. 12. jubetur Moses vindictam sumere de Midianitis קבל אן ירגע אלי ענצרה יעני בדלך קבל ופאתה antequam redeat ad principium suum, id est, antequam moriatur. b. Mortem esse pœnam peccati. Vide sup. p. 26. c. Defunctis piis εὐφημίαν, impiis κακοφημίαν subjiciunt, quoties eorum nomina exprimunt. *Illius* exemplum in Mose עליה אפצל אלסלאם *super quo optima pax*; *pag. 56.* hujus in Adriano סחק אללה מיזאנגר *Deus conterat os ejus.* d. Planctui defunctorum triginta dies destinârunt. De Pontifice Akbon ופי תלך אלסאעה תופי א אמאם עקבון ואנתקל אלי קימה נפעא אללה בברכאתה וחזנוא עליה כל אסראיל ובכוא תלתין יומא *Eadem horâ mortuus est Pontifex Akbon, & translatus ad populum suum; profuitque nobis apud Deum benedictionibus suis, & luxerunt eum omnes Israëlitæ, planxerúntque dies triginta.* e. Omnium hominum obitum & sepulchrum innotuisse, Mosis excepto. Ita pag. 57. כל אחד מן אולאד אדם שוהד מותה ושוהד קבדה ואנה מן שאהד קברך *Uniuscujusque ex posteris Adami mortis & sepulchri sui testem*

stem habet; quis verò tui sepulchri testis est? Vltimi judicii mentionem facere videtur pag. 56. ubi de Mose, quod אעלם בני אסראיל בטופאן אלנאר ויום אלנקמה ואלמכאפאה *Notum fecerit filiis Israel aluvium ignis, diem vindictæ & retributionis.* Vit au futur expressè meminit; Locum inseruimus Disputat. de Mort. Resur 12.
In specie Mosen collocant in sua threnodia ad Portas Paradisi. a 1.

אח אחך באל ד אלאעטם ואלברכה אלכברי אקטיך ארפע אלמואצע ואגלהא באב אלגנה *Circumcinxit te felicitate maxima; & benedictione ingenti; destinavit tibi altissimum locum, ejusq; nobilissimam partem, portam Paradisi &c.*

XIX. *Hæc de* dogmatibus; ritus *sequuntur, cujusmodi in authore varii observantur, communes tamen ferè cum reliquis Judæis, ut sunt,*

a. *Circumcisio,* cujus erant observantissimi, usque adeò, ut, cùm publicè privatimque prohiberentur, clam tamen illa peracta fuerit. Vnde pag. 155. למא זאל אלמלך מן בני אסראיל ומלכת אלרום ויחכמוא ודרסוא כתיר מן אלסאמרה תחת חגרה אלבדוד חתי יכפרון ויסתוון אלאותאן ואפנוא כתיר מן אלסאמרה בדלך אלסבב ומא כאנוא אלרום ימכנוא אחד מן אלסאמרה יכתן לה ולד אלא געלוא עלי ביות אלסאמרה אמינא ימנעהם אלכתאנה וכאנת אלסאמרה פי דלך אלוקת אדא ולד להם ולד יעמלוה פיקפה ויעטה בצוף ווירוחוא בה אלי אלמעארה יכתנוה תחת אלארץ עלי אלשמע *Cùm defecisset regnum filiorum Israelis, & rerum potirentur Romani, detenti & depressi sunt mu[illegible] Samaritani sub lapide dispersionis; a[illegible] Idola sibi erigerent. Multi etiam ex [illegible]ritanis hac de causa interfecti sunt. Neque permiserun[illegible]t Romani cuiquam Samaritano, ut circumcideret filium suum. Quin apposuerunt Samaritanorum ædibus custodem Romanum, qui eos circumcisione prohi[illegible] dit autem, ut cùm eo tempore iis filius nasceretur, impositum eum sportæ tegerent lana & deducerent ad speluncam, ut ibi subtus terra eum circumciderent.* Idem repetit pag. 153. addito exemplo insigni. b. *Purificationes,* quæ tamen Gentilium καθαρσμοῖς proprius videntur accessisse. P. 59. expugnatis Midianitis subjicitur: ויתזלוא בגמלה

בגמלה מא מעהם סבעהיאיאם ללתו היב *Et secesserunt cum iis, quos secum habebant, dies 7, ad purificationem.* Distinctiùs p. 86. אעתזל ללתטהיר הו וכל מן מעה תם וכאן ינזל מן טור בריר יהר עתם יסקי אלמרג וינזל אלמלך עליה וגמיע אלכ[illegible]ה *Et separavit se Rex ad purificationem, ille, & qui cum eo erant. Descendebat autem de monte benedicto* (Garizim) *fluvius magnus, qui planitiem irrigabat. Descenditque Rex inde, cum toto exercitu; ut nempe* se mundaret, seu purificaret. c. *Jejunia* iis non erant ignota. Communis quippe iis erat dies Expiationis cum Iudæis. Quo etiam facere videtur μνημόσυνον illius temporis, quo prisco Israelitarum statui ex impietate & ἀπειξία summa turbato, infausta successerunt tempora, quæ prolixè describuntur p. 128. &c. ubi pag. 132. תם אנדרוא עלי נפוסהם אן יתדכרוא הדא אלחזן פי יום אלאתנין ואלכמיס אבדא אלי אן יעוד אליהם רצואן אללה *Voto se obstrinxerunt, se memores futuros luctus illius die secundo & quinto* [Lunæ & Iovis, vide *Primit. Heidelbergens. pag. 294.*) *in æternum, donec rediret beneplacitum Dei*, pacata restituerentur tempora. d. *Ciborum distinctionem* rigidè observabant. Vnde, cùm tempore persecutionis cultus Samaritanicus suspenderetur, illud præter cætera molestum illis fuit, quòd adipe porcorum cibus & potus inficeretur. Ita enim pag. 155. צארוא אלרום יעמלון שחם אלכנזיר פי כל מא יוכל וישרב *Et miscuerunt Romani adipe porcorum quicquid esui aut potui destinatum erat.* e. *Festorum*, & solennitatum publicarum crebra etiam mentio. P. 72. author meminit Anni intermissionis & jubilæi, his verbis וארתפע אלסחאב פי אול אלשהר מן אלכנה אלאולי מן אלסמטה אלאולי מן אליוביל אבתדי דכול בני אסראיל חדוד אלאקטאע וכאן קד מצי יאם אלעאלם אלמתבותה פי אלתוריה אלי הדא אלוקת אלפי ו[illegible]ע מאיה ותסעין סנה תאמה והדא אלתאריך מצחח יערפוה אלעלם מן תאריך אלי[illegible] *t sublata est nubes, primo mense, anni primi Schemittah, & primi Iubilæi ab initio ingressus filiorum Israëlis in limites* (terræ S.) *definitos. Transierunt autem jam à condito Mundo dies in lege expressi, ad hoc tempus 2194. anni integri. Est autem hæc Epocha verà, quam eruditi norunt ex Annalibus Diluvii.* Hæc verò excedit nostrum 30. annis,

notat in Msc. exemplari *Scaliger*. P. 86. Refert, hostibus devictis, Israelitas festo tot triumphis finem imposuisse, & tum demum ad distributionem terræ occupatæ se accinxisse. P. 98. Afferuntur literæ Gigantum minarum plenæ אלכמיס עה יום אלמקרא והי חג אלסואביע ולם יעלם בה אחד אלי אן גאז עידה וכאנוא אלנאס פארחין בעידהם *Die quinto, postridie diei Conventus sacri, festi nempe septimarum; quod tamen nulli* (Rex) *notum fecit, usque dum festum finiretur. Læti autem homines erant in Festo suo.* Paschatis etiam cum approbatione meminit primi, p. 102. *Et comederunt sacrificium Paschatis, & circumcinxerunt eos Angeli, & transierunt mare siccopede.* Montis Garizim cum primis sui, & cultus in eo peracti, prodigi atque fusi sunt Encomiastæ. Vulgò eum vocant *Montem benedictum*; *p. 82.* Ibi sacra quotidie fuisse peracta, magna frequentia, ex regione vicina concurrente, primi status Israelitici tempore, Author confinxit. pag. 84. *Nec poterat quisquam ex Regibus inimicis vim illis inferre; quin communiter iter faciebant ex omni regione ad montem benedictum ter singulis annis, cum variis speciebus regiorum munerum, jucunditatis & lætitiæ se dantes.* Sacrificia ibidem oblata prolixè commendant; ceu in loco peculiariter à Deo ad hunc cultum destinato. Ita enim pag. 511. *Neque offerebatur quidquam ex gregibus & armentis nisi super altari in monte benedicto.* Et paulò post, pag. 173. *Fuit autem juge sacrificium ante ortum solis & post occasum ejus. Horâ autem illa, quâ holocausto in altari offerendo vacârunt, tubam inflavit Sacerdos in monte benedicto, quod reliqui poste[illegible] sacerdotes in quolibet tractu, idque momento oculi, donec ascenderunt reliqui Israëlitæ, & sacrifici[illegible]unt oblata super altari. Stabant autem illi, precatique sunt & oratio eorum fuit grata.* Ingruente calamitate publica, eo se receperunt, precibus, jejuniis supplicationibu[illegible] Dei misericordiam imploraturi. Postquam Alexander abit [illegible] Ægyptum, injunxisset ipsis, ut statuas & imagines erigerent, *Congregavit* (sic textus habet) *Sacerdos magnus reliquos Præsides Filiorum Israel, qui ascendentes in montem benedictum jejuniis precibus, laudibus, supplici Deum voce fatigarunt*; qui postea, ut author fusè describit, consilium suggessit, ut filiis suis Alexandri nomen imponerent, eos

Reg-

Regi sisterent, iramque adeò ejus hac ratione declinarent. Hunc ipsum montem Alexandrum appellàsse tradit אשרף אלמואצע *nobilissimum locorum*, ea potissimùm de causa, quòd laudes Dei ibi cantarentur; pag 143. Vnde, cum, tempore captivitatis Babylonicæ (adeò incerta & inepta est Historia Samaritana, ut ignara prioris μετοικισίας per Salmanassarem factæ 2. Reg. 17. tradat, omnes duodecim pariter tribus Israeliticas Babylonem à Nebucadnezare simul & semel fuisse abductas) Nebucadnezar redeundi veniam Iudæis dedisset, filii Iehuda dixisse ab authore ferunt: *Omnes pariter ascendamus ad sanctuarium* (Hierosolymam) *ibique habitemus concorditer, quibus tamen filii Aharonis & Josephi restiterint, quia ascendimus, dicentes, ad montem benedictum, ibique Sanctuarium extruimus?* Vnde postea nata controversia de loco sacro Lege Mosaica definito: Samaritani ex suo Codice Pentateuchi pro monte Garizim pugnabant, reliqui pro Hierosolymis: Eventum dedimus *Anti-Morin. p. 64. 65.* Romani tandem aditum prohibuerunt, positâ columbâ æneà custode, de qua auth. pag. 152. quem locum vertimus *Hist. Orient. pag. 290.* Et. p. 155. *Et claudebantur Proseuchæ, quæ* [habuisse enim, ut de cæteris Iudæis legimus Act. c. 16. v. 13. & Samaritanos suas Proseuchas, ex hoc loco patet] *nobis erant, prohibuerunt que nos accessu montis per Talisman, quam ibi constituerunt.* Hanc calamitatem spatio 20. annorum determinant, finem imponente Babaraba quodam.

c. De Regimine *Politico* pauca tradunt. Commune se fatentur illud habuisse Samaritani, Scripturæ Prophëticæ ignari, cum reliquis Israëlitarum tribubus, ad captivitatem usque Babylonicam. De Pro Rege Iosuæ (ut obiter quædam adspergamus) duarum & dimidiæ tribus multa scribit author pag 91. de studio Legis, cui incumbere Rex debet, pag. 90. & 91. De pæna rebellionis Ib. De Iosua, ejusque Consiliariis Ib. De magno apparatu Regio p. 106. 115. Coronæ regiæ meminit pag. 124. & Regum Israelis Ib. Babarabam liberatorem commenda. 156. 157. In *Ecclesiastico* plurimum deferunt Pontifici maximo: quem usitato Arabum termino vel אמאם vocant pag. 91. i. e. *Antistitem*, vel ולי *Amicum Dei*, pag. 111. Samaritice verò רבים *Rebis* pag 153. Iosuæ, Israelitæ fœdus sanciturí, spondent obedientiam Deo, Prophetæ ejus, Regi & Sacerdoti, cui obsequium præstituri sint, neque ad dextram deflectentes neque sinistram. Immunitatem tamen ei ab errore non tribuunt. De magna Apo-

ista Israelitarum agit author pag. 129. ubi & de Pontifice refert, *quòd detrita sit dignitas ejus, perierit sanctitas ejus, expirârit lumen ejus.* Imò pag. 157. 158. mentio fit cujusdam Levi, nepotis Babataba Samaritani, qui Constantinopolin missus, literis eo cum successu operam dedit, ut etiam אלאסקף אלאעטם *Summus Pontifex*, Patriarcha evaserit, adeoque in Christianorum castra transierit. Eorum officium, inter alia, fuisse monet custodire libros. Ita pag. 151. meminit Liturgiarum quarundam, Ecclesiasticorumque officiorum, quæ diligenter asservata fuerint opera Pontificum: Ibidem consignatas recenset Genealogias, inde à Pinghasi tempore, quarum sub Adriano jacturam fecisse Samaritanos deplorat. Suo tribuunt Sacerdoti conciliationem Alexandri Magni cum Samaritanis, p. 140. 141. Nomina Sacerdotum occurrunt *Aharonis*, *Eliezaris*, de cujus obitu pag. 125. Alius, quem ultimum tempore pacato fuisse tradit, mentio fit, nomine עזי *Esram* velit, an *Eli*, nescio. Sunt enim portenta ubique parachronismorum, pag. 126. pag. 129. Post captivitatem *Sanballatum* commendant, pag. 140. Tempore Romani Imperii *Akbonem* pag. 151. *Nathanaelem* Ib. De ordine Sacerdotum (pag. 12.) Solio Pontificis (61) juxta regium posito, pag. 66. officio benedicendi (pag. 64.) Levitarum munere (pag. 93. ubi preces illis demandantur) (pag. 122) Reditibus (p. 91. 93) decimis &c. agere, angustia chartæ non finit, obiter ea attigisse sufficiat.

XIX. Historia *restat tum domestica, tum extranea, de neutra cùm pro necessitate commentari jam liceat, pro instituti tamen ratione de utraque strictim disseremus, ac breviter.*

XX. Ad domesticam *igitur Samaritanorum Historiam pertinet.*

A. Quod beneficio scriptoris nostri calumniæ adeò graviter & licentiosè illis à Iudæis impactæ, non [illegible]icure possint profligari. *Idololatriæ* eos Iudæi insimulant. Injuriam [illegible]eri hinc patet, quòd 1. Hanc solam ob causam dicitur Alexander Nab[illegible]s (Neapolin) expugnare voluisse, quòd statuam ei erigere tergiversari essent; pag. 141, 2. Imagines & statuas coll[illegible]re jussi, rationem iterum quæsiverunt elabendi, impositionem nominum Alexandri, ut supra jam monuimus; causam negati petiti indicavit Pontifex: factum esse inquit, כופא מן רבנא עז ומל נהאנא ען דלך *Metu Domini nostri Opt. Maximi, qui hoc nobis prohibuit.* 3. Suos ab Idolorum cultu graviter dehortantur. Vnde νουθεσία Akbonis morituri ad Nathanaelem: *Cave quemquam colas præter Deum; pag. 153.* Aliquos tamen

tamen persecutionibus succumbentes Idolis litàsse innui videtur: pag 155. 4. Hinc inde meminerunt Idololatrarum; delubrorum, Idololatriæ variarum specierum, cum rejectione tamen. De delubro Hierichuntino, pag. 80. Idololatriæ speciebus, p. 116. Accusantur *Sadducæismi*; id est, impingitur illis dogma negatæ Resurrectionis. Falsam tamen esse criminationem, ingenua eorum confessione supra probavimus. Cætera alibi diluimus.

B Ἀστοῦδον inter Samaritanos jam olim fuisse *odium*, tam ex Sacra utriusque Testamenti, quàm profana & Ecclesiastica Historia manifestum est. Crevisse postea, cum controversia de verbo ἀχράφω, quod cum reliquis Karaeis rejicere Samaritanos, alii jam observarunt (vide *Rittang.* in Iezir. p. 33.) sua haberet incrementa, verisimile est. De origine tamen dissidii hujus Ecclesiastici mirum est, quàm jejuni sint Samaritanorum authores! Hinc noster mali fontem & fomitem ostendere videtur in captivitate Babylonica, è qua liberandi atque dimittendi, disceptare demum cæperunt, quò aut quà abirent, aliis Hierosolymam, cæteris Garizimum tendentibus. Antea enim unum ubique numen, una religio. Hinc cùm generaliter de ea disserit, statuit, solam illam esse veram pag. 41. Deum cætum Israeliticum protegere, pag. 54. Reliquas gentes Idololatricas esse pag. 62. Israelitas contrà electos, pag. 109. aliisque etiam Nationibus honoratos: pag. 82. Sacra eorum divina, pag 100. Animæ & corporis bona concerpere, p. 16. Nihil esse, quòd felicitate eos privare possit, exceptà impietate, & Apostasia, p. 126. 127. Tamdiu enim Deum: Deum eorum futurum, quamdiu officium illi suum facerent, pag. 62. Refractariis minatum, ablaturum se, regnum & sanctuarium, pag 63. Recessisse autem Deum tandem ab Israelitis, pag. 129. ipsamque captam Hierosolymam. Communem enim agnoscunt captivitatem, tam sub Nebucadnezare, quàm sub Adriano, p. 147. Ex illo tempore ortum schisma altissimè insedit, adeò ut occasionem utrinque arripuerint se mutuo lacessendi & indignè tractandi, cujus quidem odii exemplum insigne refert author pag 145. 147. 148.

C. De *Statu* Samaritanorum vario multa quidem habet author, sed non ea gravitate, quæ à domestico requiritur Historico. Nos duabus eam considerabimus *Periodis*, quarum illa statum *felicem*, hæc *infelicem* continet. Illam ætate Mosis, Iosuæ, Eleazaris, Pinchasi includuut. Quo loco tuimes fuerint Israelitarum, quæ ratio cultus divini, regiminis externi, extat pag. 120. & deinceps, quem textum, quia brevem præceptorum Mosaicorum explicationem continet, dedimus *Smegm. Orient. pag. 480.* *Hæc* verò periodus turbata, afflicta, in divina & humana injuria, primæ originis oblivia, articulos suos admittit. *Primus* incepit Anno quietis 361. die 2. mense primo, quem infaustissimum atro lapillo notant, quo *velo AEdis*

Sacræ

Sacra ablatio, successit nubes, tenebræq; Templum obruerunt, certissimo indicio, Deum populo suo iratum, proinde רפע נור קדרתה ורחמתה וראפתה *abstulisse lumen potentiæ suæ, misericordiæ suæ & clementiæ suæ.* Sacerdotem proinde (quem עזי appellat) accepisse: תאב אלהיכל ואנה דהב ופצה ומא כאן מעמולא מן איאם אלנבי עלם פכרג מן אלזמאן ואבאח אללה לה פי טור בריך מעארה מפתוחה לם ישא הד, א פי דלך אלמוצע קבל דלך אליום אחד, ואכד גמיע מא וגדה פי אלהיכל וגעלה פי תלך אלמעארה פלמא כרג מנהא פכתב עלי פאהא בכט דה תבת מא געלה פיהא ועלם פיהא על אמאת תם אלתפת ולם יגד מעארה ולא עלאמה ולא כתאבה חיניד רפע צותה *Vestes templi, vasa aurea & argentea, & quicquid factum fuit à diebus Prophetæ* (Mosis) b. m. *Egressoque Tabernaculo Conventûs ostendit Deus in monte benedicto speluncam apertam; quæ ante hunc diem nunquam . at visa; accepitque quicquid invenit in templo & imposuit illud speluncæ illi; & egressus ex ea inscripsit faucibus ejus Cheirographum suum, quo illud, quod imposuit, confirmavit, signisq; idem notavit; Reversus postea non reperit amplius vel speluncam, vel signum, vel Scripturam. Tunc sublata voce, populo* Israelis indicavit, quàm malè cum cætu suo ageretur; unde & ipsi soluti in lachrymas statum suum infelicem deploratunt, præteritorum recordatione non mediocriter eum exulcerantes: Hæc prolixè pag. 128. Video, infrunitum authorem hæc confun e cum temporibus Macchabaicis, vel saltem alludere ad ea, quæ *2. Macchab. c. 1. v. 20.* habentur, de igni sacro, &c. *Secundum* articulum rejiciunt ad tempora Eli & Samuelis, quibus Israëlitas Magicis artibus addictos fuisse, proinde & Philistæorum, quos vocant סכאן ביאפא ולד ובית גבריל ועזה. *habitatores Ioppæ, Lyddæ, Beth-gabriel, & Azæ,* prædæ expositos, pag. 33. &c. auda er deblaterat. *Tertius*, authoris judicio, in Captivitatem Babylonica incidit, qua Nebucadnezar, expugnata Hierosolyma, Samariam etiam invaserit. Authoris verba sunt: *Deflexit in regionem nostram, hanc nempe* (Sichemi: sive Neapoli scripsisse videtur author) *& proclamavit: Si quis repertus fuerit intra septem dierum spatium reus erit mortis. Interea duriter tractantes homines, undique illis abductis substituerunt Persas; quos collocavit in*

hac

hac regione, filiorum Israëlis loco; qui dispersi & dissipati degebant per Orientem & Occidentem. Atque sic impletum est Legis Sanctæ verbum. Dispardet te Deus in omnes nationes ab uno orbis termino ad alterum. Quartus articulus observatur tempore Alexandri Magni, qui etsi Samaritanis interitûm minatus fuerit, incitantibus eum proceribus; Pontificis tamen primùm venerabili aspectu mitigatus, postea & ingeniosa ὀνοματοθεσίᾳ, à vexa militari se liberârunt. Qua de re pag. 140. &c. Tradit author, discessurum Alexandrum à Pontifice, dixisse: אעלם אן אלהכם אלה אלאלה ור אלארבאב *Novi equidem, Deum vestrum, esse Deum Deorum, & Dominum Dominantium.* Convenit cum Traditionariorum hypothesi, qui Reges & Philosophos inter Proselytos suos referunt. Vide *Thes. Philol. p. 18. Vltimum* denique gradum reperimus in Imperio Romano. Graves sunt authoris de statu Samaritanorum sub Adriano querelæ. Pepercit quidem, quod Menassi dabant proditori urbis sua, Samaritano, Neapoli, quo minus penitus eam destrueret, aut solo adæquaret; spoliis tamen opimis, & inter ea portis templi Æneis, quas Solomoni tribuerunt, ablatis, secessit. Samaritani καθαρισμοῖς addictiores, loca statim omnia, quæ percurrit, februârunt; unde occasionem nacti cæteri Iudæi calumniandi Samaritanos, quasi ubicunque Adrianus vel pedem fixisset incendiis omnia delevissent: eos detulerunt. Ita igitur Adrianus incensus קאל נקול כל מכתון והכם באלקתל עלי אלציאע ועלי כל בלד ומנע אלמצאבע ומנע אלסבת ואלעמד dixit: *Circumcisum omnem occidamus; & decrevit ut ruri ubique & in [illegible] omnes occiderentur. Prohibuit etiam eorum βαπτισμὸς, & Sabbatha, & dies Festos.* Samaritani ergò, metu suppliciorum, ædes deseruerunt, in speluncas se abdentes; Adrianus interim grassari ubique cæpit אחרק ת וצלב מעל מיזוקתל הכאמה *incendit ædificia, patibulo affixit Doctores, Judices è medio sustulit*, quin & in defunctorum cadavera sæviit, ut est pag. 550. Donec tandem ab uno, qui fuga se servaturus esset, juramenti religione intercedente didicisset, delationibus Iudæorum iniquis Regem irritatum esse. Non fuisse in animo Samaritanorum, lacessere eum quocunque in[illegible] sed obtinere סירה אלסאמרה אנהם יחרקון מן מכאן יכון פיה אגנביא מן אתרה יטהרה פמא פעלנא דלך בעץ פיך ולא עאדורה *Consuetudinem Samaritanorum, quod comburant loca, in quibus esset vestigium impuritatis, quod purgarent. Neque fecimus hoc, inquit, odio in te aut inimicitia.* Placatum hoc modo

Adrianum hostilis irruptionis finem fecisse, ita tamen, ut אקאם עלי ושבּרה תלת צור פי אלמדינה מן פוק אלאעמד מן מכאן הרב אלרגל מן אלקתל וצורתין עלי מגזא אלמא ובעד חדא מאת אדריאנוס *Erexit tres sibi similes statuas in urbe supra columnas loci, ubi Vir ille evaserat necem; duas item effigies ad decursum aquarum. Postea mortuus est Adrianus.* Non tamen desiisse oppressores ex Historiæ continuatione, præsertim pag. 155. apparet. Grave cumprimis fuit interdictum de non adeundo monte Garizim, de quo ibidem. Compendium vide in fine Exercit. *Anti. Morin.* f. 461. Quomodo verò tandem liberari voluerint, vide Ib. c. 47.

XX. Extraneæ *Historiæ obscuræ sæpe, sæpe etiam vel incerta, vel fabulosa planè occurrunt vestigia, tam sacræ quam profanæ.* Illius *tum* a *Christianæ, tum* b *Judaicæ*; *hujus* c *Cananæ*, d *Persicæ*, e *Macedonicæ*, f *Romanæ*.

a. Meminit enim author persecutionis Ægyptiacæ per Adrianum institutæ, pag. 145. בעד אלאסכנדר נזל אלי מצר וקתל גמאעה מן אלנצראה אלדי אמנו באלמסיח *Post Alexandrum descendit in Ægyptum, & occidit multos ex Nazaræis* (Christianis) *qui crediderunt in Messiam.* Reverenter profectò, & religiosè de Servatore author loquitur; secus quàm fieri solet à reliquis apellis.

b. De quibus ordine 1. Non inficiandum, Lege quadam Talionis Samaritanos Idolatriam exprobrare, eamque Adriani Imperatoris fretos αὐτοψίᾳ, de qua p. 148. objicere. 2. Multa, sive ex traditione, sive ex proprio figmento, Historiis sacris immiscere, quæ in Contextu sacro αὐτοῦ ἐξεὶ non extant: Bileamum cæcitate percussum occubuisse: p. 53. Mosen à populi oculis subductum ἄφαντον γεγονέναι. Eundem cum Deo & Angelis versatum, pag. 57. ubi plura de eodem, ejus Prophetia & miraculis: Conferatur c. 6. pag. 105. 106. 131. 132. De terminis terræ Sanctæ, pag. 59. Circumstantias fœderis Iosuæ cum Israëlitis initi recenset fusius, pag. 61. Exploratoribus terræ Canaan multarum Linguarum peritiam tribuit, p. 67. Rahabam Hierichuntinam πανδοκεύτριαν (vocat Heb. זונה à זון deducta) appellat. Miraculosæ meminit contra hostes Israelitarum victoriæ: p. 85. Staturam Iosuæ pag. 106. exprimit, multisque eum elogiis insignit pag. 100. Vitæ curriculum describit, pag. 93. Mortem & successorem commemorat, pag. 124. Ad Schimschonis tempora dispersionem Israelis rejicit, pag. 126. De El Sacerdotio (in quo hoc notat, quod absque sale obtu-

obtulerit) & morte agit, pag. 135. Samueli educationem, & studium illiberale tribuere Authorem, supra monuimus. Nephichum (puto Nobachum esse, de quo Num. 32. 42.) Pro-Regem, magnumque ejus apparatum regium prolixè enarrat: pag. 90. Templi Iudaici jam Iosuæ tempore meminit, imò & Samaritici in monte Schomron ab eodem extructi, pag. 80. De ejus splendore agit pag 55. translatione Schiluntem, per Eli, schismatica, pag. 133. vastatione pag. 129.

c. De Gigantibus illis, filiis Enakim, (quorum nomina, & regna habet pag. 95.) eorum, contra Israelitas, bellis, fusè loquitur, eorum militiam, literas feciales, minas describit aliquot capitibus, pag. 95. Vide quædam in *Hist Orient. pag. 60. 61.*

d. Ex hypothesi loquor. Persicæ enim Historiæ ἀπόκρυφα non sunt, quæ hoc nomine venditat de *Schaubeco*, quem p. 94. vocat, חמאם בן רעואן מלך פארס *Hemam, fil. Rehuan, Regem Persiæ*; vel de Nebucadnezare, אנה מלך מן מלוך פארס *quòd Rex fuerit de Regibus Persiæ*; cujus be[illegible]m contra Israelitas ibidem exhibet.

e. De Alexandro M. quædam adspergit: Epocham constituit מן אדם אלי מלך אלאסכנדר תלתה אלאף ותסעה מאיה ותלתין סנה *Ab Adamo ad Alexandrum 3930. annorum.* Modum iter faciendi, & brevissimo temporis spatio remota perlustrandi loca, aquilarum & cistæ in aërem subvectæ, beneficio, ingenio Samaritico dignum, ostendit: pag. 141. ortum denique Alexandrinæ urbis indicat.

f. De Adriano tantùm, obsidione & occupatione Urbis Hierosolymitanæ, proditione, modo sustentationis: Chebronis & Sichemi invasione.

XXI. *Pedem hic figemus (de cæteris enim V. T. Pseudepigraphis breviter à nobis* a *alibi actum est) ubi coronidis loc[illegible] monuerimus, neq; Vaticinium, quod Eliæ de sex mille mun[illegible] annis, Prophetæ, ut quidam* b *volunt,* c *esse; neq; Epistolam ejus ad* d *Joramum Canonis perfectioni derogare; vel cultui Sanctorum favere.*

a. Videatur *Thes. Philol. pag. 524. &c.*

b. Ita [illegible] *Sixt. Senens. pag. 64. Stratonicus, Cumarum Episcopus in Collect. suis ex lib. Traditionum Heliæ* Prophetæ *prædictionem quandam de Mundi consummatione, quæ futura sit Anno sex millesimo ab ejus Creatione, tribuit. Arbitror hanc esse traditionem illam, quæ in Talmudicis Hebræorum Voluminibus*

legitur in Tract, Sanhed. c. Hal. his plan verbis: שתא אלפי שני לחיי עלמא וחד חרב ב׳אל פים תהו ב׳אלפים תורה ב׳אלפים ימות המשיח *quæ hoc sanè modo interpretari possumus*; Sex milia annorum erit mundus, & iterum destruetur, duo millia inanitatis, duo millia Legis, & duo millia dierum Messiæ. Ita etiam alii, & quidem ipsi Iudæi: imò & Proselyti Christiani, hoc tamen discrimine, quod illi tum dictum, hi partem tantùm illi tribuant priorem, de qua prolixa disputatio in Schebh. Ieh. pag. 233 &c.

c. Rationes 1. In Talmude vocatur traditio Domus Eliæ, cujus frequenter fit mentio, & quidem Sanh. c. 11. S. c 12. & 29. quo nomine discipuli sive assecla alicujus intelliguntur, stylo Rabbinis consueto. *Port. Mosaic. p. 125.* ואמא קולה בית שמאי ובית הלל פירר בה אלטאיפה אלאכדה במדהב שמאי ואלטאיפה אלאכדה במדהב הלל אד תלאמיד אלשכץ הם אהל ביתה *Ubi autem dicit Domus Schammai, & domus Hillelis, innuit cætum, qui Schammai & Hillelis sententiam amplectuntur, cùm discipuli alicujus, domestici ejus habeantur.* De sensu dicti in Meor. En. P. III. c. 44. pag. 143. prolixè disputatur. 2. Non satis exactè convenit calculus Iesse respicias tempus adventus Messiæ, sive Legis. 3. Nulli datum est præcisè tempus ultimi judicii definire, 4. Accedit authoritas tam Iudæorum, quàm Christianorum. Ex Iudæis se multum fatigat Menasse ben Israel, ingenueque fatetur, Majm. aliosque, contrarios Veteribus, negare, mundi interitum. Vide Tesch. Ieh. Hornb. pag. 183. qui & ipsi pag. 180. excipit, non Tacitæ, sed Rabbini alicujus esse.

d. De quæ Epistola 2. Chron. 21. 12. *quamobrem pervenit ad eum* um) *scriptum ab Elia Propheta &c.* Multum hic erudi tì laborant de Elia, quis & qualis fuerit; & quomodo ei, qui jam ante in cælum erat sublatus, Epistola possit tribui, ut videre apud *Lavaterum & Kimchium* in hunc locum. Sed tutissima est eorum solutio, qui volunt hoc vaticinium scriptum fuisse à superstite Elia, prout Iesajas tum de futuro Rege Cyro. *Jes. 44. & 45.* tum de futuro statu captivi populi, & Achijas de regno Iosiæ *1. Reg. 13. 2. prædixit.*

Di

DISPUTATIO II.

PLacet ut ἀπὸ προοιμίων, rei aciem invadamus, publicæ censuræ & examini subjicere caput *Genes. XXII.* quod quidem Historiâ commendatur, cui similis in tota Sacra scriptura non occurrit, Deus veracissimus, eu, salva fide, jubet tolli è medio, qui promissionum exequendarum futurus erat organon: Deus justissimus fundere jubet sanguinem filii sancti & obedientis, illibata justitia. Holocaustum Pater filium unicum offerre voluit, sine crudelitate: jugulum petere, sine ἀσωγίας incineres redigere, sine impietate. Paradoxum Theologicum, & admiratione dignum, & imitatione difficile, adeò tamen toto terrarum orbe illustre, ut & *Gentiles*, & *Judæi*, & *Muhammedani*, & Christiani etiam, memoriam rei gestæ, vel sub *specie* pietatis, vel notoria κακοζηλίᾳ expresserint. Etade *Phœnicus* quidem constat (Græcos suasu Calchantis, & consensu Patris Agamemnonis, cùm in Aulide ventos haberent adversos, Iphigeniam Diana obtulisse, Dianam verò pro ea cervam immolandam substituisse, lusus est Poeticus, quo frustra Satan laudem Abrahamo eripere conatur) eos, difficultate aliqua pressos, dilectissimos quosque τῷ κρόνῳ Saturno sacrificâsse. Ipsa Molecho sacra τεκνοθυσία, orginem hinc suam habere videtur. *Ideis* hæc עקידת יצחק *ligationis Isaaci* Historia tanta est in veneratione, ut magnam ei tribuant meriti virtutem, die præsertim Expiationis; qua de re *Schag. Or. pag. 330.* cujus indicium etiam, cornu arietino factum, ob hujus Historiæ non illi modò; sed & *Christiani* nonnulli, Hugo Cardinalis, Comestor, Vincentius Bellovacensis, esse volunt. *Muhammedanis*, Isaacus non modò ex hoc sacrificio intentionali דביח אללה θεόθυτος, *Deo immolatus*; sed & ab obsequio חליים *mansuetus* vocatur. Unde & festum Paschale (parum analogum Paschati Iudaico) in memoriam ejus quotannis instituunt; de quo *Hist. Orient. p. 52. Hexaem. p. 184.*

II. Sunt autem partes capitis generales *duæ*; Illa *specimen* nobis singulare *obedientiæ* Patriarchalis; *Abrahami* in agendo; *Isaaci* in patiendo, exhibet, ab initio, ad v. 20. *Hæc*, ad finem, Genealogiam pertractat Nachoris. *Illa* iterum, pro ratione textuum Historicorum, in tria

distinguitur membra, *Antecedentia*, *Connexa*, & *Consequentia*. Hac vice ibimus, quo poterimus; & si materiæ ubertas longiùs nos excurrere non sinet; τὰ παραλειπόμενα commodiori reservabimus loco. Vt ne verò vel apex abeat intactus, textui κατὰ πόδα insistemus, singulorum instituturi verborum vel phrasium examen, eademque postea ad praxin multiplicem, vel *mediatè* vel *immediatè*, accommodaturi.

III. In *Antecedentibus* consideranda occurrunt tum εἰσαγωγὴ ad præsentem Historiam, *tum* mandatum divinum. In *illa* distincte iterum observanda, a. *Usitata transeundi formula*. b. *Tempus*. c. *Causa* examinis sive explorationis Abrahamicæ *efficiens*. d. *Forma*. e. *Objectum*. A. *Usitata transeundi formula* est ויהי *Et fuit*; quod non *copulativè* Logicè, nec *Substantivè* Grammaticè; sed *recitativè*, Historicè, *evenit, contigit*, hic explicandum. Verbum enim היה non semper simpliciter est *Substantivum*, adeóque Grammaticè sumendum: sed *Historicè* sæpè, rem cum modo, substantiam cum circumstantiis exprimit: quod *contingere*, *evenire*, Latini reddunt. Estque hæc formula εἰσαγωγικὴ modò *universalis*, cùm integri alicujus libri limini præfigitur, ut *Ruth. 1. v. 1.* modò *particularis*, cùm certæ Historiæ initium facit, ut hoc loco. Adhiberi autem ferè solet in textibus abruptis, cùm inter antecedentia connexa nulla est temporis immediata cohærentia, prout interea quæ c. 21. & c. 22. describuntur, magnum temporis intercedit διάστημα. *Observat. Attendant diligenter Scripturarum Tractatores, quam rerum* συνάφειαν, *sive cohærentiam*. Neque enim ea quæ cohærent loco & spatiis, temporum etiam Synchronismum ubique admittunt: Vnde & Sp. S. ne hic hallucinaremur, suas nobis relinquit notas: & Ecclesia quoque paulatim ad evitandam confusionem, varias Sectionum, Capitum, Versuum tradidit subsidia: in quibus tamen συνεχῶς nobis versandum est. B. *Tempus* אחר הדברים האלה *Post hæc verba*; (ita enim & Interpretes reliqui LXX. Μετὰ τὰ ῥήματα. *Syr.* פתגמא *Sam. Chald.* ממללאה *Ar.* אמור) ut propriam vocis דבר significationem exprimant. Sensus tamen est: *Post illa*, μετὰ ταῦτα, i. e. *post res* capite præcedenti *gestas*. Etsi enim vox Hebræa דבר *verbum*, *sermonem*, ut ex obvio usu patet, suâ naturâ & propriè significet, eoque sensu toti ferme Orienti nota sit; *generaliter* tamen sæpissimè res, *sive* verbo

bo expressas, *sive* facto præstitas, significat: *vel* quòd sermo organum sit rebus exprimendis aptum. *vel*, quòd ex λόγῳ interiori, atione, prævia deliberatione, omnia nostra debeant proficisci: adeóque n il nisi præmeditatum tentari. Experimentum igitur hoc, hæc δοκιμασία facta est, postquam Hagar cum filio fuisset ejecta, fœdus cum Abimelecho initum: familia confirmata, arboretum erectum, omniaque quasi essent in vado. *Observat. I. Nullam calamitatem esse solam, fideles n rimis experiri illud, quod David Psalm.42.8. Abyssus abyssum inclamat*, &c. Præcedenti capite Abraham contristatur ejectione Hagaris & Ismaëlis, in quam, antè χρηματισμὸν, difficulter consensit: Turbatur lite cum Abimelechi ministris: ut injuriam tempestatum, quæ & ipsa molesta, pellerêt, arboretum plantat: & ecce, præsenti capite alia, eaque gravissima sequitur calamitas. *Decies* tentatum fuisse monent Hebræi Abrahammum, *Pirk. Eliez. c.26.* nusquam tamen verbi נסה mentio, nisi unico hoc loco, ad designandam magnam ejus δεινότητα. II. *Fideles, cùm tuti imo oco, proximi sunt novæ explorationi*, novo conflictui. robatur ex empro Abrahami. Promissio divina præcessit de multi atione semin tum per Ismaelem: v. 18. tum verò & cumprimis per Isaacum. Honori a, non quæsita, sed oblata fuit confœderatio cùm Abimelecho, quæ secu tatem aliquam præstare poterat. Iucunda accessit habitatio, fontes & a o res, amœnissimum oculorum pabulum. Omnia hîc serena; omnia tranquilla videbantur: nullæ procellæ. Sed quàm nulla sere tis fortun constantia! Mandatum datur de offerendo filio. Hæc praxis ob uit inceps in reliquorum etiam Patriarcharum vitis, tempore Mosis, Iudic , egum. Salem afflictionum nunquam abesse voluit cœlestis œconomu b e ıa, ne caro etiam recens putredinem conciperet C. *Causa efficiens*, והאלהי *Et Deus*. Duplex hîc diligenter notanda est Emphasis, quam nulla versio, commodè saltem, exprimere potest. *Prima* est in ה demonstrativo, altera in ipsa voce אלהים: neutra vacua, aut otiosa. Adhibetur hoc loco, ex nominibus Dei decem, *Elohim*; nomen, quod à *cultu* & veneratione desumtum, Numen notat venerabile, non aliud quod, vel à *justitia*, petitum si vel ab *Essentia*; tum, ut significaretur, non rigidum hic Iudicis examen expectandum, non periculosam subeundam torturam: sed illum *Deum*, quem hactenus piè & religiosè coluisset Abraham, cultus hujus fructum toti innotescere voluisse terrarum orbi: proinde non desperandum, aut de proposito certamine sinistras concipiendas cogitationes. Articulus verò ה vocis אלהים

& ma-

& πολυσημείαν indicat, & ambiguitatem tollit. Cùm enim tam *Angelis*, quàm *Magistratibus*, hoc etiam tribuatur nomen; restringitur articulo ה, ut, digito quasi intento ad præcedentia, significetur, ab eo ipso *Deo*, qui Abrahamo promiserit semen, efusque multiplicationem, fœdus cum illo nierit, cui tot jam modis ejus explorata esset pietas, de qua etiam luculentum perhibuit testimonium: hanc obedientiæ δοκιμασίαν fuisse profectam. *Observat. 1. Ab eodem Patre, qui nos mactavit beneficiis, humili etiam mente acceptandas paternas castigationes:* d ipsum in eodem modò ostendimus אלהים *Deo*, utroque schemate Abrahamum nobis sistente. II. *Tentationes, afflictiones*, neque cœco fortunæ casui, neque astris, neque aliis causis imputandas; sed ad causam omnium rerum primam referendas. Pat, & האלהים *Ille Deus*, verus Deus erat, qui Abrahamum נסה *Exploravit, tentavit, examinavit.* Atque hæc [illegible] *ma*; reddita verbo, נסה quod LXX. vertunt ἐπείρασε; *Chald. Syr.* נסי *Samarit.* אנסה *Arab.* אמתחן *Probavit exploravit.* Vulgò retinetur vocabulum *tentandi*, quòd, quia μέσον est, commodè explicari potest. Rectè enim distinguitur inter tentationem *probationis*, & *seductionis*: quando verò *tentatio probationis* nihil aliud est, quàm ipsa probatio, forte non malè *explorationis, examinis, probationis* hoc eo vox [illegible]iberetur. Hæc enim significatio 1. respondet voci Hebraicæ quæ hoc sensu occurrit, *Dan. 1. 12.* נסה את עבדיך *Explora proba* [illegible] *ac periculum cum servis tuis.* 2. Synonymiæ: Synonyma enim sunt נסה & בחן quorum tamen hoc propriè est *probare, explorare.* Vnde *Psalm. 26. 20.* נסני ובחנני *Proba, & explora me.* 3. Difficultates, quas *tentandi* vox parit, spontè evanescunt. *Jacob. 1. v. 13.* θεὸς πειράζει κακά, θεὸς ἀπείρασος, &c. Hinc dubium oritur conciliationis inter Mosen & Iacobum, quod nullum est; ubi *explo andi* adhibeatur vocabulum 4. *Explorandi* vocabulum ipsi exprimendæ rei convenientissimum est, commodè à Præceptoribus vel Magistris petitum, qui examina & explorationes instituere solent, non tam ut sibi, quàm aliis de discipulorum progressibus constet: nec suo, sed discipulorum bono. Ita etiam Deus, Abrahami in virtutis & pietatis studio progressus palàm facturus, examen δοκιμασίαν instituit. Hanc quidem significationem vox Latina tentandi apud authores Classicos etiam obtinet, ut: *quid tentare* i. e. explorare

plorare nocebit: *Cuncta prius tentanda; sed immedicabile vulnus; Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur*; Scriptur tamen Sacra illam, ut plurimùm, in malam sumit partem. Vnde bolus κατ' ἐξοχὴν dicitur ὁ πειράζων, *Matth. 4. v. 3.* cui Hebræorum spondet *Asmodæus*, ut diximus Fascic. Disp. pag. 215. Quamvis & voc ἀπολλύων non malè respondeat. Est autem hæc exploratio *passiva*, n *activa, objectiva* non *subjectiva*, nequè enim ideò suscepta, u s rem ante ignotam exploraret: sed ut Abrahami patientia aliis i gnita e ploraretur. *Observat. X. vita nostra Schola est patientiæ*, cæterarúmque virtutum, quarum Deus certo tempore examina, tentamina instituit. Patet hoc loco, exemplo Abrahami, cui disertis verbis hoc tribuitur. Operam igitur demus, ut ne securi vivamus, sed ad δοκιμασίαν nos diligenter præparemus. Huic statui etiam alibi vita homini fidelis confertur: Vide *Cent. Quæst. Theol. p. 210.* ב *Justificationem* ut *solem lux & calor, æquam humiditas, bonam arborem fructus; sequitur sanctificatio*; studium & demonstratio bonorum o er ham vera fide justificatus *Genes. 15. 6. coll. Rom. 4. v. 3.* jam xamini & de monstrationi obedientiæ, adeoque sanctificationis subjicitur mo Deus ips נסה i. e. quasi *prodigium, portentum* (nam & hanc ex consequ ti significationem vox Hebraica facilè admittit) exemplum justificati, per e dientiam justificationem declarantis, posteritati esse voluit. Atqui hi verus est hominis justificati character, *Symbolum*, & *te* , ut sit alii *ux, signum, Matth. 5. & 6.* ג *Vera sanctificatio ita de e mparata, ut* δοκιμασίαν, *explorationem, examen publicu non subterfugiat.* Exemplum suppeditat Abrahamus. Multi nt pol. licitis divites, multa jactant ante certamen, de pietate, constantia, probitate: at publicum dare specimen jussi, vel tepent, vel planè frigent. Alio se nomine probavit Abraham, cujus publica δοκιμασία adeò fuit luculenta, ut ab Apostolis propterea de optima nota commendetur, *Hebr. 11. Jac. 2.* E. Addimus *objectum*, quod erat *Abraham*; Solus, an communicato cum Sara omn o, factum illud sit, textus non exprimit. Traditio Orientalis habet, & communicatum hoc cum Sara de offerendo filio fuisse institutum, & propterea mortuam: Vid. *Smeg. Orient. pag. 329.* Confer comment Riv. pag. 409. Non dubitamus, quin commune hoc utrique fuerit vulnus, commune utrique examen. Cur enim illam, cujus mandati observantiam Deus Abrahamo Genes. 21. cùm ageretur de expellendo Ismae-

le & Hagare, præcepit, negotii jam illius, quod propius eam attigit, ignaram fuisse existimemus? *Observat. Quo major apud Deum gratia, eò frequentior obsequii & patientiæ γυμνασία.* Probatur exemplo Abrahami & Saræ. Singulari hoc par conjugum apud Deum valebat gratiâ: toties tamen sunt explorati, tot miseriis mactati, & ne quid deesset, novam in examinis subire debent aleam. Quæ quidem regulâ adeò certa est, ut omnium utriusque Testamenti Sanctorum probetur praxis. Nempe, ut in *militia* plura à peritis & robustis, quàm ineptis & imbecillibus, ut in *Mechanicis* plura à Magistris quàm discipulis, in *Schola* plura à Doctoribus requiruntur, quàm Auditoribus: ita in *palæstra* spirituali, militia, Schola, Oeconomia sacra, plura exiguntur omnium virtutum specimina, ab exercitatis quàm ab aliis. Vt turpiter fallantur, qui ex calamitosa hominis vita, gratiæ divinæ colligunt absentiam, qui existimant gravioribus peccatis pressos, à turri Siloam fuisse oppressos: *Luc.13.1.* qui homines ab utero matris cæci fatum, parentum tribuunt peculiari & magni meriti culpæ: *Joh.9.2.*

IV. Genus εἰσαγωγῆς; succedit *mandatum* ipsum, quod distinctè absolvitur. *Vocatione*, sive invitatione *Dei. 2. Responsione Abrahami. Mandato*, distinctis proposito membris. *Vocatio* exprimitur verbis, ויאמר אליו אברהם *Et dixit ei; Abraham!* ubi a. *Formam.2. Objectum* Vocationis. *Illa* redditur ויאמר *Et dixit, edixit*; noctu factum ex circumstantiis patet, præsertim v.3. Et quanquam *mediatè* an *immediatè* verbum Dei ad Abrahamum sit factum, non certis exponimatur verbis, verisimile tamen est, hîc, ut alibi, intercedere operam πνεύματος λειτουργικοῦ. Imo nihil absurdi est, si vel ipsi Angelo fæderis hoc quoque loco, ubi adeò manifesti nobis typi ratio exhibetur, suas relinquamus partes. *Objectum* est *Abraham.* Dixit ei, *Abraham!* Nomine distincto expressit, tum ad certitudinem indicandam objecti, tum ad affectûs paterni præmittendum testimonium. Blanda enim hac nominis expressione, Deus Abrahamum ad futuram δοκιμασίαν intrepidè subeundam armare & animare voluit. Observetur ergo 1. *Φιλανθρωπία Dei*, qua fidelibus ita se accommodat, ut de affectu paterno, ne castigantis quidem aut exploratis dubitare possint. Id quod expertus hoc loco fuit Abraham, alibi alii fideles, quos Deus blanda compellatione paternæ benevolentiæ in ipso exercitio justitiæ & judicii securos esse voluit.

II. *Homines etiam fideles opus habere monitoribus, & quidem serius.*

Veriis. Patet exemplo Abrahami, cui Deus, hoc loco, expressa nominis mentione ad reddendam rationem, subeundum exa n, a em velli. cavit. *Responsum* Abrahami est: ויאמר הנני *Et dixit*, ': e, respondit) Varium enim verbum אמר habet significatum, non *absolutu*, tantùm dicendi: sed & *relatum* respondendi: *Ecce me*; *Chald. Syr. Sam.* הא אנה, & *Arab.* לביך quod idem est. Valde Emphatica est, cula הנה, quæ, si Deo tribuatur, notat vel *certitudinem*, vel *m n udinem* rei, vel *utramque*. Si verò homini, *promtitudinem* etiam, desiderium mandata exequendi. Ita sumitur *Psal. 40. 8.* alibi, & hoc ipso loco. Observat. *Observantiam & obedientiam Deo debitam nullam pati moram.* Abraham vocatus à Deo non respondet quid vis? Non petit spatium deliberandi, nullas nectit moras: sed pleno ore, promtoque corde exclamat: *Ecce ego, ecce adsum.* Nobis in exemplum, ut divinitus moniti, verbo Dei excitati, respondeamus: *Ecce adsumus*, facere voluntatem tuam; *Psal. 40. 8.*

I M. Ita habent *antecedentia*; sequitur *mandatum* ei expressum v. 7. ubi tum θέσις, tum ἔκθεσις. θέσις uno proponitur v bo ויאמר *dixit*; non κατηγορικῶς sive *recitativè*; sed *imperativè*, quo se u verbum אמר apud Hebræos frequenter sumitur; apud Arabes semper, nnde vocabulum אמיר *Imperator*, *Dux*, quem *Amiralium* aliæ inguæ corruptè appellare solent. Observat. *Deus est Summus Imperator, qui in nos vitæ necisque habet jus.* Ex Orientali is Imperatores summam in eo quærunt gloriam, quod suorum ex aturi sequium, ea nonnunqnam præcipiant, in quæ jus absolut habent. Hanc laudem Saraceni, Arabes, Turcæ & Persæ sibi tribuunt, ceu ex *Historia* nostra *Eccles.* & *Comp. Sarac.* patet. Alia ratio Imperii divini, cui *jus* competit absolutum, & cui *obsequium* detrectari nullo modo debet. Hoc loco *jubet* Abrahamum offerre filium, jure, quod in ipsum habebat, absolutissimo. II. *Dei verba ad nos, non esse consilia; sed imperia.* Mandatum Abrahamo datum non erat, ut salva religione & conscientia, in arbitrio ipsius aut potestate esset positum; sed ut supremi injunctum Monarchæ authoritate executioni mandaretur. Et nobis Dei *verba*, mandata sunto, non consilia. Frustra, obstetricante Monachorum superstitione, Scholastici se fatigant in distinctione *consiliorum* & *mandatorum* Evan-

gelicorum. *Imperium* enim est, non *consilium*, diligere inimicos, *Matth.* 5.44. *Imperium* est, patienter ferre injuriam, *Matth.5.39.* *Imperium* est, certo casu à conjugio, si donum continentiæ adsit, abstinere, 1.*Cor.* 7. *Imperium* est, propter Christum & Evangelium ejus, voluntarium pati paupertatem: *Luc.14.37.*

IV. Hæc de θέσει; ἔκθεσις continet 1. *formam.* 2. *objectum*, tum personal, tum reale, & 3. *Finem. Forma* est: קח נא *Accipe nunc*, vel accipe *quæso*. Particulam נא omittunt quidem *Vulgatus*; LXX. *Arabs. Chald.* habet כען sed non facilè illa negligenda. Emphasin enim utraque habet non obscuram. Et *prior* quidem, קח, includit primum actum, qui in ordinariis sacrificiis locum habebat. Requirebatur enim הקרבה sive הגשה *adductio* sacrificii ad locum destinatum: quæ hinc inde in Scriptura Sacra verbo לקח redditur: Vide *Levit.9.2. Exod. 29.v.19.* Est igitur verbum *sacrificale*, ut ita loquar, quod adhiberi debuit, ut typum Christi quidpiam exprimeret. Adeò ut sensus sit: *Accipe*, Abrahame, *filium tuum, tanquam pecudem Deo sacram, eamq; loco destinato in holocaustum offer.* *Posterior* verò, verbo קח addita particula, ab aliis quidem per *nunc* (unde & *Aben-Esra* notat, omne נא quod in Bibliis occurrit, esse עתה *nunc*) ab aliis per *quæso*, *amabò*, exponitur. Utraque significatio commodè quidem adhiberi potest, & axiomate practico se commendat. *Prior* admissa *docet*, fortunæ sive *conditionis humanæ, fidelitatem, suas esse vicissitudines.* Abraham, cujus antea res erant florentes, spes amplissimæ, nunc aliam experitur fortunam: accipere nunc jubetur filium, eumque offerre in holocaustum. Planè ut in cœli facie post serenitatem expectantur pluviæ: ita etiam in rerum nostrarum statu vicissitudines perpetuæ occurrunt. *Altera* verò significatio, κατ' ἀνθρωποπάθειαν tamen sumta, ζυγκατάβασιν quandam denotat, qua Deus, velut peritissimus medicus, amaritiem pharmaci edulcare: vel benignissimus pater, castigationis verbera hac blandiendi formula permulcere voluit. Ut hinc discamus I. Δοκιμασίας, *explorationes, castigationes Dei gravissimas, paternas plane esse, & paterni affectus nectare & ambrosia permistas.* Probatur tentatione Abrahami, qua nulla gravior dari potuisset aut vehementior. Hoc enim potissimum nomine commendatur fides & obedientia Abrahami, *Hebr.11.* Hujus & Judæi & Muhammeda-

ni agnoscunt rigorem : & tamen initium ejus fit à particula blandientis patris אנא *quæso.* Hæc nempe sunt vera γλυκύπικρα, hæ sunt Hebræorum herbæ amaræ, quæ cum agno paschali conjunguntur. Sunt farina Elisæi, qua colocynthides conspersæ, mortiferæ esse desinunt. II. *In certaminibus nostris gravissimis, Deum nobis, ceu Summum Imperatorem, suo κελεύσματι, animum addere.* Experitur hoc Abrahamus, cui aggressuro certamen, acclamatur : *Amabo; quæso.* quæ non *blandiendi* tantùm; sed & *excitandi* formula est. Planè ut *Archistrategus*, milites accensurus ad prælium, animum iis addit, ut bono sint animo, viros se præbeant, tanquam pro aris & focis certaturi: ut *pater familias* vel liberos, vel famulos celeusmatibus ad officii rationem excitat, & sub spe fructus optati, felicisque eventus masculè acclamat; ita Deus Abrahamo : Quæsò, amabò. *Objectum personale* describitur partim à *relatis*, partim ab *Adjunctis.* *Relatum* est בנך *filium tuum*; Non vel bovem (quo maxima & sumtuosissima absolvebatur sacrificii species) vel agnum, vel turturem accipere jubet : sed novum & inauditum antea sacrificii genus. *Suum*; quo docetur. *Nihil nobis adeò charum aut pretiosum, vinâ gratia concedi, quod optimo jure ab eadem repeti non possit.* Manifestum est, exemplo Abrahami, à quo, singulari Dei beneficio, datus filius jam reposcitur. Id ipsum ingenuè fatetur *Jobus, c. 1.* Dominus dedit, Dominus accepit. *Adjuncta* sunt 1. יחידך *tuum.* Vocabulum hoc sumitur vel *propriè*, pro eo, qui unicus est naturâ, idque vel *absolutè*, i nulli alii supersunt filii : vel *secundùm quid*, ut hoc loco : ubi Isaacus eo tantùm respectu, quòd ex Sara aliam non suscepisset Abrahamus eum, primogenitus vocatur : vel *impropriè*, qui sede & amore primus est. Vnde Samaritani talem לביב *corculum* appellant, ut ex versione hujus Cap. v. 12. 16. apparet. Hoc loco *priori* sumitur, ut sumi etiam debet in antitypo Christo, qui unigenitus vocatur non *Amore*; sed Natura. Non ergo ex multis unum : sed unicum destinare jubet sacrificio. Semen promissionis, columnam familiæ, senectutis solatium, quo erepto, propagandi *seminis* omnis simul expiravit spes. 2. *Amor*; אשר אהבת *quem diligis. Tollere* jubet, non rebellem, quem lex apertè damnavit : *Deut. 21. v. 20.* non seditiosum Absalomum, *2. Sam. 15.* Non inobedientem cunctatorem, lurconem, aut prodigum ἄσωτον; sed eum, quem *dilexit*; *tum* quòd

pietate & obedientia sua amorem naturalem augeret, *tum* quòd, ceu semen benedictum diligi præ aliis mereretur, *tum* densque, quòd tenerior in ὀψιγόνοις sit affectus & amor, exemplo Iosephi *Genes.37.v.3.* Hunc filium, tot amoris characteribus insignem, Deus tollere jubet. 3. *Nomen*; *Isaacus.* Atqui hoc omnium erat molestissimum, & mœstissimum. Egerat hactenus Deus cum Abrahamo promissionibus. Quæ de *unico*, de *dilecto* præcerum, potuissent illa omnia spem relinquere de filio futuro, nascituro alii, in quo promissionum divinarum complementum non erat defixum: sed ubi nomen proprium jam accessit Isaaci: omnis evanescere spes facilè potuit. Observat. 1. *Non nostrum esse Deo præscribere modum aut limites castigationum.* Multi, cùm à Deo castigantur, cervicem præbent, sed mox excipiunt: Non ignorare se, hominibus suas destinatas calamitates, neminem sine miseria vivere. Dolent tamen & excipiunt: modò hæc eos non afflixisset vulneris acerbitas. Moritur *filius*, mallent mortuam *filiam*: decedit *primogenitus*, præcessisse vellent *minorem natu.* Idem etiam in aliis evenit. Publicatur *fama*, mallent, damnum accepisse *corpus.* Abrahamus alio nobis præivit exemplo; sine conditione, limitatione, exceptione, ordine auctus & excipit ea, quorum quodvis objectioni materiam præbere potuisset.

I. *Ab examine judiciorum Dei arcanorum longissimè abesse debere ratiocinia humana.* Abrahamus medicinam à Deo præscriptam patienter haurit, non scrupulosè inquirit, non anxiè ruspatur, non morosè objicit sed modestè & humiliter se sententiæ Dei subjicit. Argumenta aliâs immoriger & rebelli naturæ non defuissent. Videamus quædam. *Et dixit*; Ita ratiocinari potuisset Abrahamus) qui modò supplicium capitis in sanguinis effusionem statuit, *Genes.c.9.* Sanguinem me fundere jubeat? Ita ne, qui & semen promisit, & propagationem ejus, intercedente juramento, stipulatus est, jam messem tollere jubeat in ipsa herba? *Accipe filium tuum unicum*; Ego ne, regessisset ratio, *Pater* hoc designem συγερὸν ἀσεβείας scelus? Ego, ceu anathema, ceu sacrificium mactem *filium meum?* Egone, quem mihi pollicitus es hæredem, è medio tollam? Ægre me impetrare potui, ut dimitterem ancillæ filium, Ismaelem; & jam filio liberæ unico, magno, suo mihi merito, dilecto, gulam frangam? Vnicum, tuâ gratiâ, ô Domine, habeo filium, cui vitam hactenus neque homines, neque Angeli, imò ne ipsi quidem inviderunt Diaboli, & ego, qui proximus illi, quique proximus mihi, eam illi invideam? Quem *gaudium* mihi, *risum* & lætitiam

lætitiam posteritati destinasti, ego miserabili catastrophe in luctum convertam & fletum; imò in cineres? Ita habet *Objectum personale*, sequitur *reale*, *iter* divinitus mandatum, cujus spectanda tum *Subjectum*, tum *terminus*. *Subjectum* est Abrahamus: לך לך *Ito* tibi, i. e. *tu ito*. *Subjectum* ergo immediatum, quæ Emphasis est pronominis לך *tibi*; est Abrahamus: ut nempe ipse curam hanc susciperet, alii non committeret. Non ergo hoc loco particula לך vel commodum significat; *tibi commodo tuo*, vel causam finalem; ut alibi, sed efficientem immediatam, quæ tamen Emphasis, ab aliis Interpretibus non exprimitur, certè nec à Græcis, nec *Latino* Vulg. nec *Arabe*. Retinent tamen *Syrus* & *Chaldæus*. Observemus hinc I. *Spiritum Sanctum ad evitandas exceptiones, in mandatis divinis, distinctè & clarè loqui*. Novimus, quæ per alios fieri volumnus, nobis ea imputari. Atqui hinc fit, quòd facilè etiam aliis committimus, quæ per nos fieri deberent. Hæc consuetudo Ecclesia vius afflixit, quàm observetur. Transferuntur in alios vices precandi, satisfaciendi, merendi. Abusus hi sunt. Quæ immediatè Deus per nos præstari vult, in alios illa non sunt transferenda. II. *Necessitatem inspicie di fontes in explicatione S. Scripturæ*. Illa *tum* ex elegantia, emphasi & energia Linguæ Sanctæ; *tum* ab aliarum Linguarum proprietate & Idiotismo; *tum* denique ab infirmitate vel injuria tam Interpretum, quàm manuensium dependet. *Illa* tanta est, ut ob innatam & intrinsecam significandi virtutem, æquipollenti verbo difficulter possit reddi. *Ista* non admittit Hebraismorum strictas expressiones. Ita reddi debet contextus sicer, ut intelligatur ab iis, quorum interest, at intelligi non poterit, ubi λέξις morosiùs urgebitur: quia verò Emphasis negligi non debet, Interpretis industria & dexteritate compensetur necesse est, quod Idiotismi negat occulta qualitas: *hæc* obvia ubique & notoria est, nec dum tamen satis in apricum producta. Exhibuimus *Subjectum*, *terminus* est ארץ מוריה *Terra Moriah*. De vocis ארץ origine & usu alibi diximus: hoc loco *certum* notat *tractum*, qui Moriah dicitur. Vocabulum מוריה esse Hebraicum omnes consentiunt, quale verò, & à qua radice, vix pauci. *Alii* enim derivant à מרר *amarus fuit*, quòd *amorem* excitavit tum Abrahamo immolaturo, tum Isaaco immolando. Ita *Oleast.* & *Lapid.* *Alii* à מור *myrrha*, quòd mons ille magnæ aloës & cinnamomi ferax sit. Ita *Pagni-*

nius

nus & *Barradius.* *Alii* à ירא *timuit*, quòd in hoc monte Deus post hac coli voluerit. Vnde *Chald.* (ejusque exemplo *Arabs*) פולחנא *cultum*, ertit. *Alii* à ירה *docuit*, quod Lex de Sione & hoc monte esset prodituta: *Jes. 2.3.* unde & *Barradius* מוריה *myrrham Dei* docentem Deum, aut *pluviam* (q. מורה pluvia matutina) Dei reddit. *Aliis* nomen Gentis est. Vnde *Syr.* Testa *Amoræorum*, Arabs (de quo *Seld. de Synea, pag. 432.*) *Moabitarum.* *Alii* compositum asserunt ex מרא *Syriaco*, & *Hebraico* יה Iah. *Alii* denique deducunt à verbo ראה *vidit*, ubi tamen rationem Etymi iterum alii accersunt à *visione Physica*, seu naturali: alii ab *Hyperphysica* & Prophetica. Mons ergo *visionis* est, aliis à revelatione Messiæ, ibi longè post futura, ut מוריה sit θεὸς φανερῶν θεὶς, quam rationem astruit *Full.* Miscell. l. 2. c. 14. *aliis* ab *eminentia loci*, quasi conspicuus, ut eminus videri potuerit; Ita *Villalp. l. 3.* de Templo. Hausit hanc significationem ab Interpretibus Græcis. LXX. enim γῆν ὑψηλὴν, *Symmachus* terram ὀπτασίας, *Aquil.* καταφανῆ. Ita *Vulgat.* terram visionis, *aliis* ab eo, quòd Prophetæ in Sion & Moria suas acceperunt visiones. *Aliis*, quòd Deus hunc montem Abrahæ ostendit, v. 4. ibique visus est, ipseque vidit & respexit Abrahamum oculis misericordiæ. Plura videantur apud alios, præsertim *Full.* Miscell l. 2. c. 14. pag. 62. *Cornel. à Lap.* in Genes. c. 22. Seld. l. c. Ἐπίκρισις nostra breviter interpretatur A. Κατ' ἄρσιν. Nomen Moriah, neque est à מרר *amatus* fuit, neque à מור *myrrha* (quod allegoricè ex *Cantic. 4. 6.* colligunt) repugnante tum Grammatica, tum etiam Historia. Eadem obstante difficultate deduci non potest à ירא *timuit*; Quòd verò *Chaldæus*, & *Arabs* quidam, *terram cultus* vertunt, per prolepsin intelligi debet. Ille enim, qui Moria vocatur, locus, idem est, in quo postea extructum à Solomone fuit Templum. Vide *Seld.* Syned p. 432. B. Κατὰ θέσιν 1. Veram vocabuli originem esse ירה, significatu ראה *vidit*, hæc enim satis luculenter asseritur partim ex v. 4. partim 14. 2. Ita autem vocari *subjective*, *denominative*, *symbolicè*, & *mysticè*. *Subjectivè*, quatenus locus fuit eminentior, omniumque proinde aspectui & oculis, etiam eminùs patuit. Quo sensu plerique Veteres sumserunt. *Denominativè*, quatenus Deus hunc locum Abrahamo, in quo filium suum mactaret, denominavit. *Symbolicè*, quatenus, ceu symbolum adhiberi solet denotandæ Providentiæ

videntiæ divinæ, cùm ex præsenti nos periculo liberavit: unde apud Orientales pene omnes, in proverbium abiit, ipsa teste Scriptura, quod, perplexitatibus oppositum, Abrahami exemplo jubebat sperare παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι *Rom. 4. v. 18.* *Mysticè* denique non inficiamur commodè ad incarnationis adorandum mysterium idem posse referri, adeò ut מריה *Moriah*, ratione partium componentium, sit θεοφάνεια, quâ Christus verus ille Deus non modò in regione Morhæi, Bethlehemi, in vicinia Hierosolymorum, ἐφανερώθη, *1. Tim. 3. 16.* sed in ipso monte Moriiæ per miracula insolita ita factus καταφανὴς θεὸς, ut Centurioni etiam ingenua excideret Confessio; *Verè hic erat Dei filius*, Matth. 27. v. 54. Observat. *I. In explicatione ejusmodi nominum propriorum cautè versandum.* Cùm enim talia nomina non minus sint θεόπνευστα, quàm reliquæ S. Sc. partes, ita non minori etiam cum cura verùm eorum indagemus sensum, necesse est. *Cautè* autem versabimur, si utrumque declinemus extremum. In *excessu* enim hic peccant, qui ut allegoriis suis indulgeant, varias uni voculæ assignant Etymi rationes. Ita hoc loco *Cornel. à Lapide* Fuit mons Moriah, inquit, juxta quinque Etyma. *Primò* ob crucis amarorem. *Secundò* ob holocaustum, quod ibi Patri obtulit Christus. *Tertiò* quia ibidem legem Evangelicam sua morte sanxit. *Quartò* fuit terra visionis, quia in eo Christus crucifixus admirandum terræ cœloque spectaculum exhibuit. *Quintò*, quia ibi Deus nos ex cathedra crucis viam docuit in cœlum &c. Una est cujusvis vocis Etymologia, una ratio analogiæ Grammaticæ. Habeant commentatores libertatem sobriè allegorisandi, sed citra dispe[illegible]n veri & genuini sensus literalis. Inspergatur hinc inde allegoria Theo[illegible]gica, salva tamen ubique analogia Grammatica. In *defectu* illi, qui [illegible]am Etymologiæ, tanquam Cathedra Theologica indignam, abjiciunt. Quasi nostri sit arbitrii, pondus rebus illis addere vel demere; aut indigna sint nostro examine, quæ digna censuit Spiritus S. suo dictamine? Majus hinc Ecclesia accepit vulnus, quàm vulgò æstimetur. *Medium* ergo hic teneamus. Excessum & luxuriem vitemus, quæ, etsi in varietate Etymorum, pietatis speciem præ se ferat, à vero tamen nos abducit sensu, fontemque solatii aut institutionis quæ homini inde deberet, obthurat. Vox מריה ex vi Etymi Emphatica satis est & significativa, ad locum communem de Providentia speciali pertractandum, referenda, idque ex mente Sp. S. Non ergò opus est, ut aliunde conquirantur alia applicationis subsidia. *II. Loca proprius insignita nominibus non theoreticè tantùm, sed & practicè,*

non κατὰ θέσιν, sed & καθ' ὑπόθεσιν à nobis sunt consideranda. Mira hic est Iudæorum industria, qui, ut loco præsenti nomen concilient & famam, à sepultura Patriarcharum eum commendant. Qua de re videatur *Smegm. Orient. pag. 216. 330.* Hæc antiqua potius sunt, quàm solida, speculativa, quàm practica. *Practicè* potius ita à nobis consideretur, ut in difficultatibus nostris summis, perplexitatibus extremis, adhuc superesse *Moriah*; montem Dei, qui & nobis, cum Abrahamo ad ἀπορίαν redactis, sit felicem monstraturus ἔκβασιν, credamus. In proverbium propterea abiisse, *Deus providebit*, ne existimemus, soli Abrahamo hanc factam esse gratiam. Pergimus ad *finem*, de quo textus: העלהו שם לעולה על אחד ההרים אשר אמר אליך *Offer eum in holocaustum ibi, super uno montium, quem ostendam tibi.* Durum telum, quo tenerum patris pectus non poterat non fauciari! Distinctè verò hic considerabimus tum *actionem*, tum *locum* actionis, tam *generalem*, quàm *specialem. Actio* est העלהו לעולה *Offer eum in holocaustum.* Non dicit generaliter הקרב *offer*, aut זבח *macta*, quorum utrumque satis molestum esse poterat; sed speciem sacrificii exprimit העלהו *in holocaustum eum offer.* Propriè notat *sacrificium elatum superiùs, sursum ascendens, vi & impulsu flammarum in altum tendens*; cujus poste sub Leiturgia Mosaica maximus fuit usus. Neque verò frustra hoc fieri debuit. Ita enim monebantur 1. Status & *conditionis* corruptæ, qua propter peccatum *pecoris* instar essent igni absumendi. 2. *Devotionis*, ut quemadmodum sacrificia ejusmodi ascendentia fuerunt vocata, ita cogitent, sibi in externa ejusmodi actione, non acquiescendum, sed *sursum corda tollenda*, & vera fide Mediatorem & Expiatorem peccatorum alibi quærendum. 3. *Typicæ adumbrationis.* Ita nempè Christum suo tempore pro peccatis Mundi, tanquam verum & expiatorium holocaustum offerendum. Hic verò præsens typus adeò fuit luculentus, ut miseri Iudæi, illud etiam ei tribuant, quod est antitypi. Certè expiationem peccatorum quærunt in Isaaci ligatione & incurvatione, tum aliâs, tum præsertim initio novi anni, ubi rogant, ut Deus recordari velit, העקידה שעקד את יצחק בנו על גבי המזבח *ligationis, quâ ligavit Abraham filium suum super altare.* Observat. *Diversa in Schola crucis Deum discipulis suis injungere pensa.* Non vulgaris aut trivialis erat Abraham, utpote Pater credentium: magna proinde & difficilis ei præscribitur lectio.

Quot

Quot hic verba audimus, tot objectiones solvendæ, *1. Accipe*, inquit, *tu Pater*, non alius. *2. Filium*, non pecudem, aut avem, ut moris erat. *3. Vnicum*, non ex multis aliquem, cujus desiderium aliorum compensari posset præsentia. *4. Quem dilexisti*, non immorigerum, aut contumacem *5. Isaacum*, corculum tuum (ita Samaritu. 6. reddidit) Scipionem senectæ tuæ. 6. *Offeres*, more sacrificiorum præparabis, manibus pedibusque ligabis, ignem appones. & לעולה *ceu holocaustum* in cineres rediges, ut nihil prorsus, quod vel in busta recondi, aut memoriæ reservari queat, supersit. Hæc superare, hæc, non reluctante animo, exequi, non carnis aut sanguinis, sed heroici spiritus & exercitati in Schola tentationum erant Magistri; ut mirum non sit, ab Apostolo Paulo ejus, ceu Patris fidelium, commendari fidem & obedientiam, *Rom. 4. Hebr. 11.* Nec mirum, hunc ejus fructum, certissimum veræ fidei testem, exempli loco à *Jacobo* proponi. Sed neque mirum, Israelitas veteres *Jes. 51. 1.* ad exemplum צור *rupis*, *originis* suæ, i. e. Abrahami ad virtutes excitari, prout eleganter locus Prophetæ explicatur. *More P. 1. c. 26.* Hæc de *actione*; locus tam *communis* quàm *proprius* indicatur; *Ibi super aliquo montium. Tres* Geographi montis Moriah observant *colles. Primuus* est *Sion*, secundus est *Moriah* tertius *Calvariæ mons.* In Sione Civitas Davidis, & arx. In Moriah templum. In Calvaria crux Christi. Observat. *Deum jam antiquissimis temporibus noluisse in cultu suo ferre* ἐθελοθρησκείαν. Non satis erat Abrahamum moneri de cultu; de loco etiam cultus monebatur ne vel ipse parum referre existimaret, ubi ubi sacra perageret, neque etiam alii, si quid Abrahami hic instituto quicquam deberetur, occasionem hinc Idololatriæ augendæ arriperent: prout notum satis est, Orientales populos magna in Viros magnos reverentia ductos, & personis & locis sanctitatis nomine celebratis, multum deferre. Hinc natæ peregrinationes religiosæ, magna paullatim superstitione auctæ & impietate. Ne ergò nobis licere existimemus, à quo longè abesse voluit Abrahamum Deus. Non coli tantùm vult Deus, sed & modo à se præscripto.

V. Breviter enarravimus *antecedentia*; sequuntur *connexa*; id est, *factum* Abrahami, sive obsequiosa executio, quæ partibus sive gradibus mandati Dei respondet. Iussus est Abraham *1. ire. 2. filium offerre.* Imperata ergò facturus Abraham A. *iter ingreditur*, quod v. 3 & 4. describitur; ubi distinctè a. *Tempus* b. *Modus.* c. *Socii*, sive comites itineris, d. *Locus*, sive terminus ad quem. Non in propinquo aut

vicinia Isaacus erat offerendus, sed loco remotiori, in monte Moriah, tum ut Abrahami constantia luculentiùs probaretur, tum ut hac ratione typus Christo antitypo, loci etiam oblationis respectu, rectiùs conveniret. Constanti enim Orientis traditione hactenus receptum, Christum in hoc monte mortem subiisse. Vide *Smeg. Orient. pag. 330.* Hoc igitur iter Abraham suscepturus א *bene manè se accinxit:* וישכם אברהם בבקר *Et bene manè surrexit Abrahamus*; Elegans pleonasmus; השכים per se significat *diluculo; manè surgere, manicare,* ut quidam vertunt; בקר si accedat, *summum* notat *diluculum.* Quod, *noctu surrexit*, habet Vulgata, vel vitiosum est, vel cum grano salis debet intelligi, Metalepsi antecedentis pro consequenti, ut prima lux, dubia & obfusca significetur. LXX. simpliciter ἀναστὰς τὸ πρωΐ: *Chald. Syr. Sam.* אקדם בצפרא Anticipavit manè. *Ar.* אדלג באל ערארה Valdè Emphaticè, & qui Hebraismo proximè accedit. Summo ergo mane Abraham, ruptis omnibus moris, ut imperanti Deo satisfaceret, in iter se dedit, luculento documento; *Non satis esse, verbum Dei reverenter audire, requiri, ut mandata ejus, sine mora, exequamur.* Discipulos Scholæ Sp. S. non tantùm debere esse theoreticos sed & Practicos; non ἀκροατὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιητὰς *ac. c. 1. v. 22.* Præluxit Abraham; Non modò Deo vocanti sine mora & e pediterè supra v. 1. respondit הנני *ecce ego*; quod eò præstare poterat fa liùs, quòd nondum constaret, quæ præcepturus esset Deus. Cùm C . præcedente promissio de multiplicando per Isaacum semine fuerit repetita suspicari potuit, de modo & mediis exequendi consilii, actum jam iri. Mir roinde non erat, quòd adeò promtè vocem Dei, vix elapsam, responso xceperit. Quòd verò, postquam audivisset, de filio mactando, Isaaco t endo mandatum esse datum, nihilominus animo imperterrito pergit, summo manè iter ingreditur: id verò manifestè docet, Abrahamum in Schola Dei non auditorem tantùm, sed & Actorem fuisse. II. *Exemplum prudentiæ Oeconomicæ. Summo surrexit manè*; Fuisse Sarai consilii consciam, non sine verisimilitudine supra jam monuimus. Nihilominus, ne vel frequentiore filii offerendi mentione recrudesceret dolor, vel ultimo quasi aspectu, aut valedictoriis osculis augeretur mœror, imò ut Apostolus *Act. c. 20.* loquitur, cor contereretur, cæteris adhuc vel dormientibus, vel alibi occupatis in iter se conjicit. Atque hoc est ἐξαγοράζειν τὸν καιρὸν, quam regulam nobis Apostolus præscribit. Quæ nisi in rebus graviori bus observetur, magnum rebus exequendis evenire dispendium, necesse est. *Modus* exprimitur phrasi ויחבש את חמורו *Et stravit asinum*

suum

ſum. Iter longum erat, & quanquam verè religioſum, noluit tamen nimia ſe laſſitudine fatigare, aut pedum moleſtia exulcerare dolorem; ſed יחבש את המורו, quod *ſubjectivè* alii de ipſo explicant Abrahamo; *Injecit ſe in aſinum*; ita Syrus רמי על, alii *objectivè, vel,* ſtravit aſinum, ut Vulg. LXX. Ἐπίσαξε, i. e. *Epiſagma imponit. vel,* ut *Chal.* זריז accinxit, *vel,* ephippio inſtruxit, ut Ar. אסרג. Nobis verbum חבש *frænandi, frænum injiciendi* ſignificatu placet; qui tamen Metaphoricus eſt. Propriè enim denotat *Ligare, cuſtodire, concludere*; Improprie *frænum, capiſtrum injicere: Synecdoch.* Parare, ſternere equum, aſinum &c. Notandum ergo hoc loco *varia Orientis & olim, & nunc fuiſſe vectularum genera. Modò* equi adhibebantur, *modò* aſini, *modò,* præſertim in Syria & Arabia, Cameli, in Babylonia verò & alibi Elephanti. Vnde proverbialis locutio Babyloniorum לא פילא דעיל בקובא דמחטא *Neque elephantem intrantem foramen acus*; Syrorum verò & Arabum; *Camelus citius ingredietur foramen acus*; vide Primit Heidelberg pag. 79. Abrahamo hoc loco placuit, cum cæteris etiam jumentis, Camelis præſertim, eſſet inſtructiſsimus, præferre aſinum, quo dignitatis eſſet indicium, non contemptus. Aſina vectus erat *Bileam us* Num. 22. de qua auth. Chronic. Samarit. pag. m. 47. והו ראכב על אתאנתה מפרזכרא בהא לאהל אלעלם אנה לא יחתאג מעהא אלי דליל ולא אחתאג אן יצרבהא *Ille autem vehebatur aſina ſua, qua ſuperbiebat apud ſapientes; utpote quâ non opus habebat cum ea, Ductore viæ, neque ut verberibus eam moneret officii.* Certè non inglorium fuiſſe apud veteres hoc vecturæ genus, ex libro *Judicum* ſatis conſtat. c. 5. v. 10. Iudicum filii dicuntur vecti אתונות צחורות *aſinis nitidis*; qui e. g. dicuntur aliâs Principes, qui dominium in Iſraelitas habebant, ut eſt 1. 10. v. 4 &c. 12. v. 14. Quin & *Zach. 9. v. 9.* de Meſsia legimus vehendum fore aſina, & pullo aſinæ, Majeſtatis potius, quàm contemptus indicio; quod completum obſervamus *Matth. 21. 5.* Vnde & Iudæi, etſi Meſsiæ regnum ſomnient terrenum, non tamen, argumento vaticinii dicti, indignum eum judicant vecturâ aſini. Eſt quidem aſinus, tum aliis, tum Orientalibus præſertim populis, ob ruditatem & ſtupiditatem proverbialis; Vnde Perſarum adagium: *Aſinus Jeſu licèt Meccam eat, cùm cò venerit, etiam aſinus erit*; Proverb Perſ. pag. 10. ob uſum tamen varium ita

commendatus, ut iidem Leoni eum propterea præferant. Vide *Posar. Persic.* pag. 101. 103. Facetè dicere solent: *Omnium animalium princeps est Leo, infimus est asinus. Nihilominus, concordi prudentium sententia, asinus, qui onera bajulat; Leoni homines dilaceranti præstat.* Et carmine: *Miser asinus etsi quidem sit rudis; Propter tamen sarcinas, quas bajulat, certè venerandus; Boves asinique onera bajulantes, præstantiores sunt hominibus, qui mortales miserè divexant.* Hæc paulò operosius, quòd ritus illius explicandi ratio non obvia semper sit. Observat. *I. Deo charum & acceptum esse, & proprias habere facultates, non esse opposita.* Abraham, Dei amicus κατ' ἐξοχὴν vocatur, non modò in Scriptura; sed & Orientalium, ipsorum etiam Muhammedanorum, consuetudine, *Smeg. Orient. pag. 289.* proprias tamen possidet facultates. Hic ipsi tribuitur חמוריו *asinus ejus*; alibi Cameli & jumenta *Genes. c. 24. v. 10.* Quod contra Anabaptistas, mor[illegible] & rigidè bonorum communionem Platonicam urgentes, est observandum. Sed & Monachi illi mendicantes, qui proprietatum possessionem cum perfectione Christi non consistere posse negant, hinc perstringendi, quorum controversias non absque blasphemiæ luculenta nota agitatas, alibi indicavimus. Vid. *Hodeg.* P. III. c. 1. Abrahami pietati, obsequio devotioni, nugas suas non præferent: Ille tamen proprias possidere facultates religioni non duxit. II. *Obliquè etiam illorum taxanda superstitio, qui majorem, se Deo præstituros fingunt cultum, si itinera sua, religiosa vocant, pedibus potiùs, quàm subsidio vecturarum instituunt.* Huic γυμνασία σωματικὴ, cui accedunt aliæ, extensione animum, &c. non pietatis tantùm colorem inducunt, sed & virtutem meritoriam tribuunt. Si ullum unquam iter fuit religiosum, quod devotam requisivit præparationem, Abrahami fuisse, credendum est. Neque tamen propterea compendia illa, hominis bono creata, contemsit. 3. *Socii*, sive *comites* itineris sunt vel *personales*, vel *reales*. De *personalibus* ita loquitur textus: ויקח את שני נעריו אתו ואת יצחק בנו *Et assumsit secum duos adolescentes suos, & Isaacum filium suum.* Socii ergo sunt, א Duo נעריו *adolescentes*, vel pueri ejus. Valdè ambigua est vox נער, significat enim I. ratione *ætatis* a. Infantem, quasi ereptum demum ex utero matris, ut est *Psalm. 22. v. 10.* à נער excussit: *Exod. 2. 6.* b. *Adolescentem*, Genes. 34. 19. II. Ratione *officii* Ministrum

Ministrum, *famulum*, Exod. 33. quo sensu etiam vox Græca παῖς sumitur. III. Ratione *qualitatis*, puerum vel *judicio*, Ierem. 1. 6. vel *animo*; Ies. 3. v. Hoc loco alii *ætatis* respectum habent, ut *Vulg.* juvenis: quem sequuntur *Samarit. Syr.* Ita & *Ar.* עלאמיה quod tamen *servos* reddit Interpres: *alii* ministerii, ut *Chald.* עבדוהי, *alii* ambiguitatem non tollunt, ut LXX. παῖδας. Nobis circumstantiæ loci suadent significationem *servorum*, sive *Ministrorum*; tum quòd opera hæc necessariò erat servilis, tum etiam, quòd dignitas heri Abrahami, comitatum talem requirebat. Servos ergo sibi adjungere voluit 1. ut necessaria illi subministrarent. 2. Præsentia eorum iter esset expeditius, & honoratius, denique 3. vias tutiores præstarent. Interstitium enim, quod inter Moriah erat & Beerscheba, suas habebat latebras, ut hospitium etiam latronibus præbere posset, &c. Observat. I. *Theologiam non destruere Politiam*, id est, cum vera religione facilè posse subsistere distinctionem ordinum. Abraham Propheta Dei erat, *Genes. 20. v. 6.* & tamen famulitium sibi habebat subjectum. Neque enim Prophetica dignitas respectum, qui post lapsum, sisterherum esse debebat & servum, respuit. Id quod contra ἀπάντας illos Libertinos, qui libertatis Evangelicæ nomine omne sublatum esse existimant dominii & servitutis discrimen, æqualitatem, vel confusionem potiùs, Ordinum contra V. & N. T. praxin introducentes, est animadvertendum II. *Providentiam Dei causarum secundarum subordinationem non excludere; sed includere.* Abrahamus immediato ipsius Dei verbo & monito securus esse poterat de felici itineris successu. Iubetur ire in locum non incertum: sed quem ostensurus esset Deus. Iter tamen ingressurus subsidia non contemnit, itineris tum tutiùs, tum expeditiùs absolvendi. Providentiæ divinæ immediatè ipse omnia non relinquit, sed quæ sibi fieri erat strenuè facit, comitatu necessario munitus ad iter se accingit. Exemplo Noachi, *Genes. 6. v.* & *Pauli* Act. 27. v. 34. Sed præter *famulos*, alium itineris sevit *comitem* את יצחק *Isaacum*, filium suum. Qua ætate Isaacus tum fuerit, non satis constat: Alii plures alii pauciores ipsi tribuunt annos, ceu diximus *Smeg. Orient. pag. 327.* Certum est: eos jam habuisse annos, per quos & itineris molestiam sustinere, & fasciculum postea lignorum portare poterat. Illud notandum, Isaacum de itinere, molesto & longinquo monitum, nullis fuisse usum excusationibus, non tergiversatum, aut curiosius rimatum, quid hoc sibi vellet: Cur juveni sibi iter hoc imperavit? Sed Patris simpliciter jussa fecit. *Exemplum obedientiæ filialis, quod præbuit Isaacus, imitatione dignum.* Filii ergò, cùm de

paren

parentum pietate & religione (neque enim vel parentum imperium ultra aras se extendit) constiterit, de illorum voluntate, plus, quàm filialis admittit subjectio, non ruspentur. Memores sint, & exempli Isaaci, & mandati Dei *Exod.20.* toties per Apostolos repetiti: *Obediant parentibus in Domino*; Eph 6.1. cogitantes, parentum esse jubere, filiorum parere. Cæca hic debet esse obedientia; fundata tamen in imperio justo & honesto. Hæc de *comitatu personali* seu activo; sequitur *realis* seu *passivus*, de quo textus, ויבקע עצי עולה *Scidit in partes* (ut idem sit quod בצע tum Hebr. tum Arabum) *ligna*, holocausto videlicet inservitura. Magna profectò & *prudentia* & *religio. Illius* specimen dedit, quòd domi jam de lignis sibi prospexerit, & hæc prima ejus cura fuerit. Abraham de efferendo holocausto monitus de loci situ certus esse nondum poterat, ne ergò, cùm eo perveniret, lignorum obstaret inopia, aut fidei experimentum impediret, difficultati huic obviam ire voluit in tempore. Non omnis fert omnia tellus. Neque ubique eadem ligni copia. Ne Palatinatus quidem eadem, ubivis locorum, lignorum habet commoda. Alibi stramen solet esse pabulum ignis. In Oriente certè, & quidem circa locum habitationis Abraham, desertum erat, ubi nec bestiæ, nec homines, nec arbores, desertum Pharan, de quo *Jacobus, Justus.* Descript. Terræ Sanct. Erat mare arenosum, erant alia inhospita resqua. Hæc obstacula videntur Abrahamo præbuisse ansam in tempore sibi prospiciendi de ligno. Sed & *religionis* hic præbet documentum. Non legimus, quòd de viatico multum fuerit solicitus, saltem expressè illud non habetur, quamvis dubitandum non sit, quin & illius gesserit curam, primas tamen Scriptura defert iis, quæ ad peragendum cultum requirebantur. Regnum Dei ante omnia quærere voluit, certò persuasus, cætera non defutura. Idem nobis sit animus. Curemus ante omnia τὰ θεῦ, postea demum τὰ ἡμῶν. ד Restat *locus*, sive *terminus ad quem.* וילך אל המקום אשר אמר לו האלהים *Et ivit in locum, quem ostendit ei Dominus. Ivit*, i. e. profectus est. Generale enim verbum est הלך non *pedibus* tantùm, sed *quocunque modo*, iter facere, proficisci, significans. In locum, non quemlibet, incertum, vagum, sed *hunc ipsum* (id enim vult Emphasis pronominis demonstrativi) *quem dixit*, i. e. *ostendit* ei Dominus, & cui postea ab eventu nomen *Morijah* fuit impositum. Neque enim (quod quidam tamen volunt vid. *Rivet.* Comment. ad hoc cap.) verisimile est antea, hoc, loco nomen fuisse; præcedit tamen per prolepsin Historicam, prout cap. præced.

V. 14.

v.14. mentio fit *Beerschebæ,* habitationis Abrahami, quæ tamen postea demum v.31. ex juramento, quo Abraham & Abimelech fædus suum confirmârûnt, nomen accepit: sic ex eo, quòd 1. Deus Abrahamo locum illum *ostendit.* 2. quòd *ibi*, ex voto & vaticinio Abrahami *providit.* 3. quòd *symbolicè* sive *mysticè* significaretur, Christum se aliquando ibi ostensuram, probaturum *Jah.* i. e. verum Deum, efficacia doctrinæ, & multitudine miraculorum, nomen מוריה accepit, ut denominatio hæc facta sit, tum ab *efficiente,* ostendente *Deo*; tum *effectu* providentiæ specialis ἐνδείξει, tum denique ab *objecto* Christo. Ad hunc abiit locum Abraham, jussu Dei, cum duobus servis, & Isaaco. Qua verò ratione eò pervenerit Abrâham, ductu Angeli, hominis *mediato,* an Dei *immediato,* non quidem exprimitur: neque etiam de Abrahami solicitudine, an & quâ in viam inquisiverit, quicquam legimus. Parebat jussus: neque verò obscurum illi esse poterat, Deum, qui promisit, se locum ipsi monstraturum, ejus inveniendæ rationes habiturum varias. Observat. *Veræ fidei esse simpliciter acquiescere in Dei præceptis & promissis; in modum non inquirendum.* Hunc characterem Abrahæ potissimùm tribuit, quo etiam nomine commendatur ab Apostolo, *Rom. 4. Hebr. 11. v. 18.* Hoc verò obsequium absolutum soli debemus Deo, hominibus non item.

VI. Hæc de itineris *initio & progressu*; sequitur ejusdem *absolutio,* comprehensa partibus sequentibus. *Prima* exhibet adventum ad locum *remotiorem & propinquiorem.* De *remotiori:* ביום השלישי וישא אברהם את עיניו וירא את המקום מרחוק *Die tertio sustulit Abraham oculos suos, vidítque locum eminus*; ubi considerabimus *1. Tempus. 2. Or a tum. 3. Modum apparitionis loci* considerati. A. *Tempus.* Die tertio. Quo senu hæc intelligi debeant, ... Interpretes hariolantur. *Hieronymus* in ea fuit opinione, habitâsse Abrahamum in Gerar, inde ad montes Sion & Moriah tridui esse iter. Per Gerar autem non urbem (quæ Askalon secundum Samaritanum est, & nonnullos alios vid. *Ligtf.* Chorog. cap. 14.) Sed regionem intelligunt. Vrbs habitationis fuit Beerscheba, quo etiam postea, ut ex v. 19. patet, fuit reversus: *Alii* unius diei iter spatium inter Moriah & Beerscheba definiunt: propterea autem triduum Abrahamum insumsisse volunt, quòd onustus esset impedimentis ad sacrificium necessariis. Atque hæc sententia, ut cum Hieronymo conciliari facilè potest, ita nihil habet absurditatis. Solent enim ejus-

modi itinera esse satis lenta, ut triduo absolvi vix potuerit, quod unius aliàs diei pensum fuisset. Id quod *magnæ Abrahami constantiæ nobis præbet documentum.* *Magna* fuit Abrahami fides & obedientiæ demonstratio, quòd vocanti Deo sine mora responderit: *major,* quòd ad executionem tam prompto fuit animo: *maxima* quòd tridui mora & molestia frangere eam non potuerint. Hæc demum δοκιμασίας suprema κορυφὴ est & apex. Quot enim quæso certamina, quot luctus & luctas subiisse Abrahamum toto hoc tempore existimamus? *Illinc* affectu paterno, *hinc* fide, *illinc* amore Dei, *hinc* amore filii: *illinc* præsentium gratia, *hinc* futurorum expectatione, reciprocè sese insinuantibus. Sed vicit hæc omnia Abrahamus. Discant ejus exemplo alij etiam perseverare ad finem, *Matth 24. v. 13.* Multi Christum cum Petro in atrium quidem sequuntur, sed postea abnegant. Admovent nonnulli manum aratro, sed mox retrahunt. Comitantur multi Christum ad locum supplicii, sed tum resiliunt. Abrahamum nihil tale terruit &c. B. *Instrumentum,* וישא עיניו *sustulit oculos suos.* Elegans Hebraismus, quo magnum notatur rei oculis usurpandæ desiderium, quod illi solent, qui anxiè aliquid quærunt, & ut obtineant illud, in omnes se partes vertunt. Hæc Abrahami fuit ἀποκαραδοκία, exerto capite attenta expectatio Dei mandato satisfaciendi, ut vel tridui moram videatur ægrè tulisse. Oculos igitur suos attollit, quaqua versum conjicit, an tandem metam, divinitus monstratam, esset consecutus. Quo exemplum nobis præbetur *hominis interni, divina cælitus virtute armati.* Si externum hic spectare velimus hominem, i. e. Abrahamum, vel aliquo humanitatis sensu tectum: si patrem, non planè ἄστοργον; si promissiones illi factas, & per unicum implendas Isaacum: fieri non potest, quin exterior, naturalis homo tot pressus calamitatibus & obstaculis succubuisset. Si verò eundem intueamur ceu Patrem fidelium, triumphum contra carnem & Diabolum deportaturum: quàm à semetipso est alius? Non modo impedimenta illa non curat, non trepidat, non fluctuat, non retrocedit, non limis oculis locum divinitus monstratum aspicit, sed elatos, in signum læti animi, eos ostendit. Atque hoc est magnum privilegium hominis interni cælitus ἐνδυναμουμένου. Quod ipsum in Martyribus cumprimis conspicuum semper fuit. Qui, etsi caro & sanguis, pulvis & umbra, quatuor elementorum coagulum, vas fragile, cervicem tamen pro Christo objecturi, nihil in se agnoverunt humani. Carnifices atrocos, amicos, dies supplicijs destinatos, solennitates nuptiales, catenas ferreas, aureas appellârunt. Corporis ergastulo inclusi tanta sæpe promptitudine ad durissima & dirissima subeunda supplicia se objecerunt; ut caro videretur desiisse caro, tota que mutata in spiritum.

tum. Atque hic est internus ille homo, de quo Apostolus *2.Cor.4.16.C.* *Modus.* Vidit locum *eminus.* Quo indicio, non satis compertum habemus. *Hebræi*, & cum iis *Abulensis*, volunt, mediatè illud factum, Deum locum igneà columnà ostendisse. Hæc tamen conjectura nihil habet solidi. Neque verò multum nostrà refert. Satis est, constare, Abrahamum, & vidisse divino indicio sive mediato, sive immediato, & vidisse quidem eminus. Eminus vidit, ut paulatim, non simul & semel, ad certamen præpararetur: manifesto documento. *I. Deum in Schola quoque crucis suas habere classes, suos gradus, à theoria pergere ad praxin, ab inferioribus ad superiora.* Abraham primum fuit jussus iter suscipere & offerre filium: postea ad executionem se paravit, tum locum vidit, sed eminus tantùm: denique, conscenso monte, manum filii jugulo admovit. Atque hæc Methodus & in bonitate Dei, & infirmitate nostra fundata est. *Illa*, ut non permittit plura nobis imponi, quàm quæ sustinere possimus: ita *hæc* non saltus, sed gradus flagitat. Paulatim caro nostra Christi præceptis imbuenda, antequam se mortificet. Præliis Domini, præludiis assuescimus. *Eminus*, animo imperterrito, mons aspiciendus, & tum demum conscendendus. Vt ne suo tempore in bello vel strictos acinaces extimescant, atroces Martis pulli, nec fulmina tormentorum reformident, à ludo gladiatorio, & joculari tormentorum explosione faciunt initium: ita qui ad luctas divinas sunt destinati, eminus eas aspicere prius assuescunt, quàm cominus pugnent. II. *Fideles crucem & calamitatem suam tantùm eminus conspicere.* Atque hoc discrimen erat inter typum Isaacum, & Anti-typum Christum. Isaac eminus vidit: Christus statim hortum, ubi caperetur, est ingressus. Isaac ligatus, sed & mox religatus fuit: Christus verè offerri debuit. Nempe Christi passio erat *meritoria*, *satisfactoria*, nostra tantùm *[illegible]catoria* & *exploratoria*. [illegible], fateor [illegible]xioma ex sensu Scripturæ proprio & immediato [illegible]entis loci, non elicimus: egregia tamen allegoria, quæ fidei analoga est, hypothesis, hæc historica, facilè ad thesin moralem potest revocari.

VII. Neque verò quicquam hac ratione periculosæ Pontificiorum hypothesi, de vario Scripturæ sensu, patrocinamur. Aliud enim est *allegoria*, aliud *sensus allegoricus*, illa materiæ, hic formæ notionem habet. Illa locum ubique reperit, hic nuspiam. Vt enim pictura datur hominis homo pictus non datur: ita allegoriæ & in Scriptura nasci, & ex Scriptura, enasci certum est, etsi sensus allegoricus, qui Metaphoricus, adeoque improprius est, non datur. Improprius enim sensus adeò nullus est, ut etiam contradictionem involvat.

VIII. Et quia allegoriarum in Scholis Theologicis frequens est mentio placet, oblata hac occasione, de earum *origine*, (*distinctione & usu* alibi) coronidis loco: longiùs enim progredi thesium soliti cancelli non permittunt: pauca quædam subjicere. *Origine* allegoriæ satis sunt antiquæ sive Scholas spectemus *Judaicas*, sive *Christianas*. Scholæ *Judaicæ* huic studio jam ante Christum natum impensè erant addictæ. Patet ex *Philone*, Hebræo Alexandrino, & Alexandrinorum Methodo Scholastica consueta. Id ipsum ex Historia Evangelica, & Paulinis Epistolis satis est manifestum. Ipse Servator suis parabolis, quo docendi genere multum fuit delectatus, probavit, allegorias ea ætate valdè fuisse familiares. Huc pertinent quæ legimus de æneo serpente, *Joh.3.* de manna, *Joh.6.* Sic & Paulus multa κατ' ἀλληγορίαν explicuit, *1.Cor.10.* transitum Israelitarum: Conjugium *Eph.5.* Duas Abrahami uxores *Gal.4.* Petrus aquas diluvii, *1.Pet.3.21.* Erat autem Allegoriarum genus in Synagoga duplex, *Theoreticum* & *Practicum*, illud ad *scientiæ* augmentum, hoc ad *pietatis* incrementum pertinebat. Ex utroque genere aliæ forinsecus erant *illatæ* ex *Physica*, *Politia*, *Militia*, *Oeconomia*, petitæ & vel ad insinuandam doctrinam, vel emendandos mores accommodatæ: Tales ferè sunt Servatoris nostri: *Aliæ* ex S. Scripturæ textu non punctato, (modo & ratione aliis Linguis, heterogeneis, inimitabili) depromtæ. Hoc tamen allegoriæ genus paulò recentius videtur, quamvis apud Talmudicos obvium. Ex Bibliorum non punctatorum natura lectio, indeque emergens interpretatio varia, allegoriis sæpissimè accommodata esse poterat. Exempla dedimus *Thes.Philol.pag.237.* Hanc causam Iudæi esse volunt, cur Codices veteres publici, punctorum vocalium subsidium non admiserint. Ita *R.Bechai*, & *Recanatus* sentiunt Ib. pag.238. Ex hoc, fateor, fonte multæ ortæ sunt παρεμηνεῖαι, multæ fabulæ, & impietates. Nulla tamen, videtur, [illegible]orum authorum culpà. In hac n[illegible] lectionis & Interpretationis varietate, hic tantùm veterum illorum [illegible]uit scopus, ut assererent, Scripturæ Sacræ loca qu[illegible]da vel per se, vel accommodatitiè ita explicanda Historicè, ut applicari quoque possint mysticè sive allegoricè: hac tamen lege, ut allegoriæ ejusmodi contra sensum literalem nihil possent. Vnde axioma generale: יש אם למקרא, ויש אם למסורת *Est mater lectionis, & mater traditionis*; de quorum verborum sensu actum in *Thes.Philol.pag.239.* Ejusmodi allegoriæ aliæ quidem *festivæ* satis sunt in se, *utiles* & accommodatæ, de quibus Ib. pag.237. Aliæ verò in se crudæ, explicatione tamen emendatæ, quale est de ave, ovo, arbore, *Schebh.Jeh.pag.2[illegible]8.* Aliæ ita comparatæ,

ratæ, ut ipsos etiam Iudæos recentiores eorum puduerit: De *Majm.* & aliis videatur *Compend. Theol. Jud. pag. 30.* Cumque allegoriarum usum & sensum non omnes æquè caperent, & præsentissimum περατολογίας periculum immineret, omnem Rabbini moverunt lapidem, ut colorem turpissimis figmentis quærerent, ineptas Allegorias excusarent, emollirent, rejicerent, quos inter *Majmonides* potissimum excellit, *Azarias*, & *auth. Schebh. Jeh.* de quibus *Comp. l. c.* Vnde tandem nihil prodiit adeò ineptum, quod non Σοφῷ Φαρμάκῳ à Rabbinis fuerit commendatum. Planè, ut posteriores Theologiæ Saracenicæ Doctores nihil in Alkorano adeo repererunt absurdi, quod non fucare conati sint explicatione, si non solida, speciosa saltem. Vbi tamen observandum, ipsam etiam Synagogam cavisse, ne illatis & humanis Doctorum Allegoriis, vis tribueretur probandi dogmata; sed tantùm illustrandi. Nam apud eos locum habuit illud: *Theologia Allegorica non est argumentativa.*

DISPUTATIO III.

Tractatio nostra de PARADISO, *ut ἅτερ προοιμίων rei quidem obscuræ a. satis, ad examen tamen à nobis publicum solicitatæ aciem invadamus, gemina erit,* verbalis & realis. Illa *vocis originem, significationem, & usum excutiet; hæc in situm, tempus, tum creationis, tum conservationis diligentiùs paulò inquiret:*

II. *Ad* priorem *Tractationem sequentes pertinent quæstiones.*

A. *Unde vox Paradisi, ratione originis, sit accersenda?* Adeò hæc vocula omnium penè Gentium civitate donata est, ut veræ originis lineamenta nativa, multorum judicio, perierint. Suam eam fecerunt Persæ. *Mercer.* in Genes. pag. 47. *Locum hunc amœnum hortum appellat, quod esset velut nemus quoddam, ut Græci rectè Paradisum ex Lingua Persica, ut alibi notat Xenophon, appellant.* Eadem & aliorum mens est, qui Persiæ incunabula hujus vocis transcribunt, ut diximus in *Smeg.* nostro *Orient. p. 78.* Sed intercedunt Græci, qui domi suæ natam vocem volunt obscuram. Vnde *Suidas* παράδεισον deducit, παρὰ τὴν δεῦρον πονεῖσθαι, ὅ ἐστιν βοτανῶν συλλογή, id est, *congregatio herbar* Sed nolunt alii hoc brabeio Hebraicam Linguam defraudandam. Mox tamen iterum ad insolita confugiunt compositiones; quasi deduceretur à פרה & דשא βλαστεῖν, ἀνιφύειν *profer[illegible] herbas*, vel פרה & הדס *myrtos protulit, quasi fuerit hortus myrtifer, myrtilletum.* Hæc Etymologia etiam placet Cornel. a Lapide. Simplissimè, nostro judicio, asseritur, vox patriæ & originis respectu, Hebræis, eáque quadrilitera, quæ, ut plures aliæ, ab illis ad cæteros postea transiit, Syros, Arabes, Persas, Græcos, Latinos, Germanos, &c. Quod si tamen ad simpliciorem radicem triliteram vox referenda fuerit, malim à פרד derivare, quàm à פרה, quod ד ex literis sit semper radicalibus, quo sensu nomen haberet à *singulari* quadam, quà reliquos superat hortos, *excellentia.* Quicquid enim rarum est, aut pretiosum ורחד Arabes appellant, & פריד

& פריד *singulare.* Atque hic Paradisus hortus erit singularis & præ aliis ximius.

A. *An rectè voci* גן, *quæ Genes. 3. vers. 8. occurrit, pro amænissimo illo horto, per παράδεισον reddatur?* Repugnare videntur, Rabbini, & *Aben Esra* quidem ad Eccles. 2. vers. 5. observat; גן notare hortum, qui *varias* habeat arborum *species*, פרדס verò, qui *unicam* tantùm, ut hortus malorum punicorum, *Cantic. 4.* quòd pomis se tantùm punicis commendaret. Sed non est hoc discrimen solidum, aut receptum, el apud *Hebræos* veteres, vel *Syros*, vel *Arabes*, vel *Latinos.* Ex *Hebræis* Veteribus LXX. Interpretes indifferenter vocabulum גן modò voce παραδείσου reddunt, modò κήπου. *Syrus & Vulgatus, Deut. 10. 6. 11.* Itidem pro גן reponunt פרדיסא *Paradisum. Arabes* Paradisum suum (de cujus distinctis conclavibus videantur Anal. P. I. p. 34.) crebrè & usitatissimè גנה appellant. Vnde & Dei Periphrasis: רב אלגנה ואלנאר Dominus Horti, (Paradisi Cœlestis) & ignis, (infernalis.)

C. *Quot modis vox Paradisi apud Scriptores, sacros & Ecclesiasticos, Orientales cumprimis, sumatur?* Varijs. I. Est *hortus* ille *singularis*, in quo Protoplasti nostri erant collocati; ubi tamen notandum, in ipso contextu Hebræo eo sensu vocabulum פרדס nunquam reperiri, sed ejus Συνώνυμον גן II. Est *quilibet hortus*, pomarium præsertim, *Cantic. 4. 13. Neh. 2. 8. Eccles. 2. 5.* III. Est *cælum*, locus beatorum, similitudine petita ab amænitate, quæ horto illi tribuitur, absoluta. Atque hoc sensu sumunt A. *Christiani*, stylo Scripturæ, *Luc. 23. 43. Apocal. 2. 7. 2. Cor. 12. 4.* B. *Judæi.* Hortus Eden & Geenna opponuntur. *Gen. 3. 24.* ויגרש Et *expulit* eum: Targ. Hierosolymit. habet; ואתקן גיהנם וגן עדן Et *paravit Geennam. & Paradisum.* Schulchan Aruch appellat locum destinatum justis, *in quo essent animæ eorum* צרורות ligatæ. In *Pirke Abh.* legimus, discipulis Abrahami obtigisse Paradisum, discipulis Gehenni infernum: *Ali*; Servantibus legem Paradisus est asservatus, prævaricatoribus infernus. C. *Arabes.* Gieuh. פרדוס Hortus, Paradisus, beatorum sedes IV. Arabibus est hortus infra Iemamam Arabiæ, & pluraliter, Locus in Syria prope Damascum, ut *Gieuh.* & *Kamus* explicant, qua tamen significatione alludere videntur ad secundam. V. *Medius* quidam inter cælum & terram locus, fertilis & amœnus, quem *R. Gedal.* & *Maj-*

& *Majmonides* docent, Deum filiis suis in futuro seculo monstraturum. Huic loco tribuunt, quicquid ferè jucunditatis, amænitatis aut fertilitatis concipi potest; de cælo tamen ipso intelligi nequit, ex Majmonidis saltem opinione, quia cœlo ille excludit corpora, esum, potum, quæ tamen hic abesse non vult. Quæ de medio hoc Paradiso, voluptatum corporearum domicilio, loquuntur Iudæi, Muhammedanorum & Chiliastarum deliriis velificantur; neque dubitandum, quin quæ Iudæi hîc tradunt, Muhammed utraque amplexus fuerit manu, & ad Paradisum suum transtulerit, adeò crassè & crudè, ut ab ipso Muhammedani appellentur Majmonide, טפשים אוילים השוטפים בזימרה *crassi, stulti, & scelerati*, quòd nemo vitæ æternæ felicitatem in affluentia voluptatum corporis collocent. De mente eorum differendi locus, jam non est; nobis nunquam aliter visum, quàm quòd, etsi recentiores Arabum Theologi subtilius ea de re disputent, ipse tamen impostor secundùm literam intelligi voluerit, quæ de Campis suis Elysiis hinc inde proponit: qua de re alibi.

III. *Hæc de Tractatione Vocis; ad rem ipsam sequentes referimus quæstiones.*

A. *In quo terræ climate, aut ubi, olim conditus fuerit Paradisus?* De variis judiciis hic non multum sumus soliciti. Ex Orientalibus consuli potest *Moses, Bar Cepha*, de Paradiso, quem *Masius* superiori seculo translatum edidit: Europæis verò Mersennus, *Dav. Christian.* Tract. de Paradiso peculiari, p. 58. Vno, in tanta varietate, nobis verbo satisfacit Moses, quando ait: *In Eden.* Sed ubi *Eden?* Hic jam eorum non repetemus opiniones, qui cùm de Paradiso allegoricè omnia intelligant, vel ad cœlum vel ad universam terram, vel regionem occultam aliquam referunt; cæterorum probabiliores, cum succincto elencho, adducemus sententias, brevem postea subjecturi ἐπίκρισιν. Sunt ergo I. qui non Edenem tantùm, regionem, sed ipsum etiam [illegible]rtum in [illegible]do latissimè diffundunt per Asiam fermè totam & Africam, ut (si qui fort[illegible] pustius contrahunt) per Syriam, Arabiámque & Mesopot[illegible]iam. At, qui hæc tam [illegible] Adamo custodienda colendáque tribuunt. No[illegible]ident, se, & naturam rerum, & communi nostri parentis commodum convellere: cujus exemplo docuit nos Deus, naturam paucis esse contentam, *Laudato ingentia rura, exiguum colito*, Maronis axioma œconomicum est. II. Alii existimant, Edenem regionem Damasci in Syria fuisse, hortumque in eo statuunt, ubi oppidum fuit, *Paradisus*, ab omnibus priscis Scriptoribus appellatum. Sed huic Interpretationi neque cum verbis Mosis, neque cum Edenis situ, qui in Scripturis alibi exponitur, convenire potest. III. Sententia

tentia eorum est, qui Hedenem includunt Mesopotamiâ, & quidem illi Mesopotamiæ parti, quæ Babylonia seu Chaldæa dicitur, observant interim, mutatam Hedenis regionem, dimotos fluvios, totámque rerum Naturæ vel universitatis faciem diversam ex diluvio factam fuisse putant. Hæc etiam si opinio admittatur, magis incerta Hedenis sedes, quàm fluviorum futura est: quæ duo tamen Sp. S. loco simul circumscribere voluit. IV. Opinio est Avicennæ, Bedæ, Damasceni, Lyrani, Thomæ Aquinatis, Campani, qui terrestrem Paradisum Æquatori subjiciunt. V. Non pauci in Insula Zeilan collocant; vide *Itiner. Mandelsl.* pag. 147. VI. Alphon-

Vesa Cruce, cum aliis, autumat, Paradisum fuisse in Palæstina circa Iordanem, in terra Sodomorum; Sed repugnat ubique πτωμογραφία. VII. Multi hic planè ἐπέχουσι, & quia limites Paradisi diluvio sunt destructi atque vastati negant etiam, hodie describi eos posse. Ita *Christian.* l. c. pag. 66. & alii quos citat. VIII. Iunio verisimilima eorum videtur sententia, qui Hedenem regionem esse in Babylonia sitam, nobilissimósque heic fluvios Euphratem & Tigrin notari contendunt. Nostra breviter ἐπίκρισις ita habet. I. Procul dubiò locum intelligi, qui & *fertilitate, & situ,* huic nostro conveniat. *Fertilitatis* & jucunditatis πρεσδρίαν evincit tum ipsa vox עדן *à voluptate* desumta, tum aliæ ejus descriptiones. Idem enim hortus, qui in omnibus ferè linguis Orientalibus *Paradisus* vocatur, alibi dicitur, *Hortus Jehovæ*, Genes. 3. vers. 10. Ies. 51. 3. *Hortus Dei*, Ezech. 28. 13. & 31. 15. II. Ex omnibus supra citatis locis non alius est, cui hæc omnia rectius vendicentur, quàm regio Mesopotamiæ, seu Babyloniæ (olim enim Mesopotamiæ appellatione etiam Babylonia continebatur) id quod probant 1. *Natura loci.* 2. *Descriptio*, vel potiùs *circumscriptio* Mosis. 3. Plurium locorum *comparatio* A. De *Natura loci* convenit inter omnes Historicos feracissimum & amænissimum, non solùm totius Orientis agrum; sed terrarum ferè Orbis, esse Babylonicum, quâ ab Euphrate & Tigride irrigatur. Resudat (ait *Curtius*) toto fere solo humor, qui ex utroque amne ma er aquarum venas, & solo Babylonico felicita- affert maximam. e hac fertilitate *Plinius* lib. 18. Natural. Hist. cap. 17. Babylone segetes bis secant, tertio depascunt, alioquin folia tantùm fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit exilitas soli, verùm diligentioribus cum centesimo quinquagesimo. Ita & *Herodotus* lib. 1. Hæc regio omnium, quam nos vidimus optima est, duntaxat ferendo frumento. Neque verò frumento tantùm ferendo, sed aliis etiam & Naturæ proventibus, & artis miraculis celebratur. Notus est lacus, pro-

pe Sipphara effossus, altus 20. ulnas, murus latere coctili extructus, pons lapideus flumini impositus, & inter miracula relatus, duæ regiæ in utraque fluminis ripa mirabili arte fabricatæ, & ponti junctæ: Hortus pensilis quadratus sedecim jugerum, summorum murorum altitudinem exæquans, multarúmque arborum umbrâ & procerítate amœnus. Beli templum, obeliscus in media platea ad spectantium stuporem erectus. Porticus eximia, in qua Rex jus dicere consueverat. Notum etiam alumen Babylonicum, textura & purpura Babylonica, quæ loci fertilitatem & jucunditatem abundè satis commendant; de quibus *Bochart.* Geograph. Sanct. p. 261. B. *Collatio* aliorum Scripturæ locorum. Vt enim Edenis commendatur vel *amœnitas Jes. 51. vers. 3. Ezech. 28. v. 13. c. 31. 16.* vel *negotiationis* commoditas, potentiâque, *Ezech. 27. vers. 23.* ubi Chaldæus pro עדן habet הדיב *Adiabene*, quod pro Assyria poni, doctè probat *Bochart.* l. c. p. 273. vel fertilitas; 2. Reg. 18. 32. *Est terra frumenti & musti, terra panis & vinearum, terra olei & mellis.* Ab eodem Citrei, Assyria mala dicta. Et amomum in Statio Assyrium gramen: Et passim in Poëtis unguenta, quævis aromatica, Assyrii odores. Vnde Ioseph. lib. 1. Antiq. c. 7. Assyrii μάλιστα εὐδαίμονες, dicuntur; vel magnæ *copiæ bellicæ*, usque adeò, ut *2. Reg. 19. v. 12.* Hedenitis cura, & præsidium castri; vel munitionis in medio Euphrate sitæ adversus vim Assyriorum commisteretur. Vocantur autem Hedenitæ à Legatis Regis διακριτικῶς in Thelasar, ne quis fortè de Hedene Cœlo Syriæ illud intelligeret. Sed & ipsa Babylon, *Dan. 4. v. 30.* vocatur urbs magna, *Esaj. 13. 19.* decus regnorum, gloria superbiæ Chaldæorum: *Es. 14. 4.* Aurea, *c. 47. 1. 5.* Delicata & tenera Domina regnorum. *Jerem. 50. 22.* malleus universæ terræ, *Jerem. 57. 20.* Flagellum & instrumenta bellica ad dissipandas gentes & perdenda regna. His consona habent Ctesias, Herodotus, Ber[illegible]s, Abyden[illegible] Curtius, Philostratus; ex *Hebræis* R. Benjamin, ex [illegible] *abib.* Geog[illegible]phus Nubiens. Ex *recentioribus* Tzezes & Bochartus præf[illegible] im Geog. Sac. l. 4. c. 19. C. Mosis *circumscriptio*, quæ certissima hoc loco e[illegible] & ita adornata, non secus ac si αὐτόπτης ipse locorum fuisset. Constat ea, accuratâ Potamographiâ, cujus primo subjiciemus *explicationem*, tum brevem etiam *applicationem.* Ab *illa* habebimus, qui sint fluvii illi quatuor, vel unius potius fluvii majoris in quatuor capita divisio: Ab hac verò, quomodo descriptioni Mosis conveniant. *Primus* fluvius vocatur *Pison.* Ex Hebræis multi sunt, qui existimant, *Nilum* intelligi, secuti *Saadiam*, qui expressè

expressè in translatione sua Arabica habet אלניל, quo tamen nomine *Esræ* vapulat. Vnde & *R. Sol.* à פוש vel פשה *crescere, multiplicari*, deducit, quod aquæ ejus magnis turgeant incrementis, à quibus Nilus satis est notus; ex cujus etiam abundantia annorum vel fertilitas æstimatur, vel sterilitas: Vnde Niloscopiorum & Nilometriorum, de quibus *Smeg. Orient.* p. 372. usus. Nili autem hoc loco mentio adeò ei placuit, ut si fortè alia non satisfaceret Etymologia, alia magis ridicula occurreret. Cùm enim Ægyptus, & speciatim ora Nili limo, papyro, ac byssо abundaret, usque adeò, ut *Ies.* 19. Ægyptii עובדי פשתים *opifices lini*, ab illa merce, quæ פשתה Hebræis dicitur, vocentur; פישון à פשתה *lino*, vel *linificio* derivavit. Huic verò sententiæ repugnat 1. *Etymologia*. Valde enim tortum est à פשתה deducere פישון 2. *Situs*. Nilus quippe, à montibus Lunæ ultra Æquatorem ortum habet: Vnde sub caniculam increscit & exundat, quàm maximè à meridionali plaga, ac per Æthiopiam illam australem delatus, septentrionem versus in Ægyptum (aliis, quàm vulgò creditum hactenus fuit, meatibus & anfractibus, ceu ex nova amici cujusdam nostri Æthiopiæ descriptione patet, nomine Abyssinis proprio Abavvi; altera enim pars in Nigritarum delapsa regionem Niger vulgò dicitur) pervenit. Tandem in Mare Mediterraneum exoneratur. *Iosepho* Pischon est *Ganges*: quem sequuntur *Patres*, Epiphanius, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Theodoretus, Damascenus, ex recentioribus Conimbricenses, Ribera, in Amos, c 6. Bellarminus de Grat. primi hominis c. 12. & nuper *D. christian.* Tract. de Parad. p. 30. *Rationes* sunt I. Quia Pischon circuit terram Havilah i.e. Indiam (ut docet *Hieronym.* in Genes. c. 10. 29) quæ est intra Gangem, ubi aurum est optimum, quod fluvio huic tribuit Moses; imò, teste Plinio, ipse Ganges aurifer est & gemmifer. II. Favet *Etymologia*. Rectè enim פישון deducitur à פוש *luxuriare, abundare*, quia decem magna flumina in Gangem se exonerant. Ita *Ioseph* lib. 1. Antiq. & Isid. Etymol. l. 13. c. 21. III. Argumentantur ex voce *Havilah*. India, *inquiunt*, auri celebritate & nobilitate famata est: Et ex Ophir, qui fuit frater Havila, scimus Salomonem aurum optimum advexisse, quam in India collocant. Sed neque hæ satisfaciunt rationes I. Laborat *fallacia consequentiæ*. Nec enim India modò, sed [illegible] æ regiones auri fæcunditate celebrantur. Opes & aurum Arabiæ co[illegible]endat Hieropsaltes, *Psal.* 72. qua de re infra. II. Ab *E[illegible]logia* argumentum petitum valdè est infirmum. Nec enim à פוש commodè deducitur; melius ab antiquo פשן, & si illud maximè esset, cur non aliis quoque abundantibus, & in ostia se pandentibus tribui queat fluviis? III. Peccat *fallaciâ homonymiæ*. Vocabulum enim חוילה vel virum notat, vel regionem à Viro occupatam, & denominatam. Priori modo sumitur *Genes.* 10. 7. ubi mentio fit Havila, filii Chus, filii Cham, à quo, teste *Iosepho* Getulia dicta, locus Africæ, quam posteri Cham magna ex parte obtinuere.

Fuit & alius filius jectan, qui nomen dedit Genti, Ptolemæo planè ignotæ; reliquis verò adeò deformatæ, ut penè perspicacissimos fugiat. Pro Chavilæis enim alii habent Chaulothæos, Chaulosios, Chablasios, qui tamen omnes de voce חוילה plurale חוילות denominantur, & de his quidem Erathostenes apud Strabonem, eos Felici Arabiæ, ab Heroum urbe, Babylonem usque adjacere, Nabathæos, Chaulothæos & Agræos. In Dionysio iidem populi à Libano ad Mare Persicum eodem ordine proponuntur: prout *Bochart* lib.4 c.11. scribit: indéque colligit, Babyloniæ proximos esse non Nabathæos, sed Chaulathæos, quod, ut postea audiemus, scopo nostro multum inserviet. Id quod ipsum ex Scriptura etiam constàt, in qua *Sur* desertum propè Ægyptum, & *chavila* opponuntur, tanquam Arabiæ termini ab invicem remotissimi. Sic *Genes.23.vers.18.* Ismaëlitæ leguntur habitâsse à Chavila usque ad Sur, è regione Ægypti, & *1.Sam.15.17.* Saul percussisse dicitur Hamalekitas, à Chavila, donec venias ad desertum Sur, quod est è regione Ægypti. Nihil ergo habet hæc sententia solidi: cui etiam, si cætera faverent, sola satis *distantia* repugnat. Ganges namque remotissimus est ab Euphrate & Tigre: Oritur enim in Caucaso, monte Indiæ. Imò, ut docet *Ptolemæus*, inter Euphratem & Gangem intercedit spatium 70. graduum, i.e. plus quàm 4300. milliarum. Quomodo ergò tot terris & maribus, tanta intercapedine distantia flumina conjungi possint in alluendo Paradiso? Difficultas hæc cùm Patres ipsos urgeret, ad miraculum penè fugerunt. *Augustinus*, & post eum, alii statuunt, Gangem & Nilum è terrestri Paradiso oriri, sed subterraneis cuniculis & meatibus abscondi, donec locis dictis erumpat, idque occulto Dei consilio, ne cui Paradisus innotescat. Illustrat exemplo tum maris Caspii, tum omnium fluminum, etiam remotissimorum. Illud enim ab Oceano Arctico remotissimo per meatus subterraneos prodire docet Basilius, Strabo, Plinius, Dionysius de situ orbis: Herodotus tamen lib. 1.c.203. quem & *olear.* sequitur itiner.pag.273. peculiare mare constituit: hæc per venas subterraneas ex mari & abysso subterranea ortum habere, monet *Cornel. à Lapide.* Verùm, quid opus est miracula nos in subsidium vocare, ubi planior eluctandi occurrit ratio. Quæ de mari *Caspio* dicuntur, vel magis aperta sunt, vel, quod *Olearius* mavult, prorsus se aliter habent: Vide auth.l.c. *Situ* etiam imman quantum differunt. Quis enim unquam audivit, aut Gangem, aut Nilum versus Mesopotamiæ partes aut vicinas fluere? Plagæ prorsus diversæ sunt. Vnde ex ipsis etiam Pontificiis (qui tamen Patribus multum deferunt, & miraculis locum facilè relinquunt) *Cornel. à Lapide*, fatetur: Incredibile videri tanto & tam vasto spatio hoc Paradisi flumen, vel potiùs quatuor flumina sub terra se condere, & postea tam dissitis locis exire. II. Observat *Viegas*, aliique, nec Indiam, nec Gangem, nec alias regiones aut fluvios, qui sunt ultra Sinum Persicum, vocari in Scriptura *orientales*, sed illas tantùm, quæ sunt citra Sinum Persicum, veluti Arabiam, Armeniam, Mesopotamiam. Harum incolæ,

Arabes

Arabes, Idumæi, Midianitæ, Iudæi, Orientales dicuntur. Paradisus autem fuit in Oriente, ut postea audiemus. III. Ex hac sententia alia absurdior sequitur. Si enim *Phison* est *Ganges*, Paradisus omnes complectitur regiones interjacentes, puta Babyloniam, Armeniam, Mesopotamiam, Syriam, Mediam, Persiam, aliasque: quod quidem ab horti natura prorsus est alienum. & absque hyperbole excessiva ne cogitari quidem potest. Rectiùs ergo Pischonem cum *junio*, *Pareo*, *Cornelio à Lapide* intelligimus *Euphratis* alveum ulteriorem, seu Orientalem, qui Susanam versus fluens *Basilius* dicitur. Hic Euphratis alveus sub Apamea (quæ nunc Arabum videtur Alkatzar de cujus ortu & situ vide *Fascic. Disp. Heidelberg. 377. & Geog. Sac. Bochart. pag. 39.*) cùm Tigri junctus, ab incolis Pasitigris (celebris apud Curtium & Plinium) vel potiùs Phisotigris appellabatur, non de nomine Pasinis vel Spasinis Sogdonaconati, sed Pischonis Euphratis ostio dictus, cujus nomen cum Tigri fuit compositum. *Tigris* enim & *Euphrates* supra Sinum Persicum in unum tandem coeuntes, rursum dividuntur, noménque mutant. Ποταμὸς βασίλειος à *Ptolemæo* appellatur: *Polyb.* lib. 5. βασιλικὴν διώρυχα *fossam regiam* scribit vocari; Arab. אלמליך, & Chald. נהר מלכא pro quo *Euseb.* perporam ex Abydeno Αρμακέλην pro Nahar malko ponit: Sic autem dictum, quasi *regiâ curâ* effossum: Eundem *chobar* dici volunt in *Ezechiele*, à Chobaris præfecti nomine. Erant & alii Euphratis alvei, de quibus *Bochart.* l. 1. c. 8. *Nubiensis* observat, suo etiam tempore Euphratem se in 5. divisisse alveos: qui, procul dubio, sunt נהרות בבל *Flumina*, *Babylonis*, vel *Babyloniæ* potiùs, de quibus Psal. 137. quorum ripæ tam multis salicibus erant consitæ, ut Babylonia inde vocaretur נחל הערבים *Vallis Salicum*: Es. 15. 7. Et Moabitarum opes dicantur in *Vallem Salicum* deportandæ, i. e. in Babyloniam. Hæc cùm clara & aperta sint, mirum est, *Hilarium* in hujus Psalmi explicatione, ad Allegorias confugere, tanquam ad Sacram Anchoram, ac si aliter Psaltis verba non possent intelligi. Eos, *inquit*, qui secundùm literam omninò intelligenda omnia existimant, interrogare vellem, quæ flumina Babyloniam prætermeant, ut illic captus populus consederit? At in media urbe non dixit Psaltes: sed in media Babel, i. e. Babylonia. Quanquam eo descendere nihil sit necesse, cùm Babylonem ipsam in duas partes æquales diviserit Euphrates, cujus ripæ potuerunt vel in media urbe salicibus esse consitæ. Atque hinc etiam Etymologiæ ratio satis est manifesta. פישון enim dicitur vel à *copia* aquæ, quæ tanquam ad confluentum major ibi est quàm in cæteris alveis, vel ab ubertate salicum. Secundus fluvius est גיחון *Gichon*, de quo non minùs controvertitur, quàm superiori. Qui Pischonem Gangem esse contendunt, iidem Gichonem Nilum interpretantur. Ex Hebræis non pauci ita sentiunt. Argumenta eorum sunt, 1. Ab *Etymologia*. Deducunt enim alii à גוח *eduxit, produxit*, quod aquas in magna copia educat: alii à נגח quod magno impe-

ta omnia impellat, cursus sui vi & rapiditate. 2. Quia LXX. Interpret. *Ier. 2. vers. 18.* pro Nilo vertunt. 3. Testatur *Alvares*, *Hist. Æthiop c. 1. 22.* hodie etiam Abyssinos Nilum vocare *Gihon*. Sed ejusdem hæc argumenta sunt ponderis cum superioribus. *Etymologia* communis est, quæ aliis non minùs rapidis, & cum impetu fluentibus convenit aquis, atque Nilo. Authoritas LXX. Interpretum nihil incommodat. Constat enim, quàm non modò in explicatione nominum propriorum, sed etiam appellativorum sæpè sint hallucinati. Accedit πολυσημία vocabuli *Gichon*, quod pluribus convenit fluminibus. Sic, juxta Hierusalem erat rivulus גיחון ubi unctus est Salomon in Regem 1. *Reg.* 1. 33. 38. Æthiopes Nilum אבו *Abawi* vocant, ut tum ex Lexico Æthiopico, tum Æthiopiæ descriptione Nobiliss. Viri, Iobi Ludolfi patet; גיח verò (non גיחון) vel simpliciter & indefinitè pro nomine fluvii ponitur; vel eunden cum Gichone, Nilo contradistinctum, notat. Sed & unica ratio supra allata, & ab immani distantia petita, has conjecturas refutat omnes. Certiùs igitur quid quærendum est. *Cornel. à Lapide*, statuit, non constare, quinam sint fluvii *Pison*, & *Gichon*, eos tamen adhuc extare, palàm esse ex *Eccles. c. 24. vers. 27.* Nec satis apertum, utrum hæc quatuor flumina oriantur ex flumine Paradisi; an fluens Paradisi in hæc quatuor influat, vel in ea se dividat. *Pererius*, *Oleastrius*, *Eugubinus*, *Vatablus* hoc quoque flumen ex Euphrate & Tigri coëuntibus, enasci asserunt. *Iunio & Pareo* est alveus Euphrati citerior seu Occidentalis, accolarum sermone *Nahar Sares*, i. e. fluvius diductus, totus enim deducebatur ad irrigandos agros vicinos. Ita quidem *Pareus* explicat; ipsis tamen Criticis crux hic figitur molesta. Neque enim illis, quis sit alveus ille, satis videtur apertum. Deplorat Doctissimus *Bochart.* l. 1. c. 8. fatum hujus alvei, qui variis appellatus nominibus, nondum certam significationis habeat rationem. *Abydenus* appellat Ακρακάνον, *Plinius* Narragam, *Ptolemæus* Baarsarem, vel Maarsarem, *Ammianus* Marsian. Prima vox composita censetur ex נהר & אגם *fluvius* vel *stagni*, vel *junci*, quo nomine æstimatur dictus, quia vel alluebat, vel permeabat stagnum quadratum ingens ad occasum Babylonis. De Maarsar, & Marsia, nihil ait succurrere, nisi positum velimus Baarsares, Maarsariam, & Marsiam pro נהר סורא *Fluvius Soræ*. Fluvium Soræ autem æquipollere fluvio, ad quem, ex omnium consensu sita fuit Babylon: Euphratem plerosque vocare, servato prisco nomine, quod credatur esse nativus ille alveus, non ut alii fossilis vel arte factus. *Baruch.* v. 4. Sud, vel ποταμῷ Σὼδ mentio fit. Mendum agnoscit judiciosissimus *Bochartus*, l. c. p. 39. pro סור *Sur*, quæ ipsissima est *Sora*, urbs Babyloniæ notissima, ad hunc Euphratis alveum: Iudæorum Academia celeberrima, מחוזיא *Mahosia* aliâs dicta, & Pompedithanæ contradistincta. Non displiceret conjectura, nisi 1. Consentirent exemplaria *Græca*, *Latina*, *Arabica* constanter in voce Σὼδ. De *Syriaco* nihil polliceri ausim. Textus quidem Anglic. habet

צור

צור; sed versio Latina Sud. 2. Non Sud, sed Sora, vel Sura (סורא) scribunt Chaldæi & Hebræi urbis illius nomen. 3. Rudera hujus lectionis extant apud Arabes. Vocabulum certè Sovad (סואד) accuratissimis testibus Lexicographis Arabicis, ponitur pro *pagis & territoriis Cufæ & Basoræ*: imò pro *pagis & villis* per totam *Babyloniam*. Atque sic *κατοικοῦντες ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ Σοῦδ, habitantes in pagis Babyloniæ ad flumen Sud i. e. Euphratis.* Ita pagi Chorasan dicuntur רסתאק; per Arabiam verò felicem, מכלאף 4. Non sunt unum & idem נהר סורא *Fluvius Sorensis*, & *Fluvius Sud*. *Illud* enim specialius, alveum notare videtur Soræ vicinum; *hoc* totum Euphratem, regionemque ei adjacentem. Vnde & Celeb. *Gol* in Lexic. observavit Arab. *Baruci* 1. v. 4. Euphratem vocari *ποταμὸν Σοῦδ, Fluvium Sud*: quo sensu nomen habet à סאד vel סוד *Dominus, caput, Princeps fuit*, nempe alveorum reliquorum, de quibus *Genes. 2. vers. 10. 5.* Atque hinc manifestum est, *Abydeni* Ἀκρακάνου, *Plinii* Narragam, *Ptolemæi* Baarsarem (pro quo alii, vitio, satis in Misc. usitato, posuerunt Maarsarem) esse *ἰσοδυναμοῦντα*, à Nahar Suræ tamen diversa. Ex *illis* enim Ἀκρακάνου (vel castigatius Νακρακάνου) sive Narragam, est נהר אגם *fluvius stagni*; vel *paludis*, Baarsarem q. באר זרם *palus inundans* (paludibus autem vicinam alveis istis regionem refertam esse, chartæ Geographicæ haud obscurè monstrant) est in extimo latere alveorum occidentali: nisi malis legere: נהר זרם *Fluvius inundans, torrens*. *Nahar-Sara* verò, ipsum fluvium regium excipiens, Orientalis magis est. C. Alveus ergò ille τῷ Nahar-malko contradistinctus, maximè Occidentalis, ad Cufam, *Ali*, Persarum Antistitis regiam & sepulturam (de cujus tum splendore & frequentia, tum ruina consulantur Not. *Georg. Gent.* in Rosar, p. 572.) tendit. Imo, ut ex *olearii* aliorùmque Typographia patet, ei imminet, ad cornu Euphratis posita. Cufa autem terræ Cusch, id est, Arabiæ desertæ (ita enim pro Æthiopia vocabulum hoc sumendum doctè probat *Bochart.* l. c. p. 237. & deinceps) quam initio jam alluit totam, proximè accedit. Pergimus ad tertium fluvium, חדקל de quo tot eruditorum velitationes non occurrunt. *Tigrim*, vel alveum ejus Orientalem intelligi, condocefaciunt 1. *Situs* à Mose positus, הוא ההולך קדמת אשור *Labitur ipse ad Orientem, Assyriam versus.* Duæ erant partes Imperii Assyriorum, una trans Tigrim, קדם dicta, *Oriens*: altera cis Tigrim, ערב i. e. *Arabia* sive occasus. 2. *Authoritates Paraphrastarum* & Iosephi, qui Diglath vertunt. Ita LXX. Τίγρις, Vul. Tigris Onkel. דגלת Syr. דקלת Arab. דגלה, quo nomine etiamnum appellari solet ab Arabibus. Ita & *Lexicon Ægypt. Arab.* אלדגלה reddit per πιτυχρις. quin & veteribus hoc nomen pro Tigride fuit receptum, *Plinius*: Circa initia tum ex orgine ubi tardius labitur, ab incolis

colis vocatur Diglitta, at ubi longius processit, & jam rapidior est vocatur Tigris, quod linguâ incolarum sagittam significat. Video hoc discrimen etiamnum observari in recentissima Babyloniæ descriptione, ubi *Digle* supra Bagdadum, *Dischle* verò alveus inter Pischonem & Gichonem medius; quem superiorem Euphratis alveum in Tigrim ad Seleuciam & Ctesiphontem influentem appellat Iunius.

Quartus denique fluvius vocatur פרת Perath: Euphratem, qui Syriam dividit ab Assyria, intelligi, & affinitas vocis, & constans habet Interpretum consensus. Quòd *Olearius* excipit, vocabulum Euphratis de alio æquè ac Mesopotamico (quod *Moratsu* hodie dicatur) urbis flumine intelligi posse, quum *Gichon*, & Nilo tribuatur, & torrenti propè Hierosolymam: & *Tigris*, Ortelio indice, multis fluminibus commune sit nomen: receptæ obstaret sententiæ, si unus hic de ultimo fluvio supperesset scrupulus. Quando verò ex supra commemoratis manifestum est, sententiam quæ in Indiam nos rejicit, ad investigandum Paradisum, tot laborare difficultatibus: hanc contrà, quæ, sic favente certo & constanti vocis omnium ætatum (quod soli huic relictum esse videtur voci,) usu, Euphratem Mesopotamicum fundamenti loco huic inquisitioni substernit, adeò facilem esse, meritò etiam huic adstipulamur. Ita habet *explicatio*, *applicatio* facilis erit, eáque vel *generalis*, vel *specialis*. *Generaliter* observandum, 1. ad veram & genuinam Paradisi investigandam sedem, non sufficere unam & alteram proprietatem, unum & alterum characterem communem: amænitatem, fertilitatem: sed omnes requiri descriptionis Mosaicæ notas conjunctim. Certè dubiam multis videantur facere optionem, quæ de Insula Zeilan (est illa *Ptolemæo*, *Straboni*, *Dionysio*, *Plinio*, *Arriano*, veteribus: recentioribus verò *Barrio* de Antiq. Calab. lib. 3. Indic. Histor. *Bochart*. Geogr. Sac. P. II. c. 46. *Olear*. ad itiner. Indic. Mandelsl. pag. 146. *Taprobane*: *Mercatori* verò, *Iulio Scaligero*, *Osio Stuckio*, Sumatra) refert, ma æ experientiæ Vir, *Adam Olear*. Not. ad Itiner. Indic. l. c. Habet 1. Patrum consensum eorum, quibus *Pischon* est *Ganges*. 2. Etymologiam à פוש à multorum in Gangem fluviorum irruptione, *Ios*. l. 1. c. 2. *Isid*. l. 13. c. 21. 3. Nomen *Pardes*, quod tractui Goæ vicino, ob loci amænitatem tribuitur. 4. *Traditionem* avitam, quæ Adamo sedem & habitationis & sepulturæ præbuisse inde à prima creatione, quam ibidem contigisse sedem religiosa incolæ recipiunt, persuasit: unde & vestigia altissimo Indiæ monti (cui & nomen *Pico d'Adam*) ab Adamo impressa. Indicium est, quod solito, & consuetâ hominum mensurâ sint jora. Ostendunt ibidem salsuginosam paludem ex lachrymis, ab Eva, propter occisum Abelem, fusis, ortam. 4. Vrget *copia auri*, eámque tanta, ut Ophir propterea, i. e. regionis exundantis seu exuberantis nomen fuerit merita. Sed nihil hæc possunt contra argumenta, quibus asseruimus, tum vera in Chaldæa Paradisi vestigia, tum difficultate [illegible]endi, Pischonis nomine Gangem intelligi posse. Cæteri characteres [illegible]nt, A. alij *communes*,

ut

ut nomen Paradisi, amœnitas, fertilitas soli: cùm copia, quæ in Arabia (Cassanitis enim Arabiæ populis, in quorum extremis Chavila est, tanta ὀβρύζου auri vis, ut, quando, alium usum præter torques & armillas ignorarunt, cum vicinis Minæis, Gabanitis & Sabæis, proximis his, cum ferro & ære permutârint) longè maxima est; Habeant Indi suum Ophir auriferum; habent & Arabes; qua de re eruditè *Bochart.* L. II. c. 27. B. Alii *incerti.* Adamum in India Orientali vixisse, aliorum etiam, Arabum cumprimis, traditio est: sed post lapsum demum, in exilio, cùm pœnam daret suæ inobedientiæ. Vtraque, dubio procul, alia vel à *Iudæis*, vel *Muhammedanis*, vel *christianis* etiam, qui jam pridem iis locis sacra sua communicâsse creduntur. *Maffæus* certè asserit, Eunuchum Candaces, primum illius Insulæ præconem fuisse: ibidémque & sepultum & cultum. Prima ergò de Adamo, ejùsque lapsu mentio facilè illius vestigii vel imprimendi, vel impressi obtrudendi suppeditare potuit ansam. Sola Veterum authoritas, quibus Pischonem in Gangem vertere placuit: animum addidit; atque hæc pro Insula Zeilon dictavit argumenta. II. Nullum esse per orbem terrarum locum, cui & Mosis ποταμογραφία, & aliæ circumstantiæ aptius respondent quàm tractum Babyloniæ, sive Chaldææ. Ex *Potamographia* duo sunt fluvii, extra controversiam positi, qui nulla difficultate laborant, Tigris & Euphrates: quod certè nulla cæterarum sententiarum habet demonstrationis prærogativam. Sed & *circumstantiæ* reliquæ accedunt, loca toto orbe celebrata, & Iudæis cumprimis nota (quod de remotissima Indorum Insula dici vix poterit) amœnitas: Linguæ Hebraicæ, qua cum Indi nihil habent commercii (quæ enim alii de affinitate Linguæ Indicæ & Chaldaicæ sive Hebraicæ, afferunt, de Æthiopica intelligi debent: exempla habes in *App. walt. p. 99.*) usus: Regionum & fluviorum Emphatica, locòque convenientissima nomina. אשור Assyria *beatitatem*, summam felicitatem (an fortè in primæ integritatis, primique status indicium nomen, & ipsi & loci authori impositum?) significat. Nomen autem generale tota illi regioni tributum fuisse, promiscuus probat Syriæ & Assyriæ usus. Sed & Euphratem à פרה *fertilitate* obtinuisse nomen, omnium ferè sententia est. Vide *Eccles.* 24. 28. In *specie* verò A. Fluvius quærendus, qui ex Eden egrediens, non ratione scaturiginis, sed irrigationis in quatuor divisus fuerit capita: quod utique Euphrati propriè sic dicto, & tum ad Armeniam majorem, ubi scaturit, se extendenti: tum in quatuor (tempore Geographi, ut monuimus, Nubiensis quinque se alveos: Vide Cima. 5 p. 5. & 6.) se diffundenti, recte tribuitur, cui proinde κατ' ἐξοχὴν nomen סוד *Domini* convenit. B. Ex quatuor divisis capitibus primum esse debet a. *frugiferum.* b. *alluere Chavilam*: utrumque præstare τὸν ποταμὸν βασιλικὸν, Euphratis alveum, qui sub Apamea Tigrim illabitur, indèque cum Tigri in Persicum defertur sinum, eumque solum, ea iterum probant, quæ supra in descriptione ejus al-

lata a nobis sunt. *Secundus* alluit regionem Chusch i. e. *Arabiam* desertam quod quidem officium iterum facit, non alveus Euphratis secundus, Edenem à Chaldæa reliqua disterminans Occidentem versus, & in Chaldaica palude disperiens (Est hic *Nahar-Sura*, fluvius Sorensis, qui & Euphrates pristo servato nomine, distinctus tamen ab ipso Euphratis magno fonte, appellatur utpote nativus, non arte factus) sed 3. De *tertio* & *quarto*, ut jam monuimus, nulla relinquitur difficultas. *Hiddekel* enim pro *Tigri*: *Pherat*, pro *Euphrate* κατ' ἐξοχὴν sic dicto, qui Hedenem pariter & Babylonem urbem mediam secabat, poni, illi etiam viderunt, qui in India Paradisum quærunt: Hoc tantùm observant eruditi, Tigrim, hoc loco, *Synecdochicè* superiorem notare *Nahar-Malko*, sive fluminis regii alveum, qui supra Seleuciam influit in Tigrim, noménque ejus mutuatur: quem tamen Veteres Geographi manufactum existimantes non retulerunt inter Euphratis alveos: sed Insulam potiùs, quam Euphrates cum Tigri efficit, à Seleucia Apameam usque, non Babyloniæ sed Mesopotamiæ tribuerunt.

II. *Quo die Paradisus terrestris sit conditus.* R. tertio. Quærendi occasionem præbuit antiquissima versio Latina, quæ Hieronymum etiam in avia traxit. Astruit enim in *Quæst. Ebraic.* ad Genes. 3. Hinc manifestissimè comprobari, quòd, priùsquam cælum & terram Deus conderet, Paradisum antea condiderat. Ad excusandum Hieronymum, *Senensis*, *Mercerus*, & ipse etiam *Steuchus*, omnem moverunt lapidem, ut probarent, non semper in hac fuisse sententia Hieronymum. Locum tamen Retractationis non observant. Nam *Albinus* Quæst. in Genes. eam fuisse sententiam, quam præ se ferunt verba, asserit, & *Eucherius* eandem Hieronymi verbis exposuit assertionem. Quin & *Francisc. Georgius*, ex iisdem fontibus, aliis conatus fuit persuadere, à suis partibus stare Hieronymum, & sensisse, Paradisum non fuisse in hac visibili terra situm. His enim consideratis, inquit *Georgius*, Hieronymus pronunciavit, Paradisum ante cælum & terram conditum, nimirum ut his verbis significaret, Paradisum Mosis non esse in hac terra visibili situm: sed in illa terra viventium, quæ ante hunc visibilem Mundum in invisibili Mundo creata est. Hinc volunt, si non ortum, saltem robur magnum ex hoc loco acquisivisse veterem illum, & nondum sepultum errorem, quo creditum est, multis ante hunc mundum visibilem seculis alium invisibilem Mundum creatum, & in eo Angelos; de quo *Senens.* lib. 5. Annot. 5. ubi & erroris hujus reos peragit Basilium, Originem, Nazianzenum, Ambrosium, Hieronymum, Hilarium, Isidorum, Damascenum, Cassianum, Bedam. Augustinus titubavit. Cuique enim liberum reliquit hac de re judicium, modò Angeli Deo non statuantur coæterni. Sed ad *Hieronymi* redimus sententiam, quam Præceptori, dubio procul, suo debet, Iudæo, qui ex Majorum suorum didicit Schola septem esse creaturas, quæ ordinariam Creationem rerum omnium præcederent, quas inter & *Paradisus* refertur. *R. Eliez. c. 3 septem*, inquit, *condita sunt antequam Mundus crea-*

retur

retur, Lex, Geenna, Paradisus, thronus gloriæ, sanctuarium, resipiscentia, & nomen Messiæ. Vnde & author *lib.4.Esr.c.3.* (quo nomine tamen rectè vapulat *Cornelio à Lap.*) asserit, Paradisum ante terram fuisse plantatum. Quæ opinio 1. Est ἄγραφος. Ne apex hujus assertionis extat in S.S. 2. Ἀντίγραφος. Cœlum & terra, & omnis exercitus eorum creata sunt, sex dierum spatio. E. & Paradisus. Vnde cum creatione hominis statim conjungitur Genes.2. 3. Ἄπορος. Si enim ante Mundum extitit; erit æternus; quia πρὸ καταβολῆς εἶναι κόσμου, æterno æquipollet. 4. Ἀσήμικος. Nihil planè præsidii habet. Vox קדם rarius prioritatem temporis notat; situm frequentius Orientalem. Vnde & LXX. rectè κατ' ἀνατολὰς reddunt. 5. Communis veterum fuit opinio, Adamum in Orientali plaga esse conditum. Vnde & *chrysostomus, Theodoretus, Damascenus*, lib.4.c.13. de fide, observant, Christianos oraturos, se obvertere Orienti, ut Paradisi recordarentur, è quo in Adamo essent ejecti, post peccatum, simúlque ad cælestem adspirarent; quanquam aliæ hujus instituti reddantur rationes; vide *Seld.* de Diis Syr.p.325. Muhammedani ejusmodi respectum in precibus observatum קבלה quod suâ naturâ ortum, sive anteriorem partem denotat, nuncupant. Secus tamen factum a Iudæis, qui Occidentem elegerunt ad Heliolatrarum differentiam; videatur *Majm.* More Hannev.l.3.c.45. Ergo & Paradisum ad eandem retulerunt plagam, hoc potissimùm Scripturæ loco moti.

III. *Vtrum Paradisus terrestris adhuc supersit?* Non est quæstio de *quantitate*, i.e. spatio loci vel communis vel proprii; an non, sive clima aliquod, sive solum, in quo amænissimus olim Edenis hortus, Paradisus, conditus fuit, supersit. De *qualitate* potiùs quæritur; An Paradisus eadem non substantiali tantùm, sed & Accidentali perfectione, atque amænitate in primo suo statu, singulari Dei beneficio, eum in finem miraculosè tum ab omni aliâ, tum diluvii cumprimis pœna, immunis sit conservatus, ut etiamnum Enocho & Eliæ hospitium præbeat? Affirmativam tuentur 1. Ex *christianis* veteribus Iustinus, Tertullianus, Epiphanius, Augustinus, Damascenus. Ex recentioribus, Thomas, Abulensis, aliique Pontificii Scriptores multi, quos citat Viegas. Addit Irenæus l.5.c.5. in hoc Paradiso terrestri omnes justorum animas post mortem, usque ad diem judicii, detineri, ut tunc in cælum recipiantur. Qui tamen error & in Concilio Florentino, & à Pontificiis Doctoribus privat damnatus est. Videatur *Arcud.* de Purgat. II. Ex *Iudæis* Elias Levita in suo Tisbi pro Existentia Paradisi acriter pugnat. *Negativa* placet Reformatis: quibus, ex Pontificiis, accedunt *Oleaster, Eugubinus, Catharinus, Pererius, Iansenius, Suarez, Viegas, Cornel. à Lapide*, & qui nuper admodum de Purgatorio scripsit, *Arcudius* c.16. præsertim p.67. Quorum quidem judicium est, Paradisum in primæva sua amænitate, ad diluvium usque durâsse custoditum à Cherubim: tempore verò diluvii hunc etiam hortum universa

lis pœnæ incommoda accepisse. Nostra de hac quæstione ἀπόκρισις est 1. Ne certò quidem constare, utrum ad diluvium usque integer manserit Paradisus. Cùm enim omnes, propter peccatum, subjectæ fuerint Creaturæ vanitati, cur Paradisus, propria & proxima sedes peccati, impunè hoc tulerit? Neque custodia Angelorum conservandæ Naturæ horti, sed coërcendæ temeritati humanæ destinata erat. II. Superesse locum tam Paradisi communem; quàm proprium, humana tamen scientia non definiendum, aut suis proportionaliter terminis includendum. Superesse indicia, quæ negativè aut contradictoriè, non verò positivè & determinativè Paradisum ostendunt. Rationes. 1. Diluvium altissimos obruit aquis montes. E. & Paradisum. Miraculosè conservatum esse, est gratis sumere, & Muhammedanis idem de templo suo Meccano somniantibus succollare. 2. Paradisus aut in terra est, aut extra eam. Non extra eam: est enim quæstio de terrestri. Si in terra: unde fit, quod nullius oculati testis industria hac liberari potuerimus curâ? Nam quòd Elias excipit, multos quidem ingressos, neminem tamen, loci amænitate illiciente, egressum esse, Rabbinicum suaviludium est. 3. Quantò graviora peccata, tantò gravior pœna, non in personas, sed etiam in loca ipsa. Exemplo sunt terra Canaan, & ipsa Hierosolyma. Cur ergo prima gravissimi peccati sedes immunitatem obtineat? Verisimile igitur est, vel statim, judicio Dei singulari, vel diluvio universali Paradisum deletum. 4. Si Paradisus superest, in ipso illo erit loco, ubi initio fuit conditus; ibi verò non reperiri, ex collatione Potamographiæ Mosaicæ & hodiernæ ipse colligit *Torniell.* Annal. p. 23. 5. Monet *Plinius* in Campo Babyloniæ flagrare quandam veluti piscinam, quasi jugeri magnitudine. Nihil absurdi fuerit, vestigia ibi agnoscere Paradisi olim igni deleti, tum quod supplicii illius alia occurrant exempla, tum etiam, quod Cherubinorum, custodum, armatura ab hac deletione per ignem non videtur abhorrere. Voces certè Hebræas LXX. φλογίνην ῥομφαίαν, reddunt, *flammeum gladium*, quod ad fulgorem seu splendorem referre solent simpliciter micantem; nihil tamen impedit, quo minus de igneo illud intelligatur.

IV. *Hæc de Paradisi situ, ad arbores nunc properaturi, quærimus;*

A. *Utrum arbores Paradisi omnes fuerint frugiferæ?* Ita sentit *Beda*, argumento verborum Genes. 1. v. 29. cui *Torniellus* accedit, impulsus argumento *Genes.* 2. v. 16. Nobis verò verisimilius est, hortum Edenis, omnibus suis numeris absolutissimum, pabulum *oculorum, oris, & aurium*, adeoque non esui tantùm, sed & usui aptas, & visui gratas habuisse arbores, quod probatur 1. Textu expresso *Genes.* 2. v. 9. ubi Moses distinctis verbis duo arborum exprimit genera, quorum alterum vocatur נחמד למראה *aspectu pulchrum*; alterum טוב למאכל *bonum ad edendum*. Ad illud arbores pertinent procerè,

proceræ, corniferæ, umbram spargentes, platani, ulmi, abietes. 2. Non est verisimile multas arborum species, cum ipso Mundi exordio non extitisse; aut quæ jam sunt ἄκαρποι, olim fuisse ἐγκάρπους. Nec enim peccatum speciem sustulit, sed gradus variavit 3. Expresè regioni Eden & horto Dei tribuuntur Cedri & abietes, *Ezech.* 31. 8. *& Vult.* 4. Deliciæ terræ sanctæ non postremæ videntur arbores illæ proceræ, id quod tum ex magno earum patet numero, speciérumque diversitate, tum usu etiam hodierno: de *illis* & *istis* videatur Lex. Talm. *Buxtorfii, R.* שטא ubi decem, ex Hebræorum sententia numeranturur, species: de hoc verò itinerarium *Olear.* pag. 386.

B. *An, cujus speciei fuerint arbores scientiæ boni & mali, & arbor vitæ, definiri possit?* Vtrumque extremum diligenter hîc vitandum. Sunt, qui allegoricè de Christo hæc omnia interpretantur. Ita *Georg. Venet.* Probl. 32. *Alii* nimia curiositate & speciem, & vestigia, & longitudinem determinant. Arborem scientiæ boni & mali (quæ arbor φρονήσεως *Iosepho & Zonaræ*: *Iunio*, Experientiæ boni & mali dicitur, quia, ut *Chald.* habet, כל מן דאכל מניה מפרש בין טוב לביש *Omnis, qui de eo comederit, distincturus est inter bonum & malum*:) ratione speciei, *alii* ficum, *alii* pomum in genere, *alii* pomum Limonium, quæ proindè poma Adamica, morsu notata, appellare solent, definiunt. Ficum, ficulneo argumento, ex eo colligunt, quod post lapsum ficulneis se texerit: Pomum *Tirinus* ex Cant. Canticor. 8. v. 5. *Vitæ arborem* מוז *Mauz* Arabes & Syri appellant, de qua *Hist. Orient.* pag. 117. In Msc. Arab. *Ibn Gezla*, de regimine sanitatis, ejusdem fit mentio. Interpres, *Poma Adami* vertit. Eandem Muhammedani Arabes שגרה אלכלד *arborem æternitatis* appellant: de qua tamen, Scripturarum ignari, non rectè statuunt, quasi illius fructus Protoplastis fuerit prohibitus, ut habet *Kessæus*, in vitis Patrum pag. 23. Verisimile tamen est, eos, arborem *scientiæ boni & mali* intellexisse, ab eventu demum sic appellatam: De eadem arbore Veterum Hebræorum nota hyperbole est, ex *Majm.* More Hannev. P. II. c. 30, *Arboris vitæ iter est quingentorum annorum*, & omnes aquæ creationis dividuntur sub illa. Vbi tamen allegoriam ipse author agnoscit, quæ perfectiori rei explicationi inserviat. Neque verò mirum, si, quæ de ramis & frugibus ejus Arabes ἀλληγορεῖν; vera sunt: de quorum fabulis postea. Nobis alterum de hac arbore Hebræorum magis placet axioma: *Arborem vitæ non revelavit Deus ullis hominibus* (Protoplastis *tamen exceptis*) *neque etiam unquam revelabit. Supervacaneum proinde esse* quærere (libenter fatemur cum *Torniello* Annal. pag. 24.) *an arbor scientiæ boni & mali ficulnea, vel malus Citrea, (quam Citro malam, & malam Medicam rei plantariæ Professores appellant; quòd è Media primùm devecta fuerit)*

aut aurantia, aut Limonia malus, aut alia, cùm sic esse potuerit prunus vel quidlibet simile. Ac propterea à nullo hujusmodi arborum fructu abstinere teneri, quoniam, quod nam illud fuerit, ignoremus. Arbores interim veras & propriè sic dictas fuisse, probat 1. Vocabulum עץ quod *lignum* generaliter: *Synecd* arborem notat. 2. Fructus, qui ab amœnitate describitur. 3. Reliquæ circumstantiæ &c. 4. Consensus Interpretum, tam *christianorum*, quàm *Iudæorum*: quin & Arabum, quorum tamen de arboribus istis tantùm sunt σκοτειναὶ ἀκραὶ. Hinc *Kessæi* descriptio ἡ perbolica pag. 25. אעצאן לא תחצא ועלי אלאעצאן סנאבל כל סנאבל מתל אלנכל אלטויל פיהא חבאת מתל אלקלה ולהא ראיחה כראיחה אלמסך אשר ביאצהא מן אללבן ואחלא מן אלעסל *Ramos habuit innumeros, ramis insitas spicas, spicam quamlibet palmæ oblongæ, in qua grana similia hydriæ* (majori, vel minori, utrumque enim vox ista notat) *habuisse etiam odorem instar odoris moschi, candidiorem lacte, & dulciorem melle.*

C. *Vnde arbori vitæ nomen?* Alii volunt sic dictam *Physicè*, alii *Mysticè*, sive Sacramentaliter, alii *utroque modo*. Ex *priori* Classe alii iterum *cibum* ordinarium, alii *medicinam* inde accersunt. Atqui horum mens est, arborem illam, naturali sibi insita virtute, effecturam hominis 1. *Longævitatem*. 2. *Valetudinem*. a. *Robustam*. b. *Constantem*. c. *Hilarem*. *Secunda* Clasis Allegoristarum est: quàm vel exprimere, refutare est. *Tertia* sententiæ nos accedimus. Habuisse enim arborem vitæ, *vim* conservandi hominis vitam & valetudinem naturalem, *eámque* vel *ordinariam*, in cibo: vel *accessoriam* in medicina, ut ne corpora vel viribus frangerentur, vel ante tempus translationis in cælestem Paradisum, senectæ incommodis opprimerentur, *tum* ex immortalitate primi hominis, concessa, tum ex Dei sententia, post peccatum lata, patet. *Illa* (neque tamen hic intelligimus impotentiam moriendi, sed potentiam non moriendi) ut non fuit absoluta, intrinsecis constans causis, seu principiis naturalibus, sed conditionata, Dei ordinationi innixa: ita vix dubitandum, quin vitæ arbor conservationi vitæ debuerit inservire. Privilegii Immortalitatis primi hominis contra Novatores onus asserendi heic non suscipimus, suo illud, ζυνθεῷ, loco præstituri: illud tantùm ad Novatorum confusionem addimus, ne Iudæos quidem vel Muhammedanos eam primæ felicitati denegasse. De *Iudæis* locuti sumus in *Smeg. Orient.* pag. 210. Muhammedanorum Confessio extat in *Alkoran.* Sur. 2. v. 37. 38. *Et seduxit Protoplastos Satan, ab eo, dejecitque illos de statu suo, ac diximus: Excedite, alii vestrum inimici erunt aliis, eritque vobis in terra habitandi locus, & commodum*

modum tempus, vel, ut Arabica verba commodius redduntur: *Erit vobis usura concessa ad tempus aliquod* i. e. aliquandiu, donec eos auferat fatum. Ita enim expressè *Beidavii* יריד בה וקת אלמות או אלקיאמה *Alkoranus tempus mortis aut resurrectionis intelligit.* Mortis ergo supplicium lapsis demum inflictum Muhammedani agnoscunt. Vbi & hoc notandum, verbum אהבטוא *Exite, excedite*, in plurali adhiberi, quia ad Protoplastos, ceu radices totius generis humani, fuit sermo. Ita enim *Beidavi* כטאב לאדם וחוא לקולה אהבטוא מנהא גמיעא וגמע אלצבח לאנהמא אצלא אלנאס וכאנהמא אלגנס כלהם *Adamum & Evam; ac diceret: Exite ex eo* (Paradiso) *simul. Plurativè autem enunciatur, quia illi radix sunt humani generis, adeoq; quasi totum genus humanum.* Sed & *sententia Judicis* post peccatum lata, eandem, *per arborem vitæ*, immortalitatem confirmat *Genes. 3. 22. Nunc ergo, ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de arbore vitæ, & comedat, & vivat in æternum, &c.* Hæc de usu *naturali.* *Sacramentaliter* arbor vitæ *1. Symbolum* erat vitæ æternæ ac cælestis, donandæ homini, si non peccaret: 2. Vitæ continuandæ, & cum cælesti commutandæ. 3. Significabat Christum, in quo & Adam, & ipsi Angeli vitam erant vel retenturi, vel recuperaturi: unde *Apoc. 2. 7. Victori dabo edere ex ligno vitæ, quod est in medio Paradisi.*

Non

DISPUTATIO IV.

NOn infelici consilio, qui Methodum studii Biblici Theologica castra ingressuris præscribunt, ad *Genesin* potissimùm, *Esaiam* & *Psalterium* in Testamento Veteri; in Novo verò ad *Epistolas Paulinas*, ad Romanos, Timotheum & Titum, eos rejiciunt, & has quidem meritò præ cæteris commendant, ceu Ideam accuratissimam Ministri Ecclesiæ, quæ, quid faciendum ipsi, aut negligendum: imitandum, aut omittendum, ad oculum demonstrant, ea verborum & copia, & Emphasi, quam muneris tanti instructio requirit.

II. Ea cumprimis Pauli verba, quæ 1. *Tim.* 3, v. 1. occurrunt: πιστὸς ὁ λόγος, εἴτις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ; *Certus est hic sermo, si quis Episcopatum desiderat, præclarum opus desiderat*: insigni se commendant emphasi, digna proinde, quorum sensus paulò enucleatiùs expendatur.

III. Et quanquam arctissimi unius folii cancelli in campum latiorem excurrere nos non sinant, operæ tamen pretium minimè perdituros nos existimamus, si, succincta verborum, sive paraphrasi sive exegesi, præmissa, unicum, quod inde exurgit, *de necessitate Ministerii Ecclesiastici*, paulò pleniùs, excutiamus porisma.

IV. Pauca ergò de verbis ipsis, verborumque sensu. Πιστὸς ὁ λόγος, inquit, *fidelis, verus est sermo.* Præloquium, sive loquendi formula, quam Paulus adhibere solet in rebus gravioribus, sive κατὰ βεβαίωσιν, ut pondus addat suæ assertioni, sive κατ' ἀντίθεσιν, ubi tacitè Iudæorum errores vellicat, quo sensu sumitur 1. *Tim.* 1. 15. πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος *verus est sermo, & omni receptione dignus.* Videtur alludere ad Hebræorum ἀποδοχὴν, sive Kabbalam, cui suam Traditionem, prævia asseveratione, opponit. Neque profectò supervacanea hæc aut inanis, vel Timothei, vel successorum respectu, æstimari debet confirmatio. Cùm enim, Pauli exemplo, quot mala ubique & incommoda subeunda essent Episcopis, quot devoranda convitia, quot verba & verbera ubique excipienda, quot ~~ofes~~ quotidiè subeundæ, de quibus ipse 2. *Cor.* 11. discere facilè potuerint; vel ipsum abjecerint animum. Huic ut occurratur difficultati, fidem suam Apostolus interponit, gravique asseveratione malitiæ hominum, Diaboli insidiis, Mundi contemptui, muneris dignitatem opponit. *Syr.* simpliciter habet מהימנה הי מלתא *Fidelis, fide dignus*: *Ar.* צארק *Æth.* אמן. Eodem sensu, *fidelis* (*est sermo.*)

mo. Quodnam verò illud, de quo tam gravis Apostoli asseveratio: Εἴτις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ, *si quis Episcopatum expetit, pulchrum desiderat opus.* Quid sit ratione originis ἐπισκοπὴ, & ἐπίσκοπος, ex Græcia haberi debet; Idem nempe, quod Hebræorum הזן vel רואה *videns, Inspector.* Vtrum, quemadmodum vocabulum *patriarchæ, Presbyteri* vel *Senioris, Diaconi, Apostoli,* vox etiam *Episcopi,* respectu usus, ex Synagoga transiierit ad Christianos, prolixius alibi expendemus. Conjecturæ, quas habet *Ligtf. in Hor.* Heb. pag.70.71. non sunt contemnendæ. Sed & illud notandum, quòd, quorum munus in contextu Græco ἐπισκοπὴ dicitur, in antiquissima versione *Syriaca* simpliciter voce קשישותא *Presbyteratus* vertatur, à קשיש, quod *Syr.* & *Arab.* Presbyterum (non, ut suo quidem commodo, sed minùs accuratè *Kirch.* in exscriptionibus Sinensib reddidit, *Sacerdos: Prod.* Copt.pag.83. & seqq.) notat. Æthiops פפס habet, id est, *Papa,* quam etiam vocem retinet *Act.20.28.* vel ex ipsa Latinorum voce *Papa*, quæ promiscuè olim Episcopis & Pastoribus tributa fuit; vel contracta ex Græcorum ἐπίσκοπος, ut vult *Ludov.de Dieu*: quod ipsum est Anglorum *Pope*, Moschorum *Pop*, Belgarum *Paven*, Germanorum Pfaff. Honorificum origine & usu vocabulum. Tale *Inspectoris* munus qui ὀρέγεται, *petit, legitimè ambit,* licitis modis & mediis quærit, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ, *bonum opus desiderat.* Καλὸς *pulcher, egregius,* à visu ad quaslibet alias res tam animatas, quàm inanimes transfertur. Annotant quidam, καλὸν appellari à Philosophis, quod *quovis modo pulchrum sit; at τὸ καλὸν eximium illud, & verè pulchrum,* sive honestum, quod à virtute proficiscitur. Relinquatur hoc Philosophis, dum substantivè sumitur. *Pulchritudo*, quam Paulus hoc loco prædicat, ab ipso pendet opere, sive Ministerio. Neque enim dubitandum, vocem ἔργου, Hebræorum respondere עבודה quod frequentissimè LXX. Interpretes per ἔργον, æquipollenter verò per δουλείαν, θεραπείαν, λατρείαν, λειτουργίαν, λειτούργημα reddunt. Vt allusio hoc loco sit ad V.T. administrationem, vel munus in Synagoga publicum. De Iudæorum in Synagogis Episcopo, qui & שליח הצבור *Angelus* vocatur, ejusque munere, & requisitis, prolixè agunt tum alii Hebræorum scriptores, tum Maimonid. Hilch. Teph. c. 9. & Schulch. Ar. *Ejus* עבודה, ejus ἔργον, *opus, administratio* & operosa fuit, & cumprimis honorifica, cui & Lectio, & Interpretatio Scripturæ potissimùm deferebatur: quin & Sacerdotali benedictione fungi poterat. Nota hæc erant in vulgus. Apostolus ergo probaturus, hoc, sub Christianismo, *Inspectionis* munus nec minùs honorificum, nec minùs fore onerosum, ejus ordine requisita, quorum quædam communia erant, quædam verò pro-

pria, non modò recenset, sed & insigni illud Epitheto insignit. Καλὸν, inquit: quod Syro est שפירא *Elegans, eximium*, Ar. גליליה *Excellens*, Æthiop. סני *Elegans*, *amore* (videtur enim ἐναιπόζημον Heb. verbi שנא odit) *dignum*. Hæc de sensu *verbali*.

V. Ad *rem* accessuris potissima cura incumbet αἰτιολογίας. Quærendæ nimirum causæ, cur Ministerio Ecclesiastico Epitheton καλῷ pulchri, eximii, excellentis competat. Et *subjectivè* ei hoc convenit attributum: & *effectivè*, & hoc quidem posteriori modo adeò luculenter, ut de fructibus istis verè dici possit, quòd boni sint, & desiderabiles ad habendam intelligentiam; *Genes.3.6.* Vnde & summa ejus spontè emergit ad conservationem vitæ spiritualis necessitas, de qua, Respondentis satisfacturi desiderio, in sequentibus.

VI. *Necessitatem* hic non intelligimus *absolutam*, quasi nulla alia Deo volenti, hominem perducendi ad salutem patuisset, aut superfuisset via, sed *hypotheticam*, quatenus Deo visum fuit per ordinarium Ministerii usum Ecclesiam suam administrare.

VII. Hujus autem Necessitatis considerabimus tum ὅτι, tum καθότι. *Illud* asseremus argumentis tum *absolutis*, tum *comparati*. *Absoluta* sunt,

A. Quicquid à Deo est institutum, ab eodemque, ceu ædificationi publicæ destinatum, præceptum est: illud utique necessarium etiam haberi debet. Atqui Ministerium Ecclesiasticum, &c. *Major* extra controversiam facilè est. Vt enim Deus nihil facit frustra: sed omnia למענהו *propter semetipsum*, ut habet textus Solomonis, Proverb. 16.4. (qui tamen locus varia ab Interpretibus expertus est fata, ab *Arabe* planè neglectus) ita quo quid ratione materiæ & formæ excellentius est, finis etiam respectu & necessitatis superiori gradu locari debet. *Minor* suis probatur distinctè membris. 1. *Est à Deo institutum.* Vt enim sibi Deus hoc tribuit, quòd ipse assumserit Levitas, *Num.8.18.* quòd constituturus sit Pastores *Ierem. 23. 4. & c. 7. v. 25.* Misi ad vos omnes servos meos Prophetas; ita nullus sibi hunc sumere debet honorem, nisi vocatus à Deo, *Hebr.5.4.5.* Vnde solenne est fidelibus Dei servis vocationis suæ umbonem variis obtendere periculis, & contradicentium jaculis; non *immediatæ* tantùm, qualis Apostolorum erat & Prophetarum; sed & *mediatæ*, de qua *Tit.1.5.* quæ non minùs donum Dei vocatur, quàm immediata, *Eph.4.v.11. 1.Cor.12.28.* 2. *Præceptum*: tum immediatè à Christo *Matth. 28. Marc. 16. v. 15. Joh.21.15.* tum mediatè per Apostolos. Vnde Paulus, morti vicinus, Timotheum suum adjurat, ut opportunè & importunè Evangelium prædicet: quâ loquendi formulâ, etsi Synecdochica, provinciæ Ecclesiasticæ ordinaria commendatur cura *2.Tim.4.1.2.* 3. *Ædificationi publicæ destinatum.* Hoc verò quis neget? Est enim opus adeò efficax, ut Ecclesiæ Ministri, veluti Patres spirituales dicantur gignere filios Dei, *1.Cor.4.15. Gal.4.19. Philem.v.10.* Servare, homines

homines, *Rom.11.14.1 Tim.4.16.* remittere peccata, *Joh.20.23.* quæ tamen tota ministerialis, non principalis, moralis, non physica est efficacia, à Magistro Christo dependens, *Matth.3.11. Act.11.21. Rom.15.18.* Est ordinarium illud medium, quo fides salvifica ingeneratur & fovetur: Ex auditu enim oritur fides, *Rom.10.17.*

B. Si nulla Mundi ætas dari potest, quâ Ministerium Ecclesiasticum non fuerit necessarium: necessarium etiam erit jam, & deinceps. Atqui &c. *Ratio* consequentiæ tam diu ex lege parium erit firma, donec diversitatis manifesta reddatur ratio. Imò tantò jam firmiùs stringet argumentum, quantò N.T. Canoni fuit cautum accuratiùs, ut ne ab eo vel latum unguem recedatur. *Apoc.22.v.18.* Ne Angelis quidem, extraordinariis Legatis, aliud Evangelium præconiantibus fides adhibenda, quam quod ab ordinariis annunciatum fuit. *Antecedentis* ratio manifesta est ex utriusque Testamenti examine Historico. *Ante legem* Ministri ordinarii erant Patriarchæ, quibus & tam augustum Patriarcharum nomen, non respectu tantùm Oeconomici, sed & Ecclesiastici regiminis tribuitur, quòd, ceu Patres spirituales multos genuerunt filios. Et quod de Abrahamo Deus dixit in specie & γενικῶς, *Genes.18.16.* Agnovi eum, ut cùm præceperit filiis & familiæ suæ post se, etiam observent viam Iehovæ, exercendo justitiam & jus; (unde & qui חניכים vernæ, initiati, vocantur *Genes.14.v.14.* discipuli ejus, Theologiæ Studiosi, ex mente Hebræorum, fuerunt) illud γενικῶς & in genere ad reliquos etiam Patriarchas extendi potest. *Sub Lege*, ordinatione divina, erant Ministri vel *ordinarii* ut Sacerdotes & Levitæ; vel *extraordinarii*, ut Prophetæ & Naziræi; Sub *Evangelio* iterum vel *extraordinarii* erant Evangelistæ & Apostoli; vel *ordinarii*, Pastores & Doctores, qui omnes non tantùm: ne quis hîc superesset scrupulus; ratione *efficientis*, sed & *finalis* causæ conveniunt; *Eph.4.v.11.* Omnis enim illos pariter dedit Christus *ad compactionem sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi.* Atque hinc etiam est, quòd Ministerium Ecclesiasticum adeò luculenter commendetur, ante & post Christum natum; ut vel Soli lucem mutuare videatur, qui hic prolixus esse studeat.

C. Ecclesiæ ὑπάρξις ab initio Mundi ad finem necessaria est, E. etiam Ministerium Ecclesiasticum. *Antecedens*, contra Socinianos manifestum est, 1. Eam Deus veraciter promisit in verbo suo, *Psalm.48.7. Ierem.31.36. Matth.16.18. & c.28.20.* E. & potenter præstitit; *Psalm.115.2.* Est regnum Christi, cujus nullus finis, *Luc.1.32. 1.Cor.15.* 3. Existentia ejus non contingens, sed necessaria ostenditur in Scriptura Sacra, *Matth.24.v.24. Rom.8.28.29.30.* 4. Est corpus Christi quod proinde à capite divelli non potest, *Eph.1.23. Conseq.* manifestum est ex lege relatorum. Ecclesia enim ad Ministros se habet ut Schesis Oeconomica *Cor.4.1.2. Tit.1.7.* ad œconomiam Mysterii plenam, ut

operarii & messoris, *Matth.* 9. 37. & 20. 1. *Thess.* 3. 2. ad *Messem*, ut *speculatoris*, ad officium militare *Ies.* 62. 6. *Ierem.* 6. 17. *Pastoris* ad gregem, *Num.* 27. 17. *Ies.* 63. 11. *Ioh.* 10. 2. 12. Vt *ædificatoris* ad ædificium, *Eph.* 4. 11. 1. *Cor.* 3. 10. Vt *servi*, ad servitium, *Rom.* 1. 1. *Phil.* 1. 1. ut Patris ad filios, 2. *Reg.* 2. 12. & 6. 21. 1. *Thess.* 2. 11. 1. *Tim.* 1. 2. Vt *militis*, ad militiam, 2. *Tim.* 2. 3. Vt *nutricis* ad alumnum, 1. *Thess.* 2. 7. ut *piscatoris* ad pisces, *Matth.* 4. 19. ut *legati* ad legationem, 2. *Cor.* 1. 20. *Eph.* 6. 20. ut *agricolæ* ad agriculturam, *Marc.* 12. 2.

D. Præsentia Christi Ecclesiæ suæ necessaria est. E. & Ministerium Ecclesiasticum. *Antecedentis* rationes obviæ sunt. Absque Christo nihil possumus *Ioh.* 15. 5. Ille solus habet verba vitæ: *Ioh.* 6. 68. Solus est veritas, via & vita *Ioh.* 14. 6. *Conseq.* Quia nobis non tantùm præsens est virtute Spiritus sui, sed & efficacia Ministerii, de qua expressè *Matth.* 28. 20. Præsentia illa ad Apostolos solos, utpote ad Συντέλειαν τοῦ αἰῶνος non superstites, restringi non potest: sed ad eos, qui in muneris Ecclesiastici partibus ordinariis illis successerunt. Neque enim ratio est, cur manus Domini, & libera donorum in Ministros Ecclesiæ collatio contractior esse debeat in Novo Testamento, quàm in Veteri.

E. Partes Ministerii sunt necessariæ. E. & ipsum Ministerium. Ratio *consequentiæ* luce sua claret. *Anteced.* probatur. Partes ministerii sunt pura *verbi prædicatio*, legitima *Sacramentorum administratio*, & necessaria *disciplinæ Ecclesiasticæ observantia*. Necessarium autem semper est. I. *Verbi præconium*, a. ratione universi corporis mystici, adeòque γενικῶς, ad cujus conservationem hoc ministerium est destinatum, *Eph.* 4. *vers.* 11. b. ratione graduum sive *ætatum* regenerationis adeoque εἰδικῶς. Necessarium autem est respectu tum *regenerandorum*, tum *regeneratorum*, tum infantum, tum perfectorum: Durabit enim, *donec omnes perveniant electi in unitatem fidei, & cognitionis Christi*, *Eph.* 4. 13 Ministerium Verbi non tantùm est renatorum semen, 1. *Pet.* 1. 23. *Iac.* 1. 18. sed & pabulum 1. *Pet.* 1. 22. Non modò γάλα ἄδολον, sed & στερεὰ τροφή; Hebr. 5. 14. Vnde regenito Davidi Verbum Dei *melle* fuit dulcius, & *auro purgatissimo* desiderabilius, *Psalm.* 19. 11. Sed & *irregenitos* si spectes, major ad eorum vel confusionem vel convictionem necessitas est ministerii, quàm vel revelationis extraordinariæ, vel miraculorum, *Luc.* 16. *vers.* 29. II. Necessarius usus *Sacramentorum*; necessitate saltem præcepti. Neque enim verba *Matth.* 26. & 1. *Cor.* 11. 26. *indicativa* tantùm sunt; sed *imperativa*. Nec, quibus in mandatis datum est, *mortem Domini annunciare*, cum conditione & appendice Symbolorum, liberum ampliùs illis relinquitur, pro arbitrio, absque Symbolis illud præstandi. Nec proinde manducatio Sacramentalis, ab initio Ecclesiæ Christianæ ad hunc usque diem, sine ulla interruptione religiosè observata, cum mystica sive spirituali confundenda: utpote quæ differunt ut latius & angustius, id quod nupera disputatione de Cœna Domini

distinctiùs

distinctiùs ostendimus. Vt ergo mortis Dominicæ annunciatio, salvo officio nostro, negligi non potest, ita nec modus alius, quàm Dominica authoritate præscriptus, usurpari debet. Verba testamentaria intemerata fide sunt servanda. III. *Disciplinæ* denique *Ecclesiasticæ* usus necessarius magis est in Ecclesia, quàm quidem necessaria est Medicina in Republica.

F. Ministerium est causa salutis organica: E. necessaria. *Anteced.* probatio: Quicquid est causa causæ, illud etiam est causa causati. Atqui Ministerium causa est causæ salutis. Ex præconio enim nascitur fides, *Rom.* 10. 17. per baptismum Christo inserimur, *Rom.* 6. 3. Per Cœnam communionem habemus cum Christo, 1. *Cor.* 10 16.

G. Necessitatem Ministerii agnoverunt Apostoli. E. ea à nobis in dubium vocari non debet. *Ratio* consequentiæ liquet. *Antecedens* probatur à cura illa, quam pro Ecclesiarum salute in ordinatione ministrorum susceperunt. Vnde mandatum Pauli ad Titum. c. 1. 5. ut *oppidatim Presbyteros & Episcopos constituat.* Idem præceptum Timotheo datum, addita conditione, *ne quem temerè admittat, aut ordinet, sed priùs probet & examinet an exploratæ sit vitæ* 1. Tim. 5. 21. utque tot suis Apostoli mandatis satis manifestum reddiderunt, ministerii functionem non *individuis* esse alligatam: sed ad *speciem* pertinere: ita faustra sunt qui arctiùs illam coërcent.

H. Cujus privatio vel absentia non periculosa tantùm, sed incommodorum est feracissima, illius habitus vel præsentia est maximè necessaria. Atqui Ministerii absentia, &c. *Probatur*: exemplo illorum, qui, Ministerio contempto aut neglecto, omnium ordinum confusionem introducunt. Vbi Ministerii abest lux, ibi densissimæ tenebræ. Periculum hinc creatur *Ecclesiæ*, quæ cibo & pabulo suo privatur. *Reipublicæ*, quæ, quod experientia testatur, ob hanc hominum conflugem non uno modo periclitatur. Tollitur reverentia proceribus debita, invehitur ἀναρχία, figmenta & somnia novarum Monarchiarum, pestilentissima suggerunt consilia. Ipsa etiam *Oeconomia* paulatim suum amittit ordinem, quem si non ex Scripturæ Canone, sed à Ministerii contemptoribus petas, nullum habebis.

I. Ministerii necessitas ne quidem à *Gentibus*, *Iudæis*, aut *Muhammedanis* negatur: E. neque à nobis in controversiam vocanda. *Antecedentis* certitudinem tum ex Scriptura habemus ipsa, tum ex Historia Ecclesiastica, cujus plenior deductio, ob materiæ amplitudinem, hujus loci non est. Ratio *consequentiæ* ex communi colligitur fine, qui est, in *thesi*, ratio seu modus Deum tum rectè cognoscendi, tum ritè colendi, magno tamen, in *hypothesi* & certitudine, ejus inveniendi, relicto discrimine. Hanc enim soli Christiani assequuntur.

VIII. Sunt hæc argumenta *absoluta*: videamus unum & alterum *comparatum*.

A. Quæ ratio *Salis* est ad *familiam*, sive œconomiam corporalem eadem

Ministerii est ad Ecclesiam, ceu œconomiam spiritualem. Atqui œconomia corporalis carere sale non potest. Sal enim 1. *cibos condit*, saporósque reddit: כל דבר מבלי מלח לא יערב לאיש לא טעמו ולא ריח *quicquid sale caret, non sapit cujusquam vel palato, vel placet odoratui*: R. Lev. in Chinn. S. 117. 2. *A. corruptione vindicat* & conservat. Vnde & res perpetuæ sali conferuntur. Fœdus Salis *Num.* 18. 19. id est, perpetuum. Hoc sensu quidam volunt, uxorem Lothi vocari *statuam salis*. Quanquam alii propriè intelligant, alii Ellipsin particulæ ὡς agnoscant. Ratio consequentiæ nititur Christi comparatione, *Matth.* 5. 13. *Vos estis sal terræ*: quæ quidem verba quo sensu sumi debeant, & quot modis respondeant tum Apostoli, tum cæteri Doctores Sali, docto commentario ostendit *Thom. Hall*, Apol. pro Minist. Evangel.

B. Quod *oculo* corporis est lux naturalis: illud animæ est lux Ministerii. Illo carere homo non potest: (utpote quod 1. *dirigit* iter facientes, *Iob.* 22. 28. *Psalm.* 43. 3. Hinc non impingere dicitur, qui ambulat interdiu, quia lucem videt; impingere verò, qui ambulat noctu, quia lux non adest ei, ad quod alluditur *Iob.* 11. v. 9, 10. 2. Lux virtute sua omnia *fovet* & calefacit, vitàmque & ortum cujusvis rei promovet; unde & pro vita sumitur, tam in Scriptura *Iob.* 33. 30. *Psalm.* 56. 14. quàm apud authores profanos. Vnde φῶς ὁρᾶν frui hac vita, Sophoc in œdip.) E. nec hoc. Vis *consequentiæ* in analogia effectorum propriorum consistit. Imò cùm tantò periculosiores sint absque hac luce tenebræ animæ, quantò graviori per lapsum homo percussus est cæcitate: sua etiam spontè major hinc lucis hujus necessitas elicitur. Ab hac necessitate ipsis verbi Ministris nomen lucis tribuitur. Apostoli dicuntur lux mundi, *Matth.* 5. 14. 15. In Ecclesia Syriaca *Patres lucis*, tum κατὰ θέσιν ab officio & effectu, tum κατ' ἀντίθεσιν ratione Synagogæ Iudaicæ, quæ Doctoribus quibusdam celebribus nomen מאיר aut נהוראי imposuit, de quibus Compend. *Theol. Iud. pag.* 151.

C. Politici & Oeconomici status necessitas à nemine, nisi cui pro cerebro fungus est, in controversiam vertitur. E. nec Ecclesiastici dubia esse debet. Parium enim par est ratio: At status Ecclesiasticus, Ministerium, etsi à duobus prioribus statibus, distinguatur objectis & actibus specificis: tamen cum illis adjunctis convenit communibus. Vnde trita, omnibusque Nationibus Ordinum nota distinctio tripertita, chori, fori, soli, Lehrwehrund Nehrstand.

IX. Plura addi possent. Vix enim vel nomen est, vel Epitheton, sive Ministri, sive Ministerii, quod non necessitatis aliquem includat gradum, ut cùm dicuntur Ministri *Admonentes, custodes constituti* à Deo *super muros Jerusalem, Doctores, Exhortatores, operarii in messe Domini,*

Dorsani, Legati, milites Christi, plantatores, rigatores &c. Sed compendiosuri τὸ καθόλου breviter expendemus.

X. Monuimus initio, necessitatem ministerii *absolutam* heic à nobis non urgeri, sed *hypothecticam*: quâ placuit Deo per stultitiam (hoc enim loco habebatur prædicatio Evangelii de Christo crucifixo, 1.*Cor.*1.23.) prædicationis servare credentes: *Ib.vers.*21.

XI. Necessarium autem Ecclesiasticum Ministerium est, tum necessitate *præcepti*, tum etiam *medii*. Illam confirmat 1. *Praxis* Veteris & N. Testamenti divinitùs confirmata. 2. Tot loca, quibus Deus dicitur, *misisse, dedisse, vocasse &c.* Prophetas, Evangelistas, Doctores &c. *Num.* 8.18. *Ierem.*c.23. *vers.*4. *Matth.* 28. *Marc.* 16. *Ioh.*21. *Act.*20. 3. Cura Apostolorum, quâ & Ecclesiis de Pastoribus prospexerunt, & eandem conferendi potestatem aliis fecerunt 1. *Tim.*5. *Tit.c.* 1.5. *Medii* verò necessitatem probant 1. Luculenta effecta, ut sunt *conversio & salus*, Rom.10.14.15. 1.Cor.1.21. *spiritus sancti impetratio*, Gal 3.2. Act. 10. 44. 2. Epitheta insignia. Vocatur enim *brachium Domini*, & *potentia Dei* ad salutem, Ies.53. 1.Rom.1.16. *pluvia & ros*, Deut.32.2. 3. Dei continua praxis, qua conversionem populi sui & imperaturus & collaturus, hominum ministerio usus est. Probat hoc V.T. universa historia. Hæc Methodus placuit Servatori, quam & *exemplo* probavit, *Matth* 4.17. *Luc.*4.18.19. & *Mandato*, quo ablegavit Cornelium, non ad Angelum, sed ad Petrum. Imò Paulum extraordinariè conversum, in Ministerii dignitatem, Ananiæ tradidit *Act.*9.6.10. Sic Philippus mittitur Eunucho c.8.29. Verbo, placuit Deo thesauros in vasis testaceis nobis offerre. Atque hæc quidem de Ministerii Ecclesiastici necessitate.

Ad

DISPUTATIO V.

AD devotum examen Sacramentorum, ipsa nos temporis quo Sacris Ecclesia Christi meditationes suas impendit, circumstantia, haud invitos invitat.

II. *Et ipsa quidem Naturæ & ordinis Methodo observata, à Baptismo, primo Novi Testamenti Sacramento facturi initium, ejus spectabimus tum* ὀνοματολογίαν, *tum* πραγματολογίαν. *Illa vocis* ἐτυμολογίαν *considerat,* ὁμωνυμίαν, συνωνυμίαν.

III. Etymi *respectu* vox *Baptismi Græca est.* Βαπτισμὸς nempe, *Marc.*7.4. 8. & βάπτισμα, *Hebr.*6.2. à βαπτίζω *mergitare*, ut propriè reddit *Tertull.* hoc verò à βάπτω, *mergo*, *immergo* Tertull. de Bapt. c. 4. *diluere reddit*: quo sensu etiam sumitur *Marc.* 7.4. Vt enim Hebræorum טבל *mergere, tingere* (quod LXX. βάπτω *Levit.* 4.6. & βαπτίζω 2. *Reg.* 5. v. 14. vertunt) & רחץ *lavare* eodem sensu permutantur, 2. *Reg.* 5. 13. Ita & Hellenistæ βάπτειν & βαπτίζειν (unde βαπτισμὸς) lavandi, abluendi, significatu sumunt; adeò ut βαπτισμὸς *immersionem* primariò & propriè sive *tinctionem*, ut *Isidorus* vertit, vel *intinctionem* ut Tertull. de Pœnit c. 5. 6. *Metonymicè* verò lotionem, ablutionem; Synecdoch. aspersionem etiam exprimat.

IV. Homonymiam *tum diversitas subjectorum parit, tum significandi apud Scriptores Sacros varietas. Illa varium ipsius rei ostendit usum & ceremoniam, hæc vocem diversis examinat significationibus.*

V. *Hinc baptismi* Iudæorum, Gentilium, Muhammedanorum Sabæorum *improprij: proprius verò & legitimus* Christianorum.

VI. *Iudæorum* baptismi vel *ordinarij* erant, vel *extraordinarij*.

ordinarij vel *lege* erant præcepti, vel *consuetudine* introducti. *Lege* præcepti βαπτισμοὶ erant ablutiones (Καθαρισμοὶ eodem planè sensu appellantur, *Ioh.* 3. v. 25.) hominum legaliter pollutorum: de quibus consuli potest *jus Hebr.* pag. 256. Et *Eulogius ad Photium in* in Biblioth. pag. 883. τὸ Ἑβραίων γένος ἁμαρτάνοντες πρότερον μὲν ἡγνίζοντο, εἶτα βαπτίσματα ἀπελάμβανον, καὶ λοιπὸν ἤδη τὰς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων θυσίας προσέφερον. h. e. *Hebræi primò*

primò quidem purgabantur, postea lavacris abluebantur, tandem sacrificia pro peccatis offerebant, consuetudine introducti erant ἡμεροβαπτισμοὶ, quotidiani Baptismi Pharisæorum, contactu promiscuæ plebis opinione sua polluto-rum, de quibus *Marc.* 7. Integra corpora aquæ immersisse quidam volunt. Majori religione hoc Veterum institutum fuisse observatum, quàm ipsam Dei legem, exemplo Aquibæ probatum à nobis est, *Primit Heidelberg.* pag 82. *Extraordinarium* Iudæorum baptismum eum voco, qui à Proselyto in Synagogam ascisendo exigebatur. Hujus baptismi crebram recentiores injiciunt mentionem; non tamen ex ipsa Hebræorum traditione. Placuit proinde de ea breviter quidem, sed distinctè agere in compendio nostro *Theologiæ Iudaicæ* pag. 210. Succinctè de hoc Baptismo. *Majm.* Præfat. in Cod. pag. 274. קדשים לא יעמל דכולה פי אלדין. ויציר כסאיר אשראיל אלא בתלתה אשיא מילה וטבילה והרצאת קרבן מתל ישראל איצא ענד דכוהלם דין אלל הוא פאנה כתנהם אלרסול פי מצר ענד מא שרעהם בשריעה קרבן פסח ונהי אן יאכלה ערל וטבלוא פי אלמדבר קבל נזול אל תורה וקרבוא עולות ושלמים והו קולה וישלח את נער בני יש וכו וחיניד נזלת אלשריעה להם ואלקרבן אלדי יקרב אלגר חו שני תורים הו שני בני יונה והמא גמיעא עולות ונץ סיפרי מה ישראל לא באו לברית אלא בשלשה דברים מילה וטבילה והרצא קרבן את הגרים כיוצא בהן *Proselytus non plenè admittitur in religionem judaicam, ut sit instar reliquorum Israëlitarum, nisi tribus intervenientibus, nempe circumcisione, Baptismo & acceptatione sacrificii. Sicut nec ipsi Israëlitæ, cùm in religionem hanc à Deo institutam reciperentur. Circumcidit enim eos Dei Legatus* (Moses) *in AEgypto cùm Legem de sacrificio Paschatis ipsis traderet, ne quis incircumcisus ipsum comederet, vetans. Baptizati autem sunt in deserto, antequam ad ipsos dimitteretur Lex, ubi & holocausta, & pacifica obtulerunt: Hoc est quod dicit:* Misitque juniores filiorum Israelis, & obtulerunt holocausta: *ac tum demissa est ad ipsos lex. Sacrificium igitur à proselyto offerendum est par turturum, aut duo pulli columbarum, uterque holocaustum. Expressa autem Siphre verba sunt:* Sicut Israëlitæ non introeunt in fœdus nisi adhibitis tribus rebus, Circumcisione, Baptismo & acceptatione oblationis; *ita nec Proselyti alia ratione.* Meminit aliâs etiam hujus Baptismi Iudaici *Grotius*: & *Seldenus*: vide Not. *wal.* ad *Matth.* 3. v. 6. & c. 23. v. 15. Schindl. Lex R. טבל

Sed & Scholiastes ad Iuvenalem, & Arrianus in Epicteto mentionem ejus facit: nec facilè dubitandum, quin inter antiquissimos judaicæ Synagogæ ritus referendum sit Baptisma; ortum tamen, quod *Grotius* vult, post magnum diluvium, in memoriam purgati Mundi, remotius mihi videtur & generalius: malim, hac ceremoniâ, Naturæ corruptelam universam innui, quam lavandi & abluendi ritu judæi etiam testati sunt solenni, eoque unico. Nam, ut loqui amant Hebræi, qui ingressi sunt כנפי שכינה *alas Majestatis divinæ* semel tantùm hanc initiationis tesseram acceperunt. Qui quod & hodiè observari solet, ex Gentibus circumcisis, ut Ismaëlitis, Persis, Turcis ad Iudaismum, Karræis ad Rabbinismum, transeunt, adhibito baptismi ritu, & פריעה sive *retectione*, eos recipiunt.

VII. *Hæc de* Iudæorum *baptismis*, Gentilium succedit. De Gentilibus constat, quòd qui initiari ex iis vellent, toto prius corpore abluerentur innocentiæ tamen potius, quàm noxæ propositum testantes. Ejus enim propositi sponsionem ab iis mystagogi exigebant, ut *Libanius* docet & *Lampridius*. Vnde *Iustin. Mart.* in Apolog. Τέλεον δὲ καὶ λόγοις ἀπόντας πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἔνθα ἱδρύται ἐνεργοῦσι, Et Clem. Alexand. Stromat, 6 Ἐπεὶ καὶ περὶ τῆς τῶν Μυστηρίων παραδόσεως καθαρμοὺς τινας προσάγειν τοῖς μυεῖσθαι μέλλουσιν ἀξιοῦσιν, ὡς δεῖν τὴν ἄθεον ἀποθεμένους δόξαν ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τρέπεσθαι παράδοσιν. Idem alibi imaginem quandam baptismi apud *Homerum* observat. Rursus alibi, τῶν μυστηρίων τῶν παρ' παρὰ ἕλλησιν ἀρχὴ μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. *Tertullianus* de baptismo: *Sed enim nationes extraneæ ab omni intellectu spiritualium potestatum eadem efficacia Idolis suis subministrant; Sed viduis aquis sibi mentiuntur: Nam & sacris quibusdam per lavacrum initiantur, Isidis alicujus aut Mithræ.* Et de Præscriptionibus: *Tingit & ipse Diabolus quosdam utique credentes & fideles suos: Expositionem delictorum de lavacro repromittit.* Augustinus de Baptismo cont. Donatist. *In multis Idolorum sacrilegis Sacris baptizari homines perhibentur. Nec aliunde Athenis* Baptarum nomen Eupolidis Comœdia celebratum.

VIII. Muhammedanorum βαπτισμοὶ *sive lotiones, & variæ sunt & crebræ.* Id quod vel ex iis apparet rubricis, quas *Bibliotheca* ostendit nostra *Orientalis* pag. 164.176. Triplicem potissimum constituit *Joh. Cotovicus* in Itinerario suo c.4. *Prima* est, quoties vel templa adire, vel precibus vacare intendunt, nec enim se posse sine lustratione homines preces ritè peragere putant. Modum postea hujus lotionis describit planè ad mentem textus *alkoranici*

Sur

Sur. 5. p. 62. יאיהא אלדין אמנא אדא קמתם אלי אלצלאה פאעסלוא
וגוהכם ואידנם אלי אלמראפק ואמסחואא ברוסכם רגאלכם אלי
אלכעבין *O vos qui creditis, cùm surgitis ad precandum, lavate vultum vestrum, & manus vestras usq; ad cubitos, & abstergite capita vestra, & pedes vestros ad talos.* Hæc ad leviora vitia emundanda: ad graviora verò, puta homicidium furtum, ſtuprum, adulterium, aliáve his ſimilia, lotione totius corporis opus eſſe ſtolidè arbitrantur. Hinc tot ubique per urbes atque oppida videre eſt balnea publica, quæ dies noctésque tum viris tum fæminis patent. Tertiam neceſſariam putant vel cùm alvum, vel veſicam exoneraverint: gravi enim onere naturæ depoſito, tam viri, quàm fæminæ non charta linteóve detergunt anum, (id enim religioni habent, putantéque ſic Deum offendi poſſe, quod ejus nomen plerunque in charta ſcribatur) Sed aqua frigida ſibi abluunt ipſi, primatibus mancipia.

IX. *Sed &* Sabæi *ſuas habebant lotiones, ſive luſtrationes.* De ijs videatur *Hiſtor. orient.* pag. 281.

X. *Hæc de* uſu vocis καταχρηστικῶς extra Eccleſiam: Ipſa Eccleſia *vocem Baptiſmi recipit.* 1. Pro baptiſmo *fluminis* ſeu aquæ *Matth.* 3. v. 11. c. 28. 2. *Luminis* ſeu *doctrinæ*, Matth. 22. 25. Baptiſma Iohannis pro doctrina ejus ſumitur, unde & Hebræis תורה מעמודית *Doctrina*, *Lex baptiſmalis*, pro Chriſtiana religione ſumitur, lib. Coſ. pag. 30. & Arabibus vox אלצבעה baptiſmum propriè notans, pro אלדין ואלמלה ipſa accipitur *religione* 3. Pro baptiſmo *flaminis*, ſeu donorum Spiritus Sancti *Act.* 1. 5. 4. Pro baptiſmo *ſanguinis* ſeu martyrii, *Matth.* 20. 22. Nobis primo ſignificatu, hoc loco, conſideranda venit: cujus V. Reſtat ſynonymia: *quæ vel Scripturæ eſt, vel Antiquitatis.* Scriptura vocat 1. λουτρὸν, *lavacrum* Epheſ. 5. 26. 2. φωτισμὸν *illuminationem.* Heb. 6. Ita enim vocem Patres explicant, quæ & poſtea Eccleſiæ primitivæ præ aliis placuit: Vnde & φωτιστήριον *pro baptiſterio* ſumitur, & φωτίζειν pro *baptizare.* Rationem Etymi ex Patribus reddimus in *Anal.* p. 363. *Antiquitatis* cætera ſynonyma, plura ſunt: Vſitatiſsimè baptiſmum veteres appellant λουτρὸν σωτήριον, *Lactant. Inſtit.* lib. 7. c. 5. *cœleſte lavacrum*) ἅγιον λουτρὸν, λουτρὸν μετανοίας, σφραγίδα; unde & καταστφραγίζειν 1. q. φωτίζειν. Dicitur etiam per Metonym. ſubjecti κολυμβήθρα, quam propterea vocem Interpres *Perſicus* Ioh. 5. v. 2. *locum* vertit *Baptiſmi.* Latini etiam Metonym. ſalutem & gratiam nuncupant. Vide inſtruct. Hiſtoric. Forbeſ. pag. 496. b. præſertim pag. 501

XI. *Hæc de* ὀνοματολογίᾳ; πραγματολογίᾳ *ſuccedit, quæ Baptiſmi Naturam, diſtinctè, potiſsimam ſecundum cauſarum genera, ex-*

ponit. Efficiens *igitur vel* principalis *est*, *vel* minus Principalis. Principalis *non est Johannes; a sed, ut singulariter & executivè Christus Θεανθρωπος, idq. b. mandato & exemplo; c. non activo tamen, sed d. passivo; ita communiter S. S. Trinitas.*

a. Id quod ipse fatetur Iohannes, *Ioh.1.26.27.* Vbi seritus hujus non authorem, sed ministrum tantùm: idque ejus nomine & mandato, cui uni jus esset tum externi instituendi baptismi, tum ejus interni præstandi beneficii, quod exteriore ritu significabatur.

b. Tum ante mortem *Ioh.4.v.2.* tum post Resurrectionem *Matth.28.v.19.*

c. Describitur Historia baptismi Christi, *Matth.3.* & *Luc.3.*

d. Id enim expressè habet Scriptura, *Ioh.4.v.2.* *Iesus ipse non baptizabat: sed Discipuli ejus.* Ad quem locum eleganter *Tertull* lib. de Baptis. *Sed ecce* inquiunt, *venit Dominus, & non tinxit: Legimus enim: Et tamen is non tingebat, sed discipuli ejus, quasi revera ipsum suis manibus tincturum Johannem, prædicâsset. Non utique sic intelligendum est, sed simpliciter dictum more communi: Sicut est, verbi gratia, Imperator proposuit edictum, aut præfectus fustibus cecidit. Numquid ipse proponit, aut numquid ipse cædit? Semper is dicitur facere, cui præministratur.* Ita & Iurisconsulti tradunt, videri eum facere, qui per alium facit, ut in L.22.S.1. de *Liberali Causa.* Vnde *Ioh.3.v.22* de Christo refertur, quòd in Iudæam venisset, ibique, cum Discipulis moratus, baptizâsset, nempe per Discipulos.

e. Huic enim & *Institutio* debetur, facta primùm Ecclesiæ Iudaicæ, *Ioh.1.6.7 33.* & *confirmatio*, illustrissima trium Personarum patefactione sancita *Matth.3.16.* & universalis in gentibus ritus observandi *ordinatio Matth.28 19.* ipsa denique gratiæ Evangelio *promissæ exhibitio* Ioh. 1. v. 25.26. Vnde & baptismus dicitur esse è cœlo, *Matth.21.25.* i. e. à Deo: Consilium Dei, *Luc.7.30.* opus Dei, *Eph.5.26. Tit.3.4.*

XII. Causæ Instrumentales *sunt Ministri Ecclesiæ vocati. Quibus enim a. verbi præconium est commissum, iisdem baptizandi etiam officium incumbit. Analogicè tamen, ita ut aliis, jure debeatur administrandus, ex toto, ab aliis administratus Baptismus habeatur ratus propter tantum.*

a. Hæc enim duo Deus ita arctè conjunxit, ut hominis non sit ea pro arbitrio divellere. Vbi tamen inter *officium* distinguendum & *exercitium. Officium* omnibus ex æquo incumbit legitimè vocatis. *Exercitium* tamen certis de causis potest suspendi, & in alium Collegam transferri, quod, ut exemplum

Apostoli

Apostoli Pauli prædicandò magis quàm baptizando occupati probat: ita imitationem trahi à quolibet promiscuè non debet. *Forbes.* p. 500. 2. Sacramentorum, adeóque baptismi administratio pars est Ministerii Sacri: Vnde & per Synecdochen pro Ministerio sumitur, *Act.* 18. 25. 3. A pari. Consecratio symbolorum Cœnæ Dominicæ Ministri est, legitimè vocati E. & Baptismi 4. Baptismus ab aliis, non vocatis, administratus absolutam præsupponit necessitatem; & directè contra primam tum institutionem, tum praxin pugnat. 5. Nullum in toto N.T. exstat exemplum baptismum administrantis, qui vocatus non fuerit, *Iob.* 4 2 *Act.* 2. 41.

b. *Nonnulli*, scribit *Apostolus*, Phil. 1. v. 15. 18. *per invidiam & contentionem, nonnulli verò etiam bono affectu Christum prædicant. Attamen, quovis modo, sive in speciem, sive sincerè Christus annuntietur, & de hoc gaudeo, atque etiam gaudebo.* Non incommodè hæc ad Baptismum referri possunt. Per invidiam & contentionem alii baptizant: alii bono affectu. *Illi*, ut proselytos faciant, i. e. ut numerum suæ potius, quàm Christi Ecclesiæ augeant; hi verò, ut ex Christi instituto, & Apostolorum praxi cætui fidelium aliquos addant, Act. 2. Atque hinc fit, ut aliorum baptismus legitimus sit à *priori*, & tum jure vocationis, tum ratione *omnium requisitorum* in hac actione Sacramentali præscriptorum, aliorum *tolerabilis* censeatur à *posteriori*, & *facto*, propter quædam requisita. *Illa* actio probatur propter se, & observatas baptizandi leges omnes; *hæc* non repetitur propter *aliquid* & *aliud*: majus nempe, ex iteratione emergens, incommodum; *Illa* peti debet; *hæc*, vel necessitate, vel infirmitate, vel consuetudine Sacrorum avitorum petita & accepta defendi potest. *Illam* Christus Ecclesiæ dedit ceu peculium, primariò, hanc alii possident usurpatam, *secundariò*, & ex accidenti. *Illa* rem habet & actionem; *hæc* actionem tantùm. *Illa* Ministrorum est Ecclesiæ κυριολέκτως Chatholicæ & Orthodoxæ: *Hæc* Doctorum Ecclesiæ καταχρηστικῶς vocatæ: quæ, ut nec Iudaismum amplectitur nec Muhammedismum, nec Gentilismum: ita κατὰ πλάτος, quatenus *christiani*, per διάκρισιν à Iudæis & aliis infidelibus solo articulo de S.S. Trinitate distincti, nuncupantur, Christiana vocari potest, eò quòd fundamentum & tesseram illam generalem retinet. Ab Ecclesiæ ergò impuræ peracta Baptismi Sacra Ministris, rata habemus 1. quia Baptismi Essentialia; de quibus postea, in examine formæ, non negliguntur. 2. A pari. Illius etiam Ministri prædicatio usum & fructum habere potest, qui verbi Dei auro scorias admiscet varias; id quod superiorum seculorum Praxis abundè probat. Potest ovicula arcano quodam naturæ instinctu in patentissimo campo herbas discernere salubres à venenatis; gratiæ ductu Homo vocatus distinguit pretiosum à vili. Ita, etsi Baptismi administrationi varia accedant, quibus tanti Sacramenti dignitas pol-

luitur, Essentialia tamen quia adsunt, hominum malitia Dei fœdus & ordinationem irrita reddere non potest. Et qui infantes talia mutare non poterant, adulti postea facilè distinguunt 3. Eadem etiam moderatio adhiberi solet, in communione Cœnæ Dominicæ; videatur *Alting.* Probl. Pract. Probl. 18. 4. Nihil in contrarium afferri potest, quod ejusmodi Baptismum, Hæreticorum etiam, vel schismaticorum planè tollat, aut in nihilum redigat. 5. Vnde Ecclesiæ Romanæ Antistites Baptismum Græcorum etiam post exortum notorium schisma, paucis exceptis, non rejiciunt; qua de re compendiosè *Iob. Morin.* de Sacris ordinat. P. III. Exercit. I. c. I. S. 12. *Verum quidem est, olim paucos quosdam Scholasticos incognitos, quos innominatos commemorant Alexander Halensis 4. Parte summæ q. 8. memb. 3. art. 3. 5. 4. in fine Albertus in 4. Dist. 3. art. 2. ad quæstiunculam 2. S. Thomas, ibidem q. 2. art. 2. Sylvester in summa V. Baptismus 1. in fine, de Græcorum Baptismo dubitâsse, eosque rebaptizandos judicâsse. Sed paucorum & obscurorum hominum aliquot ante secula ea sententia fuit, cui cæteri, & eo tempore, & sequentibus seculis contradixerunt; sempérque obtinuit Ecclesiæ Praxis huic sententiæ contrâria. Alexander tamen, ut & Sylvester locis citatis, videntur in eam sententiam aliquantulum propensius inclinare. Refert Albertus loc. c. resp. act. 8. orig. q. 2. Gregorium IX. in hac quæstione dubium fuisse; & de ea interrogatum primò respondisse, sic, baptizatos esse rebaptizandos. Postea tamen ipsum baptismum tolerâsse, trésque minimum Dominicanos Romæ, ipso jubente, fuisse rebaptizatos. Idem fecerunt, faciendùmque statuerunt de Latinis Græcorum nonnulli, atque Balsamon, imprimis Patriarcha Antiochenus, & ante eum aliqui. Sed longè plures restiterunt, & cum Latinis Communionem Ecclesiasticam & civilem coluerunt, ut à nobis capite primo hujus operis demonstratum est. Quanquam non existimo, Gregorium IX. de Veritate Baptismi Græcorum apud Græcos dubitâsse; Sed an baptismus Latinis, more Græco, datus, valeret; ut nonnulli viri docti antiquitus dubitârunt, atque etiam nunc nonnulli dubitant, an Græcæ ordinationes apud Latinos valerent, & Latinæ apud Græcos quos statim enarrabimus. 5. Et primitiva etiam Ecclesia tum contra alios, cætera Orthodoxos, tum*

Hære-

Heterodoxo, graviter baptismi, etsi ab Hæretico, Ministro aut Schismatico, Essentialia Sacramenti observante, collati; dignitatem defendit, alorem. Iam olim ingenti contentione agitata fuit controversia de Baptismi valore. *Cyprianus*, cum Coëpiscopis Afris existimârunt, non esse verum baptismum, qui ab Hæreticis & Schismaticis ministrabatur, id quod ex Cypriani patet Epistolis, de ea quæstione scriptis, *ad Ianuarium*, ad *Quintum*, ad *Stephanum*, ad *Iubajanum*, ad *Pompejum*, ad *Magnum*, & ex actis Concilii Carthaginensis Cypriano præside celebrati, quę in operibus Cyprianj adhuc extant. Provoçat alicubi ad Antecessorũ vestigia: Epist 73. ad Iubajanum: *Apud nos autem non nova, aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos, qui ab hæreticis ad Ecclesiam veniunt, quando multi jam anni sint, & longa ætas ex quo sub Agrippino bonæ memoriæ viro, convenientes in unum Episcopi plurimi hoc statuerint.* Eandem sententiam *Firmilianus*, Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, & cum eo Episcopi Galatiæ & Ciliciæ, & proximarum regionum, Iconii, qui Phrygiæ locus est, congregati idem statuerunt, quod *Cyprianus*, cum reliquis Episcopis in Concilio Carthaginensi, ipso teste Firmiliano, sua ad Cyprianum Epistola; qui itidem asserit, fuisse apud Asiaticos antiquam consuetudinem, jam inde ab Apostolorum temporibus observatam. Primus tamen, quod ipse fateri videtur *Cyprianus* Epist. 73. ad Iubajan. hujus sententiæ assertor erat. Agrippinus, cujus mentem successor Cyprian. ita exprimit: *Observatur à nobis & tenetur explorata & perspecta veritate, ut omnes, qui ex quacunque hæresi ad Ecclesiam convertuntur, Ecclesiæ unico legitimo baptismo baptizentur, exceptis his, qui in Ecclesia baptizati prius fuerunt, & sic ad hæreticos transierunt: Hos enim oportet, cum redeunt, actâ pœnitentiâ per manûs impositionem solam recipi.* Sed huic non modò restitere sententiæ Ecclesiæ occidentales, causam præ aliis strenuè agente, *Stephano*, Episcopo Romano, qui teste *Euseb.* Hist. Eccles. lib. 7. c. 3. existimavit, *μὴ δεῖν τὶ νεώτερον παρὰ τὴν κρατήσασαν ἀρχῆθεν παράδοσιν ἐπικαινοτομεῖν, nihil novi aut alieni à traditione, ex Apostolorum temporibus derivata, moliendum*; verum etiam & in Concilio Niceno primo, decisa hæc fuit Controversia, ut postea audiemus. Controversiæ fontem rectè aperit, *Augustinus* lib. 6. de Baptis. c. 1. *Non ob aliud*, inquit, *illis temporibus, quando illa quæstio contra utilem consuetudinem disputationibus, salvâ charitate (NB) atque unitate altercantibus discutiebatur, visum est, quibusdam etiam egregiis viris inter quos præcipuus*

pnus D. Cyprianus eminebat, non esse posse apud Hæreticos vel Schismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebatur Sacramentum ab effectu vel usu Sacramenti: & ἀπὸ τοῦ effectus atque usus in liberatione à peccatis, & cordis rectitudine apud hæreticos non inveniebatur; ipsum quoque Sacramentum non illic esse putabatur. Hunc verò errorem errârunt I. *Novatianus*, Cypriani coætaneus, qui baptizatos à Catholicis (quos pro hæreticis habebant) rebaptizabat, teste *Cyprian.* Epist. 73. Vnde dicitur ἀθετῶν τὸ λουτρὸν τὸ ἅγιον, *Euseb.* lib. 7. Hist. Eccles c. 7. II. *Auxentius Arianus*, qui idem eorum repetiit Baptismum, quibus à Catholicis erat administratus. Id ipsum postea reliquis etiam placuit Arianis, ceu docet *Can.* 8. *Concilii Arelat.* 1. habiti circa a. Ch. 326. III. *Donatistæ*, qui, secessione ab Ecclesiis facta, non solùm ab Hæreticis & Schismaticis; sed etiam à Catholicis in castra sua transeuntes, rebaptizabant, affirmantes, *periisse extra suam societatem Ecclesiam, ob scelera aut scelerum participationem per communionem cum sceleratis.* Baptismum extraneum quemcunque, esse *aquam mendacem, falsum baptisma* &c. Quibus *Optatus Milevitanus* opposuit septem libros, scriptos contra Parmenianum, Donatistarum Episcopum, & *Augustinus* copiosè eandem hinc inde materiam pertractavit.

XIII. *Ut ergo hypothesin de non iterando Baptismo Ministrorum hæreticorum & schismaticorum, ab Essentiali baptismi forma non recedentium* (a) *tuemur; Ita baptismum laicorum* i. e. *non legitimè ad* (b) *Ministerium vocatorum Ecclesiasticum; mulierum cumprimis, meritò improbamus.*

a. Rationes sunt 1. Est unicus tantùm baptismus, *Eph.* 4. 3. qui in observantia religiosa formæ Essentialis consistit; non vel in dignitate Ministri, vel vitio interpretationis quorumvis dogmatum fidei. Hæc verò Essentialia ab Hæretico etiam & Schismatico observari possunt, 2. Non observamus, Christum vel Apostolos reprehendisse circumcisionem in corruptissima Ecclesia Israëlitica administratam. Et Pharisæi & Saducæi exitialibus involuti erant erroribus, & tamen circumcisionis utrobique idem erat valor. 3. Zipporæ etiam exemplum probat. Sacramentorum eam esse rationem, vel valeat, apud Deum, administratum, quod ex mandato Dei aliter fuisse administrandum. 4. Non legimus, Apostolos ab æmulis aut hæreticis ritè baptizatos, baptismi repetitionem imperâsse. 5. Accedit consensus veterum a. Eorum qui cum *Stephano* causæ bonæ patrocinium susceperunt. b. *Firmiliani* & cæterorum Asiaticorum, qui & ipsi tandem rejectâ sententiâ suâ cum Stephano

in

in gratiam redplicati teste Dionys. Alexand. apud. Euseb. lib. 7. c. 4. *Concilii Niceni. c. 8.* od sunt *qui se Chataros nominant, si veniat aliquando ad Chathol* vel rari *ecclesiam, placuit Sancto & magno Concilio* ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν ἔτως ἐν τῷ κλήρῳ, ut impositionem manus accipientes sic in Clero permaneant. Et c. 19. Paulianistas sive Paulianos in Ecclesiæ gremium redituros, jussit ἀναβαπτίζειν ἐξ ἅπαντος, *omnino rebaptizari.* Essentialia nempe Baptismi isti neglexerunt, teste Augustino. *Manifestum autem est*, inquit lib. 4. de Baptis. c. 16. *ipsos Pauliamistas non fuisse rebaptizandos, si formam servâssent Evangelicam: non ob atrocitatem Hæreseos illius præ aliis Hæresibus; Sed, ob neglectam formam Evangelicam, decrevisse Nicenum Concilium, ut Paulianistæ ad Ecclesiam Catholicam venientes baptizarentur.* d. *Optati Milevitani, & Augustini,* qui ex professo tractârunt materiam. Specimen argumentationum habes apud *Forbes.* Institut. Theol. lib. x. c. 3.

b. Rationes petitæ sunt, 1. Ab ipsa institutione Baptismi. Illis solis data est, potestas baptizandi, qui & annunciandi verbum Dei facultatem acceperunt; *Matth.* 28. At mulieribus ne quidem in cætu publico licet loqui 1. *Tim.* 2. 12. 1. *Cor.* 14. 34. 2. Sacramentum Cœnæ Dominicæ non nisi à consecratis consecrari potest; Ergò non Baptismus. Vnde ipse *Thomas.* 3. par. q. 67. ar. 2. *Sicut ad Sacerdotem pertinet consecrare Eucharistiam; ita & ad proprium Sacerdotis officium pertinet baptizare.* 3. Si nostri non fuerit arbitrii præscriptas temporis circumstantias mutare: tum neque personarum mutatio optionis est humanæ. At octavum diem circumcisioni præscriptum, quis necessitatis lege ausus fuerit antevertere? 4. Neque mandatum occurrit, neque exemplum baptismi à laico tempore Apostolorum administrati. 5. Fœdera humana non privata authoritate vel panguntur, vel obsignantur: quanto minus obsignatio fœderis & beneficiorum divinorum. 6. Exemplum Ecclesiæ tam *Iudaica*, quàm *christianæ* primitivæ. *Illa* expressè rejicit circumcisionem mulierum, vide *jus* Heb. p. 9. & compend. *Theol.* nost. *Iud.* p. 213. Recentiores quidem nonnulli à veterum praxi recedere videntur, de quibus Majm. Tract Circumcis. c. 2. הכל כשרין למול ואפי עבד ואשה וקטון מלין במקום שאין שם איש אבל גוי לא ימול בכל *Omnium Circumcisio probatur, etiam servi, etiam mulieris, etiam minorennis: ubi nemo [illegible] non præstò est. Gentilis tamen omninò non circumcidat.* Nempe, insederat paulatim de absoluta circumcisionis ad salutem necessitate, opinio, de qua idem c. 3. כל המפר בריתו של אברהם אבינו והניח ערלתו או משכה אף על פי שיש בו תורה המעשים טובים אין

אין לו חלק לעולם הבא *Quisquis irritum erunt, apud Deus Abrahami, patris nostri, & relinquit præputium de his distinguit rabit illud. etsi in eo Lex, & opera bona (locum habeat am E- eius ille partem in futuro sæculo.* Praxis tamen & recepta Synagogæ sententia reclamat, id quod tum ex lib. Chin. tum notis ad Majm. tet. Ex ecclesiæ *primitivæ* verò praxi apparet, Gynæco-baptismum omnino fuisse censurâ notatum. In Synodo *carthaginensi* simpliciter fuit interdictus. *Tertull.* lib. de Baptismo confert hoc peccatum cum peccato Evæ: *Epiphanius* hæres. 69. contra Collyridianos *insaniam* vocat, & Evæ rursus deceptæ morbum: Imò serpentis potiùs. Majorem ex antiquitate apparatum habet *Forb.* loc pag. 512.

XV. *Inter baptismum tamen Laicorum administratum jam, & demum administrandum diligenter est distinguendum; Illum, si à viris piis & Sacrorum gnaris a. peractus fuerit absq. repetitione toleramus; si à muliere, pro nullo censemus; hunc nullam necessitatis Legem imponere, judicamus.*

a. His tamen accedentibus conditionibus 1. Si illud fiat tempore persecutionis, ubi dissipatæ Ecclesiæ nullus Sacra ritè obeundi relinquitur locus. Tunc enim præstat baptismum talem administratum probare, quàm ejus repetitione plus deferre dignitati personæ, quàm veritati Institutionis. 2. Si observati fuerint solennes Ecclesiæ ritus, Essentiales. *Quid si verò persequutionis nulla verberet procella?* Concedunt nonnulli, si in Ecclesia ejusmodi corrupta, liceat adjungere protestationem, quòd cæteris eorum erroribus, etsi baptismum, quatenus ab illis adhuc integer servatur, sibi aut suis postulent, tum admitti aliquo modo posse. Rationes hujus assertionis petuntur *tum* ab usu piorum in T. Veteri, cùm fideles sub Pharisæorum & Sacerdotum corruptorum gemerent jugo, *tum* ab exemplo piorum, qui singulis seculis ex Ecclesia corrupta à Deo collecti fuerunt: *tum* denique, quia distinguitur hoc pacto, id quod divinæ institutionis, ab eo, quod humanæ corruptionis est. Sed verentur *alij*, ut reperiatur Ecclesia aliqua impurior, quæ tot exceptionibus baptismum admittat, aut conferat. *Wal.* Op. Theol. t. 1. pag. 485. *Alij* igitur malunt baptismum esse suspendendum. *Rectissimè fecerint*, inquit Alting. Probl. Par 11. p. 327. *in hac rerum confusione Pagani nostri & alii, si, ut olim Judæi in quadraginta annorum peregrinatione circumcisionem, sic ipsi baptismum differant tantisper donec eum* legitimo modo, & à ministro ordinario habere possint. *Idque citra omne præjudicium & damnum salutis infantum, de quo adducti ex verbo Dei pleniùs sunt informandi.* Nostra breviter ἀπόκρισις absolvitur tum explicatione,

cationé, tum *applicatione*. In *illa* observandum *subjectum*, Ecclesiæ impuræ, & *prædicatum* quod sunt candidati baptismi parentes. I. *Ecclesiæ impuræ*, seu imperfectæ potiùs vel ratione partium sic dicuntur, vel *respectu* graduum II. Ecclesiæ, ratione *partium* impuræ vocari possunt, quæ omnes partes & notas veræ Ecclesiæ non habent, adeóque, vel in fundamentum, vel circa fundamentum *exitialiter* impingunt. III. *Exitiales* autem illi errores vel in *thesi* articulos fundamentales arietant quoslibet, vel in *hypothesi* formam baptismi essentialem labefactant. IV. *Graduum* ratione impuræ appellantur Ecclesiæ, quæ, retento fundamento, ἐποικοδομὰς, *susterstructiones*, quasdam habent fœni, stipularum &c. V. Ecclesiæ tam *illæ*, quàm *hoc* modo impuræ dictæ, baptismum administrant vel tanquam Sacramentum insitionis in Ecclesiam veram & Catholicam *abstractivè* & absolutè vel tanquam διαλρισιν Ecclesiæ unius ab altera *concretivè* & relatè. *Illa* simpliciter acquiescit in symbolo Apostolico, explicato ad scripturæ normam & Veterum Conciliorum, contra varia hæreticorum figmenta, vindicationem: *Hoc* agendis Ecclesiasticis expressè inserit tam veræ doctrinæ rejectionem, quàm falsæ approbationem. Exemplum habet *Alt.* Probl. Par. II. p. 323. Ita habet distinctio *subjecti*, *prædicatum* sunt Baptismi Candidatorum parentes. *Illi* verò aut vitam suam inter eos tolerant *ordinariè*, à quorum tamen sacris dissentiunt, aut in itinere oppressi, ad paucos apud eos dies subsistunt. Qui diutius cum illis versantur, eos vel officij publici, vel compendium rei familiaris, vel alia aliqua, quæ facit πρὸς τὰ ἄλφιτα, urget ratio. *Officij* ratione videmus nonnunquam Præfectos & Vicarios Magistratuum Reformatorum dari in Provincijs Pontificijs. Tales apud Helvetios sunt Provinciæ Transalpinæ sive Italicæ, apud Rhetos Vallis Tellina, &c. *Compendium rei familiaris* multis suadet, Mercatoribus cumprimis, ut, Reformati licèt, sedes suas sæpe figant inter eos, cum quorum sacris plerisque, nihil commune habere volunt. Aliæ denique, *rationes*, (ut quòd vel paterna bona, vel morbi, vel ipsa consuetudo, vel ingravescens ætas, migrationis varia obtendant immoda, &c.) nonnunquam obstant, quominus aliunde, quàm ab ijs, quibus cum vivunt baptismi administrationem possint obtinere. Ita habet *explicatio*: *Applicatio* succedit, sequentibus concepta aphorismis I. qui inter eas Ecclesias impuras sive officij, sive quacunque alia ducti versantur ratione, quæ formam Baptismi Essentialem tollunt, baptismum ab ijs petere non debent. *Ratio*: Baptismus hic nullus est, ut audiemus II. Ab ea Ecclesia, quæ, retentis Essentialibus baptismi, in fundamento tamen errat, baptismus solicitari non debet. Non excusat vel itinere diuturno occupatum augeri prole, vel ratione officij intra annum aut biennium loca ista non posse evitari, vel vi aut tyrannide extrinsecus accedente ad tempus sacris privari. *Ratio* 1. Talis Ecclesia fundamentaliter errat 2. Sacramentum insitionis in fœdus Dei varijs superstitionibus polluitur atque profanatur, respectu vel causarum Baptismi

omnium, vel quarundam saltem. 3. Nititur hoc baptismi maturandi consilium periculosa hypothesi absolutæ necessitatis baptismi. 4. Circumcisionem Iudæi á Gentili factam, ut irritam, expressè damnarunt, & factam extra Iudaismum, accedente demum baptismo, ratam habuerunt. 5. Ab illis Ecclesijs potiùs pro charactere Ecclesiæ particularis, & in ea admissorum errorum, quàm Sacramento insitionis in Catholicam Ecclesiam habentur. III. Qui verò sponte, compendio rei familiaris suæ, exercendæ Mercaturæ, agriculturæ &c. se ijs applicant corpore, á quibus tamen dissentiunt animis, & ita quidem, ut vel vitam integram, vel majorem ejus partem transigere cum ijs velint, illi diligenter attendant, quid expediat. Vident, suásque ipsorum conscientias testes habent, nolle se liberos suos eorum, inter quos degunt imbui sacris, & tamen spe lucri, atque lautioris fortunæ discrimini eos exponunt, baptizandos illis offerunt, horum, fateor, conditio laborica est, & de quibus non libenter, nisi omnibus probè expensis circumstantijs, judicium ferimus. Cuique omnino danda opera, ut ne nimium sibi blandiatur, & existimet, non majorem Deo & conscientiæ deberi religionem, quàm quæ cum Mammona consistere possit. Gravia sunt Servatoris verba: *Qui amat Patrem & Matrem supra me, me non est dignus: Matth. 10. 37.* *Quisquis vestrum non valedicit omnibus bonis suis, non potest esse meus discipulus, Luc. 14. 33.* Non ea, quam Monachi hinc eliciunt, verborum Dominicorum mens est, quasi nullo naufragium minitante periculo, bona nostra, quæ rectè acquisita Dei benedictio sunt, essent ejicienda, aut quasi possessiones & facultates corporis, eadem sede cum vero Christianismo morari non possent; id verò intendit Servator, ut si ingruentibus persequutionum procellis, præsentissimum nobis vel facultatum, vel pietatis in Deum sit faciendum naufragium, illis potiùs valedicamus, quàm isti. Quisque ergo, juxta Pauli monitum, *se exploret*, & quibus rationibus baptismum ab ea Ecclesia, quam fundamentalium ille errorum ream agnoscit, solo βιωτικῶν prætextu, admittit, defendere velit, viderit ipse. Inter *difficultatem*, vel privati commodi studium diligenter distinguat, & *impossibilitatem*, & *hanc* pro *illa* non obtrudat. III. De illis Ecclesijs, quæ in fundamento conveniunt, res est facilior. Habeant suos nævos, differant perfectionis & puritatis gradibus. Fundamentum tamen idem est, tum omnino Baptismum existimamus ab illis, si á nostris haberi non possit, & flagitandum, & admittendum. *Rationes* sunt 1. Adest consensus in fundamento. 2. Baptismi, retentis Essentialibus, administratio legitima. 3. Accedit reverentia, quam S. Baptismo debemus, & desiderium inserendæ familiæ nostræ in familiam Dei. 4. Damus hac etiam ratione nostrum de tali Ecclesia judicium agnoscere nos nempe fundamentum in ea sartum tectum esse. Repetimus tamen cautelam, si Agenda Ecclesiastica non eam baptizandi exhibeant formulam, quâ hominum doctrinæ religiosiùs authoramur quàm Majestati supremæ, & infantes non strictiùs particularibus inserantur cœtibus, quàm Vniversali sive Catholicæ Ecclesiæ.

b Non

b. Non certè necessitas *absoluta*, quà positâ, nemo absque hoc baptismo salvaretur; Non hypothetica, quæ vel *mandati* est, vel *medii*. *Mandati* sit, anomalus hi actus. & ejus, nec vola, nec vestigium in Sc. extet? Nec *medii* esse potest, quia Deus Baptismum ordinarium quidem obsignandæ gratiæ sigillum esse voluit; conferendæ vehiculum esse non voluit; Imprimendum per publicas & à Deo destinatas personas, non confusè & tumultuariè obtrudendum, aut obreptitiè conferendum.

XVI. *Pergimus* ad materiam *Baptismi*, *quæ vel* externa est, *aqua* a. *quælibet*, b. *pura modò* c. *sit*; *vel* interna *Sanguis* d. *Christi*. *Unde & trita Theologorum distinctio Baptismi* in interiorem & exteriorem.

a. Hinc βαπτίζειν ἐν ὕδατι *tingere aqua Joh.* 1.33. Coll. *Act.* 8.38. & Baptismus κατ' ἐξοχὴν *lavacrum* aquæ dicitur *Eph.* 5.26. *Tertull.* de baptis. c.1. & 12. Sacramentum *aquæ* appellat. Hoc enim elementum in Sacramento institionis Deo placuit, tanquam signum 1. Rei significatæ exprimendæ convenientissimum. 2. Neque precii gravitate, neque inveniendi difficultate, rarum. τὰ γὰρ ἀγενῆ *ea quæ ignobilia* sunt; τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου *quæ infirma sunt in Mundo*, elegit Deus, 1.Cor. 1. 1.27. 28. Nempe ne mysteria divina κατ' ὄψιν *judicemus*, *sed* mentes in authorem Deum, qui lavacrum hoc instituit, attollamus, prout contra Quintilianos, aliosque Baptismi contemptores prudenter monuerunt Patres.

b. Nam 1. Scriptura nullum hic habet discrimen 2. Exempla probant, alios tinctos aqua Iordanis, Matth. 3. alios quacunque fluviali *Act.* 9. fortè fontana, eos nempe, qui in ædibus baptizabantur. 3. Veterum authoritas accedit. *Tertull.* Nulla distinctio est, mari quis, aut stagno, flumine aut fontibus an alveo diluatur, c.4. de *Baptis.* 4. Ne ipsi quidem hic abeunt Scholastici *Sect.* in 4. Sent. Dist. 3 q.3. *Certum est, quod Baptismus non potest fieri, nisi in aqua usuali, quia Christus hoc instituit.*

c. Hoc enim requirit 1. Analogia signi & rei significatæ *Eph.* 5.26. De qua *Auth. comment.* Epist. ad Romanos, *Ambros.* tributorum *Ideò per aquam celebratur, ut sicut aqua sordes corporis abluit, & nos per baptismum ab omni peccato spiritualiter purgatos & innovatos credimus, ut quod incorporale est, invisibiliter abluatur*; Ita c.6. v.4. 2. Mens ipse Deus postulat, *Heb.* 10.22.23. 3. Baptismi Typici i.e. Leviticæ sive Mosaicæ abluciones, quæ fieri debebant מים חיים aqua viva i.e. ex ipsis terræ visceribus fluente, vide *jus Heb.*

d. Cui proinde purgandi *1.Joh.* 1.7. abluendi *Apoc.* 1.5. vis tribuitur, non

Physicè utique (neque enim sanguis propriè purgat, vel abluit, quin pollnit potiùs) sed *Sacramentaliter* sive *mysticè*.

e. Distinctionis hujus fundamentum ostendimus. I. In iis Scripturæ locis, ubi vocabulum Baptismi sumitur tum de *exteriori* aq[illegible] vel aspersione, vel immersione, *Matth.3.* tum de *interiori* Sp. S. concessione, *Act.1.5.* II. 2.*Pa.3.* 20,21. ubi mentio fit depositionis sordium *Carnis*, & depositionis sordium animæ. Illa externum, hæc *internum* notat Baptismum. III. Circumcisio Veteris Testamenti gemina fuit, altera *præputii* externa; altera *cordis* interna, ut loquitur Apostolus, *Rom.2.28.29.* Consequentiæ ratio manifesta est ex analogia Baptismi & Circumcisionis *Col.2.11.12.* Authoritas accedit *Patrum Nazianz.* orat.49. Διτῶν τε ὄντων ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, καὶ τῆς μὲν ὁρατῆς, τῆς δὲ ἀοράτου φύσεως, διτὴ καὶ ἡ κάθαρσις, δι' ὕδατος τε φημὶ καὶ πνεύματος· τοῦ μὲν θεωρητικῶς τε καὶ σωματικῶς λαμβανομένου τοῦ δὲ ἀσωμάτως καὶ ἀθεωρήτως συντρέχοντος, καὶ τοῦ μὲν τυπικοῦ, τοῦ δὲ ἀληθινοῦ, καὶ τὰ βάθη καθαίροντος: *Quandoquidem autem duabus partibus, anima & corpore constamus, quarum altera in conspectum cadit, Baptismus, per aquam videlicet & Spiritum. Illa visibiliter & corporaliter accepta, hoc autem incorporaliter atque invisibiliter occurrente: Et illa quidem typico, hoc autem vero & profunda purgante.* Ambros. in Luc. c.3.v.16. *Nam cum ex duabus naturis homo, id est, ex anima subsistat & corpore; visibile per visibile, invisibile per invisibile mysterium consecratur. Aquâ enim corpus abluitur; Spiritu animæ de ista mundantur.*

XIII. Forma *Baptismi duplex est, externa & interna; Illa iterum* vel Essentialis est, vel Accidentalis; Essentialis tum *in verbis* a. *consistit* b. *sano sensu, ex ipsius authoris intentione intellectis adeóque & ab eo præscriptis* c. *& à nobis* d. *religiosè observandis, tum in actione* e. *ad peragendum Sacramentum absolutè necessariis; hæc circumstantiis variat.*

a. Verba hoc loco intelliguntur institutionis vel propriè in SS. vel figuratè expressa. Propriè exprimuntur & integrè *Matth.28.v.19* & *Mar.1.16.* *Impropriè* verò & *Synecdochicè*, cùm unius tantùm Personæ expressa fit mentio, cæteris subintellectis. Ita, cùm Iudæi *Act.6.* rogarent, qui[illegible] ret, ut à gravi κυριοκτονίας scelere purgarentur, respondit Petrus v.38. βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ; *baptizetur quisque in nomen Jesu Christi.* Synecdochica hæc locutio est; Neque enim existim[illegible]

stimandum vel Apostolos mutâsse formulam à Christo præscriptam, vel S S Trinitatis in administratione Baptismi non fuisse factam mentionem. Solius Christi mentio exprimitur, quia de ejus persona & officio tunc potissimùm erat quæstio, ad eam vindicandam, opus erat frequentiùs ei asseri, quod soli debetur Deo: solus autem Dei est Sacramenta instituere; Fœderis signa & sigilla ordinare. Vnde & unitas Baptismi, cum unitate Dei conjungi solet, *Eph.4.* Et baptismi in nomen Filii administratio, communem Filii cultum divinum cum Patre & Spiritu Sancto haud obscurè probat, Matth.28. Ex quo insigne pro Deitate ejus elucet documentum. Baptizari enim in nomen Christi *causam sacramenti efficientem sociam* exprimit, ut ex communione honoris communio colligeretur Essentiæ. Vnde *Theophyl.* ad Act. c.2. *τὸν βαπτιζόμενον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, εἰς τριάδα βαπτίζεσθαι, οὐκ ἀπομερίζομένου τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.* 2 *Formam* Baptismi administrandi à Christo præscriptam, ut *Eulogius* apud *Photium* c. ult. explicat *ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοιοῦτον ἐστὶν, ὅτι ἐβαπτίσθησαν κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ διδασκαλίαν τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.* Vt ergo, *baptizari in Mosen*, est baptizari per Mosen, ceu causam instrumentalem, particula *εἰς* usitato Hebraismo posita pro *ἐν*, vel *διὰ*, *baptizari in Iohannis B. Baptisma*, doctrinam Iohannis Baptismo confirmatam amplecti; *baptizari in mortem Christi*, notat & abolitionem peccatorum baptismo obsignatam; *in unum corpus*, causam finalem, quæ monet nos Communionis, qua, ceu membra cum Christo in unum coalescimus corpus; *in remissionem peccatorum*, effectum baptismi sacramentalem exprimit; ita *baptizari in nomen Christi* emphaticè, tum, ex institutione, authoritate, jussu, auspiciis, (*vide Iob.43.*) & voluntate Christi baptizari significat; tum in communionem fœderis Evangelicì à Patre in filio per Sp.S ascisci. Hanc verò Synecdochen in Scriptura Sacra non esse ignotam, probatur 1. Locis parallelis, in quibus vel *Patris* nomen *ponitur*, Filio & Spiritu Sancto non exclusis; ut in oratione Dominica, vel *Filii mentio* Patrem & Spiritum Sanctum necessariò includit. *Hæc verba*, eruditè observat *Iuellus*, *nihilomagis evincunt, baptismum Christi nomine tantum fuisse administratum, nec cujusquam alterius, quàm hæc: Paulus servus Jesu Christi, aut quæ locutus Paulus est, ad custodem carceris: Crede, Dominum Jesum, illum in alteras duas Trinitatis Personas credendi necessitate liberat.* 2. Religio observandi mandati, strictè à Servatore injuncti, *Matth.28.* 3. Accedit authoritas tam veterum, quàm recentiorum Theologorum, de quibus consuli potest *Forbes.* Instruct. lib.x.c.1, & conferri cum Theophyl. supra citat.

b. Hæc clausula perquàm necessaria est. Invocatio quidem *Trinitatis*

ut monet Lombardus lib. 4. Senten. D. 3.) *verbum dicitur, quo Baptisma consecratur, & hæc est forma verborum, sub qua baptis. traditur. Unde Bonifacio Episcopo Zacharias Papa ait; Firmissime præceptum est, in Synodo Anglorum, ut quicunque sine invocatione Trinitatis mersus fuisset, quod Sacramentum regenerationis non haberet, quod omnino verum est, &c.* Hæc ergo formula si Trinitatis invocatio, in verbo Dei revelata, non sit, si nuda nominum sit recitatio, mysterii verò ipsius abnegatio, si verba Hæretici retineant, rem ipsam insidiosè vel tollant, vel obscurent, non video Baptismi Essentialia retineri. Absurdum profectò valde est, Baptismum, ab infidelietiam peractum, probandum esse, modò formulam, quam nec credit ipse, nec alis, ut credant author est, demurmuret. Non in vocibus, non in syllabis, sed in sensu Scripturæ mysteria latent. In nomine Christi solius baptizâsse inter Paganos, Muhammedanos & Iudæos, quibus Deitas ipsius cumprimis seriò & sedulò inculcanda, tutiùs est, quàm Patris, Filii & Spiritus Sancti, Anti Trinitariorum more, enunciare nomina, ipsum interim Orthodoxum de iis sensum rejicere. Non verba Deus quærit, sed sensum; non oris tantùm Confessionem, sed & cordis fidem. Scio, inter Patres non defuisse, qui assererent, ipsos *Paulianistas, sive Samosatenianos non fuisse rebaptizandos* (quorum tamen idem, cum Photinianis Antitrinitariis, erat error) *si formam servâssent Evangelicam; nec ob atrocitatem hæreseos illius præ aliis hæresibus, sed ob neglectam formam Evangelicam decrevisse, Nicenum Concilium, ut Paulianistæ ad Ecclesiam Catholicam venientes baptizarentur*; verùm, de Baptismo *administrato illi* loquuntur, eorum, dubio procul, qui ab Ante-Trinitariis baptizati in Ecclesiæ postea gremio formulam Baptismi, ex Catholicæ Ecclesiæ sensu explicatam, admiserunt; nos, de Baptismo ex authoris instituto jure & legitimè administrando. Neque verò propterea, quæ Scholastici & inter se, & cum aliis, de *intentione*, subtili curiositate disputant, (de quibus prolixè *Forbes.* l. 1. pag. 476.) nostra esse volumus. Aliud enim est loqui de *forma*, aliud de *fine* seu effectis Baptismi. Illa in sensu verborum locum habet; hæc in intentione administrantis Baptisma. *Illa* necessaria est, *hæc* non item: neque enim baptizandi, quid minister animo volvat, refert: cùm veritas Sacramenti non ab intentione administrantis; sed à scopo, promissione, veracitate & potentia instituentis dependeat. Certum interim est, nullum alium baptismum, quàm qui legitimè ad Christi institutum [illegible]ratur, probandum; quod tum fit, cùm & tota actio, & partes ejus re[illegible]osè ad mentem Christi peraguntur, & minister exterius profitetur, se neque vulgarem intendere lotionem, neque puerilem lusum aut mimicam irrisionem,

aut

aut qualemcunque mysterii profanationem; nec vel scepticam verborum, aut blasphemam sensus detorsionem; *Matth.* 28. 19.

c. Id quod patet 1. Ex institutione Baptismi: cujus formulæ fundamentum petitum est ex Baptismate Christi *Matth.* 3. 16. 17. 2. Ex Analogia Sacramentorum V. & N. T. Circumcisio habuit suam propriam formulam *Genes.* 17. v. 11. 12. quam rigidè etiamnum Iudæi retinent: Agnus Paschalis *Exod.* 12. 22. Cœna Domini, *Matth.* 26.

d. Ratio 1. quia formula illa continet & authoritatem Baptismi, & verbum promissionis 2. Formula Cœnæ strictè ab Evangelistis & Apostolis fuit retenta, *Matth.* 26. *Luc.* 22. *Cor.* 11. E. Et Baptismatis 3. Ab objecto & fine, quorum utrumque formula illa exprimit. Illud est Deus, hæc ablutio à peccatis. 4. Exemplum Ecclesiæ primitivæ. Nam ut *illa* defenditur 1. Praxi Iohannis Baptistæ, *Matth.* 3. 6. & *Ioh.* 2. 34. Apostolorum, *Ioh.* 3. 22. Philippi, *Act.* 8. 22. 11. Mystica significatione, de qua Apostolus *Rom.* 6. 4. ubi *immersio* mortem Christi notat, *mora* sepulturam, *emersio* Resurrectionem. III. Authoritate Veterum *Tertulliani*, *Cypriani*, *Nazianz.* *Chrysost.* Ita *hæc* asseri potest I. significatione vocis βαπτίζειν tam generali propria, quàm Metaphorica, de quibus sup. *Thes.* 3. II. Descriptione Baptismi, *Ephes.* 5. 25. *Tit.* 2. 5. Lavacrum non tantùm immersionis est, sed & aspersionis, ut patet ex analogia, *effusione*, nempe donorum Sp. S. quæ non fit immergendo, sed desuper affundendo III. Ab exemplis, *Act.* 4. 41. 42. Vno die 3000. Baptismi Candidati, facilius utique aspersione, quàm immersione, initiabantur. Non jubebantur adire fluvium: sed ipsum statim Baptismum acceperunt. IV. A fine i.e. ablolutione (à peccatis *Act.* 22. 16.) quæ non tantùm immersione, fieri potest, sed etiam aspersione. V. Authoritate Ecclesiastica, *Cypriani*, &c. Augustini, aliorum, exemplo item *clinicorum*, qui domi baptizandi sine periculo mergi non poterant. VI. Analogia tum adspersionum in V. T. *Heb.* 9. v. 13. ubi ῥαντισμὸς usurpabatur, cui analogicè aspersio facta sanguine Christi respondet: tum etiam Circumcisionis, quæ in una tantùm facta carnis parte sufficiebat. VII. Periculum superstitionis, ubi necessitas immersionis urgetur. Nam & loci circumstantia ad Iordanem nos rejiciet. Trina verò an una debeat esse aspersio, fusè quidem à veteribus disputatur (vide *Forbes.* Instruct. l. x. pag. 502.) libertati tamen hoc relinquendum Christianæ: Et ut propter hoc discrimen Muhammedani Christianis sententiarum divortia non debuissent exprobare (*Primit. Heidelberg.* pag. 107.) ita à trina aspersione non facilè putamus esse recedendum. vide Alt. Probl. L. 14. Probl.

Exa-

DISPUTATIO. VI.

EXamen Cœnæ Dominicæ; positivum seu Didascalicum aggressuri, ad duo illud revocamus Capita, Nomen & Rem.

Nominis *examen duplex est* κατ' ἐτυμολογίαν *alterum, alterum* κατὰ λέξιν.

III. Etymologiæ alia *ratio subjecti est*, δεῖπνου *Cœnæ*; *alia Prædicati* κυριακῆ. Retinemus nomen δεῖπνου κυριακῆ, tum quòd ἔγγραφον est 1. Cor. 11. v. 20. tum quòd Ecclesia Christiana usitatissimè suum fecerit, non Græca tantùm sed & Latina, id quod prolixè asserit *Casaub.* contr. Baron. pag. 512. ut mirum sit, Maldonato hic, ut in scirpo nodum quæreret, & in simpulo fluctus excitaret, aliter fuisse visum. Δεῖπνον autem *cœnam*, Græci derivant vel ὅτι τῶν πόνων διαναπαύει, *quod finem faciat laborum*; vel quasi διαπεπονημένον *elaboratum*, cum *molestia instructum*, quod non tam facilè ut ἄριστον prandium paretur. Vnde Cœnam quidam dictam volunt, quasi *Cœdinam*, vel κοινὴν *commune epulum*. Κυριακὸν verò ἀπὸ τοῦ κυρίου, quod eum propriè notat, *qui authoritatem habet, seu obtinet in rem aliquam*, à cujus authoritate aliquid pendet, à nomine κῦρος *authoritatem plenam* significante. Exprimit ergò Etymon tum causam *Efficientem*, τὸν κύριον Dominum, Dominum Dominantium, cujus est terra, & quæ in ea, Psalm. 24. quique ratione sui dominii potest Sacramenta instituere solus. Vnde & κατ' ἐξοχὴν אדני κύριος tam in Veteri quàm N. T. appellari solet. Videatur *Fascic. Dissert. Heidelberg.* p. 276. Δεῖπνου verò nomen à circumstantia temporis, quâ hoc mysterium à Christo fuit institutum, de qua postea, accepit.

IV. Κατὰ λέξιν *Sacramentum Cœnæ Dominicæ aliter exprimunt Orientales* (a) *Ecclesiæ, aliter* (b) *Occidentales.*

a. Antiquissima Ecclesia *Syriaca* nomina sua à fine potissimum desumit, vocat enim I. voce Græca εὐχαριστίαν, quam retinet Interpres N. T. *Act.* 2. 42. & c. 20. 7. ubi mentio fit fractionis panis. *Isa Bar Ali*, vocem ita explicat. אוכריסטיא ה פריסתא ה תודיתא קובלטבו אוכית קורבנא אלקרבאן אלפריסה קרצה שכר יעני קרבאן Id est, *Eucharistia* 1. q. *particula* Græcis

enim Cœna Domini μερίδες dicebantur) *Confessio, gratiarum actio, sumiturque pro sacrificio* i.e. Cœna Domini: Idem קורבא Sacrificium appellant, & אננפרא (Reperitur etiam vocabulum פריסתא fragmentum. Μερίς. Vid. Evangel. Persic. VVheloc. pag. 67.) Ἀναφορά; Eodem sensu, quo Græci & Latini Patres Sacrificium vocârunt, nempe quòd esset tum μνημόσυνον peracti semel in cruce Sacrificii Christi, tum calcar etiam adderet ad offerenda sacrificia labiorum, laudem & gratiarum actionem, conferenda deniique symbola gratitudinis, eleemosynas, &c. grata Deo Sacrificia. II. *Arabes*, Syrorum exemplo, קרבאן Korban ut plurimum vocant. *Gol. Lex.* קרבאן κάρπωμα, *oblatio, quod offertur Deo; Sacrificium, victima, Eucharistia.* Item קראם res sancta; unde λειτουργοῦντα, Christiani צאחב אלצראם vocant. A forma etiam קרצה appellant, quod *orbicularem* notat *panem* III. *AEthiopibus* etiam dicitur קרבן ut *Claudio* in Confess. & אננפרא Ἀναφορα. Vid. Lex. *Iob. Iudolfi.* IV. *Græcorum* hic ager fertilis est. Ratione causæ *Efficientis* δεῖπνον κυριακὸν, μυστήριον κυρίου, absolutè μυστήριον appellârunt. *Materiæ* externæ, ἄρτον, vel cum Epitheto ἄρτον ἐπιούσιον, ἄρτον θεῖον, ἅγιον ἄρτον ζωῆς: κλάσματα, ἁγίας μερίδας: Internæ: τροφὴν πνευματικὴν, σῶμα Χριστοῦ *Formæ externæ* & quidem vel a. *facti*, κλάσιν ἄρτου, argumento locorum *Act.* 2. 42. c. 20. 7. vel b. *verborum*, εὐχαριστίαν, vel εὐλογίαν, quatenus *consecratione*, Domini exemplo, instituta, Sacramenti Symbola ab usu profano segregantur, adeoque Sacramentum conficitur, quod proinde καταστεφάζειν, ἱερουργεῖν τὸ ἅγιον Σῶμα Veteres dixerunt: vel deniique totius actionis, & sic λειτουργίαν appellarunt. *Finis & effectorum* respectu καινὴν διαθήκην, τελετὴν, ἱεροτελεστίαν, τὴν χάριτα, θυσίαν, ἀγάπην, σύναξιν, quamvis hoc posterius vocabulum ad subjectum loci possit referri, vocârunt. Cætera nomina jam mittimus, de quibus consuli possunt Cas. contr. Baron, *Hosp.* Hist. Sacram. P. 1. pag. 175. *Forbes.* in Instit. de εὐλογίᾳ pag. 552. ἐφοδίῳ pag. 553. & *Kettenbeil.* ad Obser Ecclesiastic. *Alba Spin.* p. 90. qui de Agapis Cœnæ Dominicæ contradistinctis prolixè agit p. 103. εὐχαριστία p. 553 *Instit. Theol. Hornb.* p. 607. *Anal. nost.* P. 1. p. 364. IV. De Hebræis nihil habeo dicere, nisi quòd nonnulli vocem Missæ ex scholis eorum accersunt: quàm feliciter, diximus in *Anal.* pag. 219. & deinc. Adde *Hospin.* l. c. pag. 178. Recentiores Synagogæ ab aliquot seculis, exprimendis his Sacris, præsertim temporis progressu corruptis, ea imposuerunt nomina, quibus malevolum in Christianos animum satis exeruerunt. De quibus breviter *Comp. Theol. Iud.* p. 104.

b. Hic verò *Latina* excellit, quæ vel eadem cum Græcis retinuit Eucha-

ristiæ nomina, vel sua quædam sibi propria esse jussit. Ex *illis* est θυσία, *sacrificium, oblatio, immolatio*, quod tamen nomen *Dionysii* tempore ab Ecclesia nondum fuisse receptum, rectè observat *Hospin.* l.c. pag. 177. (& post eum *Forbes.* pag. 617.) præmissâ αἰτιολογίᾳ, Sacrificii nomen cur apud Patres, & quo sensu occurrat. Ex *his* præ aliis obvium est vocabulum *Missa*, cujus tamen usus apud veteres alius longè erat, quàm qui postea innotescere cæpit. Reperitur apud *Ambrosium* lib. 5. Epist. 33. & apud *Leon.* Epist. ad Episcop. Alexand. sed pro *populari cætu*, aut concione, loco & tempore divinorum officiorum, h. e. Sacramentorum distribuendorum, vel precum gratia congregata, aut pro ipsis *divinis officiis*. Vnde veterum Græcorum vocem ἐκκλησίας Latini Interpretes per *Missam*, ἐκκλησιάζειν per *Missas facere*; interpretantur, quo sensu retineri videtur, à Germanis, qui eam ad publicas nundinas, à concursu hominum sic dictas, transferre solent. Quin & *Missæ* vocabulum olim pro *quavis oratione* sumebatur. Demum post annum 400 pro *Cœna Domini* usurpari cœptum fuit, Etymi ratione & varia, & apud ipsos Pontificios controversa. Videatur *Hospin.* l.c. p. 179. *Anal.* P. 1. p. 364.

V. *Est hæc* nominis ratio; *ipsius* rei *examen cognitionem requirit causarum potissimum, Effectorum, Subjectorum & Adjunctorum.* Efficiens *igitur vel Principalis est, vel Instrumentalis. Illa procreans est, hæc conservans.*

VI. Principalis *est Christus Dominus, qui abiturus ex hoc Mundo, & Leviticæ Veteris Testamenti Leiturgiæ finem impositurus, constituto, lege* (a) *divina, tempore, Pascha ultimum cum discipulis celebravit, eidémque, iisdem ferè retentis verbis, & ritibus,* (b) *Cœnæ Dominicæ religiosè posthac in Ecclesia observandæ Sacramentum substituit. Quæ verò ante hoc ultimum Pascha de usu carnis suæ, Joh. c. 6. disserit, ad manducationem* (c) *mysticam, quæ fit absque symbolis, pertinent.*

a. Nobilis satis est quæstio de tempore ultimi Paschatis à Servatore habiti: Sunt qui velint, Christum cum Iudæis eodem die Pascha celebrâsse. Ita *Toletus*, *Baronius*, & ex nostris *Cloppenburgius*. Alii verò malunt, Christum ordinario quidem, & lege definito die, Iudæos verò, ob instans Sabbathum, duplicemque adeò diem Festum, distulisse, & in ipsum Sabbathum [illegible]. Ita ex Pontificiis *Salmeron*, *Bellarminus*; *Maldonatus*, *Iansenius*; ex Reformatis *Beza* *Causaub.* *Chemnitius*, *Hunnius*, *Flacius*, *Munsterus*, *Andreas Osiander*, *Gerhardus Hospinianus*, præsertim Hist. Sacram. P. 1 p. 2. & *Myller.* in Rabbinis. pag 1285. *Capellus* item contra Cloppenburgium posteriorem hanc sententiam prolixè defendit.

dunt. Dissidium hoc, ceu Gordium nodum, ipsa etiam Synagoga Christianis objicit; videatur *Myller.* l. c. Nostram mentem Thesi expressimus, ad cujus pleniorem explicationem distinctè agemus, expositurí *primùm*, Christum cum Iudæis eodem tempore Pascha non celebrâsse, *deinde* præscriptæ Legis eum rationem habuisse: tum *denique* dispiciemus, quænam hujus diversitatis sit origo. & cui accepta illa ferri debeat. *Diversitatem* celebrati Paschatis probant I. Diserta *Scripturæ loca.* II. *Rationes.* III. *Authoritates.* I. *Scripturæ loca* sunt a. *Ioh.* c. 13. v. 1. πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, *ante Festum Paschatis*; Iudæorum nempe more celebrandi. Vnde & cæteri Evangelistæ, Marcus & Lucas, incidisse illud voluntin primum diem azymorum, destinatum nempe Lege divina, non dilatum recepta Iudæorum consuetudine. Neque enim hæc verba de Paschate ab ipso Christo celebrato intelligere possumus, nisi, ut rectè monet *Casaubonus*, absurdissimæ sententiæ authores esse velimus. Nam si legitimo tempore habitum à Christo nolimus solenne hoc festum, utique non fuisset is πληρωτὴς τοῦ νόμου, quod cogitare impium, b. *Ioh.* 18. v. 28. Iudæi, captum deducentes Christum in Prætorium, non *introierunt in Prætorium*, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα. Christus pridie ejus diei Cœnam jam celebraverat; Iudæi, ut celebrare possent, Prætorium ingredi noluerunt, ne damnationis participes facti, ab esu rerum sacrarum arcerentur. c. *Ioh.* 19. v. 14. designatur tempus, quo Christus à Pilato crucis supplicio fuit addictus, nempe παρασκευὴ τοῦ Πάσχα, *præparatio Paschatis Iudaici*, dies Veneris, quo ad futuram se solennitatem parârunt Christi autem Pascha jam præcesserat. d. *Ioh.* 19 v 31. Iudæi effecerunt, ut non manerent in cruce corpora Sabbatho, quoniam erat Parasceve (ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ Σαββάτου) ἠρώτησαν &c. Tria hic occurrunt, pro sententia nostra expendenda. A. Sabbathum Iudaicum jam imminuisse, cùm Christus esset crucifixus, adeoque ne duo concurrerent dies Festi, dispensatione Magistrorum factum, ut in eundem etiam diem Pascha rejiceretur: Eadem de causa, corpora suspensorum sepulta Iudæi voluerunt. Quanquam alia etiam Lege Iudæis incubuerit hoc supplicio enectos sepelire eodem die, quo morte afficiebantur ut suo loco, dicemus. B. Vocari diem illum παρασκευὴν, *præparationem*, eamque geminam, alteram quidem hebdomadariam ad Sabbathum; alteram anniversariam ad Pascha. C. Accedit epitheton illius diei: *Erat magnus dies ille Sabbathi*: Sensus hujus phraseos duplex esse potest. *Aut* enim propositionis inversio hoc loco observatur, ut μεγάλη, quod subjecti loco ponitur, sit *Prædicatum* hoc sensu: *Dies illa Sabbathica, quæ Parasceven insequebatur, erat dies, quæ magna in schola Judæorum, appellari consuevit.* Vel subjectum sola absolvitur voculâ ἦν erat; Prædicatum verò, μεγάλη ἡ

ἡμέρα

ἡμέρα ἐκείνου τοῦ Σαββάτου, Dies illa, quæ Christi sepulturam est secuta, erat magna illius Sabbathi dies, Festum, Paschale nempe. Vtroque sensu magna vocatur, καθ' ὑπόκρισιν. Magni autem hoc loco Epitheton dies ille obtinere potest, vel respectu Paschatis, vel respectu Sabbathi. Paschatis respectu hanc nomenclaturam obtinet, quia de Paschate agitur magno i.e. ordinario. Duplex Iudæorum fuit Pascha: פסח ראשון *Pascha primum*, verum scil. & solenne, Lege præscriptum, ad diem 15. Martii: alterum פסח שני *Pascha secundum*, quod & פסח קטון *Pascha parvum*, ut in Rosch. hasch. c. 1. §. 3. *dicitur* Hoc ex statutis Rabbinorum in mensem Aprilem fuit rejectum, & duravit unum tantùm diem, pro pollutis & peregrinis remotioribus, qui tempestivè & ad primum venire non poterant. De utriusque Paschatis differentia consulatur *Maim.* P. I. Hil. Korbonphæs. c. ult. in fine II. Ratione reliquorum Sabbathorum: quo respectu usitatè Sabbathum magnum appellari quidam volunt, primum & ultimum diem cujuslibet solennitatis unde & מקראי קדש convocationes Sanctæ vocantur. Primum præsertim, si in Sabbathum incidit, μεγάλην dici meruisse, tum propter frequentem πανήγυρω, tum propter ipsa connexa. Video, hanc sententiam plerisque probari eruditis: nec quicquam habet difficultatis, nisi quòd nomenclatura שבת גדול *Sabbathi magni* non satis nota sit Hebræorum Scholæ. Illud enim Sabbathum, quod Pascha præcedit, ut *magnum* à Iudæis appellatur, ita valde Sanctum ab illis habetur, cui prolixam concionem de agno Paschali illiusque usu destinàrunt. *Magnum* autem, ex Hebræorum mente, propter miraculum quoddam, quod in Ægypto, tempore primi Paschatis contigisse referunt; dicitur Enarrat illud Synag. *Buxt.* c. 12. pag. 285. Quicquid sit, *magnum* vocari Sabbathi illum diem, certum est, quòd in eum Festum Paschatis incideret, adeoque prima dies azymorum illucesceret. Additur à nonnullis locus *Matth.* 26. 5. ubi legimus, consilium fuisse captum de tollendo Christo: non tamen in Festo, ne tumultus fieret: sed alium hæc admittunt verba sensum: Ad B. *Rationes* igitur properamus, quarum *Prima* petita est, à praxi veterum Iudæorum, qui ad evitandum concursum duorum Festorum, annui & hebdomadarii, Pascha in diem Sabbathi rejecerunt. Vespera Paschatis est dies decima quarta, quà & Agnus comedebatur: Pascha ergò solennem effecit diem decimum quartum, quem decimus sextus, Sabbathum, statim excepit. Hæc Συνδρομὴ tolli aliter non poterat, quàm geminatione festivitatis, eodem die Sabbathi observandæ: de quà Translatione festorum consuli poterit *Hospin.* de Fest. c. de anno Iudaico, compendiosè *Hist. Sacram.* P. 1. p. 2. *Beza.* ad *Ioh.* c. 18. [illegible] II. Analogia inter Typum & Anti-Typum. Immolari debuit agnus Paschalis die 14. Eodem tradi Dominus III. Pascha celebraturus patrifamilias Christus indicari voluit, appropinquàsse tempus suum, *Matth.* 26. *Suum* vocat, ceu Legislatoris, varietati à Pharisæis introductæ oppositum IV. Tra-

ditione

ditione Ecclesiastica observatum à multis, Pentecosten eo anno incidisse in diem Solis. Quinquagesima autem illa esse debuit numerando a secunda die azymorum. Vnde sequitur, secundum azymorum tunc etiam in primam Sabbathorum seu Dominicam incidisse. Hoc tamen argumentum a probabili potius, quàm certa procedit ratione. V. Iudæi nec sententiam dixerunt, nec supplicium diebus Sabbathi sumserunt. Vide *Ius* Heb. p. 143. & Primit. Heidelberg. pag. 334. Cùm ergò die Veneris, quem Judæorum Pascha postea excepit, Christus fuerit sepultus, facilè est conjicere, eodem tempus Pascha à Christo & Iudæis non fuisse celebratum. C. *Authoritates vel veterum* sunt, ut *Ire.* lib. 4. c. 23. *Tertull.* lib. cont. Iud. Epiphan. hæres. 50. *Chrysostom.* Homil. 82. in *Ioh* & *Homil.* 84. in c. 19. *Ioh. Nicephor.* lib. 1. c. 28. Hist. *Anshelm.* in c. 27. Matth. vel *recentiorum*, quorum nomina jam expressimus, quibus addatur Harmon. *Gerhard.* Par. 2. c. 166. & nuper D. Zum[illegible] ὁ μακαρίτης Disput. de Pasch. pag. 116. Ipse etiam Scaliger, mutatà sententiâ, illis accessit, secunda Edit. de Emen. Temp. pag. 531. *Gerard. Ioh. Voss.* de Symbol. Cœnæ Dominicæ pag. 264. Atque hinc, ut opinor, manifestum est, Christum Iudæorum Pascha anticipasse, non quidem, quæ magni viri sententia, opus est, integri octidui spatium huic varietati nos largiri: satis est, vel biduo differre. Porrò ἔννομον fuisse Pascha Christi, tempore, lege definito (quamvis, qua polluit authoritate, Typicum sublaturus Pascha, temporis facilè mutare potuisset circumstantias) celebratum, rationes evincunt, 1. Christus non venit καταλῦσαι τὸν νόμον, ut solveret legem Cerem. ante tempus nempe, *Matth.* 5. 17. 2. Expressè *Luc.* 22. 7. legimus, mactatum fuisse Christi jussu Pascha die, ἧ ἔδει θύειν, qua oportebat mactari. 3. ut in aliis, sic hoc loco, cœlestis Doctor probare voluit, sibi certiorem constare observandi Paschatis rationem, quàm quæ apud Iudæos obtineret, de qua postea. 4. Eadem nocte, qua Typicum Pascha erat celebrandum, Cœnam suam instituere voluit, ut pridie quidem exhiberet typum, postridie veritatem 5. Temeritatis perstringere haud obscurè voluit Synagogam: quæ ut verbum Dei, variis auxisset appendicibus, ita nec Sacramentorum sartam conservaret per omnia administrationem. *Origo* denique hujus varietatis consideranda restat. Illa vel respectu *temporis*, vel respectu *causarum* venit expendenda. *Temporis* introducti hujus discriminis momentum non suppetit. Neque enim hactenus quicquam in monumentis veterum, occurrit, quod primam hujus consuetudinis originem aperiat. Planè ut morem dimittendi reum, *Matth.* 27. 15. paulatim quidem irrepsisse constat, quo tempore, aut qua occasione, non item. Causæ tamen mutationis facilioris sunt indaginis. *Prima* videtur discrimen Epochæ judaicæ, inter Pharisæos & Karreos, qui proles sunt Sadducæorum, eorumque propago, notorium. Vnde factum, ut quemadmodum diversis diei & noctis principiis à se invicem abirent, in aliis etiam, quæ hanc materiam concernunt, diversas tuerentur

rentur hypotheses, ceu diximus in Hexaëmer pag. 153. Hinc Paschatis diversa facile emergere potuit ratio. Haud obscure hæc insinuat *Selden.* De anno Civili *Heb.* c. 20 p. 109. *Quod subinde occurrit* (apud Patres nempe, Græcos præsertim) *de celebratione judaicâ ante æquinoctium, non intelligendum existimo, perinde si illi (saltem Talmudici) unam magnoscerent legitimam fuisse simpliciter ejusmodi celebrationem, sed capiendum aut de immolatione: ut dictum est, æquinoctio pridiana,* aut de Karræorum sectæ forsan usu, *ubique ante Cyclum Hillelianum receptum, atque etiam post, in terra Sancta (nam æquinoctii rationem eis citra Cyclum illum habitam nondum didici) aut potius de diversis* circa æquinoctii *tempus & locum placitis.* Et *Scaliger* de emendatione temporum lib. 2. pag. 150. *Quia Rabbanitæ & Karræi nullum inter se commercium, nihil commune habent, præter Bibliorum textum, isti Karraim, ne cum Judæis facere videantur, rationem Neomeniarum diversam à Judæis habent, cùm Judæi à coitu luminarium, illi ἀπὸ τῆς φάσεως neomenias putent. Quare earum neomeniæ puræ Arabicæ sunt, mensium nominibus tantùm cum Judæis convenientes.* Non accedere possum maximo viro in hypothesi, quasi Karræi calculo astronomico, & luminarium coitui nihil planè tribuissent; tribuisse enim aliquid, etiam tantum, quantum *φάσει*, dictum in *Hexaem.* p. 155. 156 in thesi tamen discrimen Karræorum & Rabbanitarum probamus. Certè si pridiè Paschatis Pharisaici Karræorum fuit observata solennitas, ipsi autem Karræi, à קרא vel מקרא *Scriptura* sic dicti propius Legislatoris scopo accesserunt (quo etiam sibi nomine multum blandiuntur: *Hexaem.* pag. 115.) Iam unius saltem diei in Ecclesia Iudaica differentia manifesta est. Secunda ratio est *Intercalatio*, sive annorum, sive mensium (de cujus necessitate & modo vide *Hexaëm.* pag. 158. arbitraria) quæ à Synedrio magno pendebat. Nam, prout visum illi fuit, per Principem Synedrii, annum mense, vel pleno, vel cavo auxit, authoritate à populo concessa, non verò ἀναμαρτησίας privilegiò munita. Accidit hinc, ut anni vel essent communes, constantes diebus 354. conflati ex 6. plenis totidemque cavis; vel intercalares, aucti mense vel cavo, unde dierum spatium 383. vel *pleno* dierum 384. Quod si præter Adarem secundum plenum, octo alii anni menses itidem pleni fuerunt, dies numerabantur 386. Tertia ratio accedit, ex incommodis vel concurrentium, vel subsequentium festorum, de quibus *Ep. Hist.* Sacram. part. 3. & *Gerard.* Ioh. Voss. Disp. cit. p. 2[illegible]5. ex Paulo *Burgensi* Proselyto Christiano, addit. ad Lyran. in cap. 26. *Matth.* Ioh. Möltker Disput. de diverso esu agni

Paschal.

Paschal. Et quanquam *Baronius* & *Toletus*, Cardinales, novitatis hanc translationem accusent, certum tamen est, veteres etiam Iudæos ejus meminisse *Scaliger* notis ad computum Iudaicum confirmat, translationes hujusmodi dierum tempore secundi Templi sub Seleucidis obtenuisse: imò fatetur, eas sibi videri sub ipsis quoque Regibus ante captivitatem Babylonicam fuisse hac usitatas ratione ductus, quia cùm propter aliquas aëris incommoditates institutæ fuissent, aer Hierosolymitanus post eam captivitatem calidior aut pestilentior non fuerit, quàm ante. Verùm non Hierosolymitanum; sed Babylonicum & Persicum cælum illius rejectionis feriarum causam fuisse, ex Iudæorum Talmud docet *Edvardus Liveleus* in opere Chronolog. ἀνεκδότῳ apud Casaub. cont. Baron. pag. 429. Sed & Calendarium, quo hodiè quoque utuntur, Iudæi hanc de translatione feriarum doctrinam antiquam esse, probat. Vna, an multæ harum causarum Synagogam tempore Christi impulerit, ut seriùs Pascha suum celebraret, nostrum non est definire; sufficit, causas discriminis ostendi & manifestas, & ita comparatas, ut anticipationi locus esse potuerit, ex notis etiam, & ne ipsi quidem plebi Iudaicæ obscuris fundamentis. Primam certè rationem, petitam á diversitate celebrandi Paschatis inter Karræos & Rabbanitas sive Pharisæos, non puto esse contemnendam. Ita enim tolleretur difficultas, quomodo hoc nomine, quod à consuetudine recederet, non fuerit Christus vel à Iuda accusatus, vel à Iudæis, ceu legirupa, diffamatus? Quomodo Christus, propria, authoritate, separare se fuerit ausus à communione? Ita non recurrendum esset cum *Casaubono*. lib. c. Christum interdum Legis Dominum egisse, nec distinguendum cum *Grotio* inter Pascha θύσιμον & μνημονευτικὸν, quam tamen & *Simson*. probat. *Chron.* Cathol. l. 7. pag. 21. nec cum Græcis absolutè negandum, Christum legale observàsse Pascha. Tolerabantur inter Iudæis *Karræi*, suas habebant Synagogas, sua sacra; quorum causam Servator noster ut in dammnandis Pharisæorum traditionibus egit strenuè, ita cùm recepta festorum translatio ex superstitiosa nata esset curiositate, impune reliquorum exemplo contemni illa potuit.

b. Id quod fusè probat *Buxt.* Differt. de Cæna Domini; succinctè D. *Zuingerus* Disp. de Pasch. V. T. pag. 524. An & quatenus Historia Paschatis, Controversia Eucharistica N. T. de verbis Institutionis sit vel illustranda, vel decidenda. *VVal.* Theol. pag. 496. & nos seq. differtat.

c. De qua varia Ecclesiæ Romanæ sunt judicia. Qui, Communionem sub utraque specie negaturi, subsidia quærunt & argumenta ex Doctoribus Pontificiis, nolunt hoc loco agi de manducatione Sacramentali. Ita *Gab. Biel*, *Cusanus*, *Cajetanus*, *Tapperus*, *Lovanienses*, *Heßelius*, *Jansenius*, de quibus ipse *Bellar.* De sacr. *Euch.* lib. 1. c. 5. Qui verò Transsubstantiationem, manducationemque oralem urgent corporis Christi sub specie panis, mordicus illi, & omninò volunt, verbis potissimum; Panis, *quem ego dabo, caro mea*

est, pro mundi vita, &c. ferè ad finem Capitis, indicari Institutionem Cœnæ non præsentem quidem; sed mox futuram. ita plerique Doctores Pontificii, quos citat Sanderus lib. de 6. Cap. Iohannis; quem l. c operosè defendendum suscipit *Bellarminus*. Reformati negant hanc veram & genuinam de Sacramento Cœnæ esse sedem, concedunt tamen, ad ejus explicationem multum conferre. De Sacramentali manducatione non esse sermonem patet ex notorio, quod inter hanc & illam est, discrimine, tum ex ipso hoc capite, tum ex institutione Cœnæ elicito. I. Ratione materiæ externæ sive symbolorum: Sacramentalis symbola sua habet; panem & vinum, *Matth.* 26. mystica verò symbolis caret: imò Metonymicè symboli nomen res significata obtinet. Carnem enim suam Christus, panem vocat. v. 51. II. Ratione *formæ* externæ, tam *substantialis*, quàm *accidentalis*. In *Sacramentali* manducatione, verba observantur, *præceptiva*, *determinativa & explicantia*: actio etiam fractionis, distributionis &c. In Mystica hi actus distincti non requiruntur; imò præmissa externorum symbolorum seu elementorum rejectione (occasio enim desumpta est, à miraculosa tum Mannæ, tum exigui panum commeatus virtute, quibus cibum tamen efficaciorem longè, panem nempe cœlestem, se ipsum, opponit) rem spiritualem ejusque participationem, uno manducandi & bibendi verbo exprimit. III. Ratione *finis partialis*, qui in Cœna est, ἀνάμνησις, recordatio mortis Christi, *Luc.* 22. 19. 1. *Cor.* 11. 25. In manducatione Spirituali est mystica unio & communio, de qua v. 56. *Qui edit carnem meam, bibit sanguinem meum, ille manet in me, & ego in ipso.* In Cœna Domini σχέσις non tantùm observatur inter Christum & fideles, sed & fidelium inter se 1. Cor. 11. At ex mystica manducatione Christi tantùm & fidelium unio colligitur. IV. Ratione *effectorum*. Participationis Sacramentalis effecta alia *per se* sunt, alia per *accidens*. Neque enim, malitiâ communicantium suum semper illa assequitur fructum; Spiritualis verò manducatio fine suo nunquam frustratur. Vnde Servator causam semper cum effectu indivulso nexu constringit. Vide. v. 51. 55. 56. 57. *Vitam æternam, resurrectionem* ad vitam, mutuam περιχώρησιν pollicetur omni, spiritualiter se manducanti, id est, ut v. 44. explicatur, ad se *venienti*, & v. 47. *credenti*. Hæc enim omnia esse συνώνυμα, ex locorum circumstantiis apparet. Atqui hæc cum Sacramentali manducatione, omnium respectu subjectorum, reciprocari non possunt. Neque enim *qui* panem Domini, sed qui panem *Dominum* edunt, eximiorum illorum fructuum participes sunt. Vnde Beda in hunc locum: *Hoc est, manducare illam escam, & illum potum bibere in Christo manere, & illum in se manentem habere; an per hoc non manet in Christo? Et in quo non manet Christus, nec manducat spirituali-*

spiritualiter, ejus carnem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus Sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed magis tantorei Sacramentum in judicium sibi manducat & bibit. V. Ratione *objecti* loci. Sacramentalis manducatio vocatur *σύναξις, congregatio*, quod in loco congregationis esset instituenda, vid. 1.*Cor.*11. In mystica verò, ipse qui manducat, templum Christi est, & Sp.S. Ad nullum sive publicum illa restringitur locum, sive privatum, sed prout *Ioh.*4. Templa Christianorum Proseuchæ esse possunt, ubicunque Deus in Spiritu & veritate adoratur: Ita & manducatio Spiritualis, ab omni locorum descriptione libera est. Vnde universalitas: *Quisquis ederit; Quisquis crediderit* &c. *objecti* etiam ratione manducatio à Iohanne descripta, à Sacramentali differt. *Illius* objectum sunt veri fideles tantùm, illi nempe qui describuntur. v.51.56.57. Hujus verò vocati, quamdiu publicis scandalis & impietate vitæ, his se Sacris ipsi non arcent. Vnde vocatio ad Convivium Sacramentale, *conditionata* est, officium jubens; ad Mysticam manducationem stipulatoria beneficii, *absoluta*. VII. *adjunctorum* etiam respectu differunt. I. *Temporis*: Manducatio Sacramentalis vel singulis diebus, vel diebus Dominicis, vel diebus festis in Ecclesia primitiva celebrari consuevere: at manducatio hæc vel singulis momentis, domi foris, belli, ruri, locum habere potest inter ultimos agonizantium halitus. 2. *Necessitatis*. Manducatio *spiritualis* ad salutem est necessaria. Sacramentalis non item. Vidit hoc ipsa Ecclesia Romana: unde cùm locum Iohannis ex Veteribus nonnulli de manducatione Sacramentali ita intelligerent, ut ejusdem necessitatem ad ipsos etiam infantes extenderent, sententia antiquitatis haud obscuræ prætextu defensa, tandem ab Ecclesia Romana damnata & explosa fuit, ut alibi jam diximus. 3. *Amplitudinis*. Amplior est usus, respectu objecti, manducationis Sacramentalis, quàm Spiritualis. Satis, ut cætera mittamus, probant hæc de Christo Iohannis verba, non de Cœnà agere propriè, sed de manducatione mystica & Spirituali, quà ab illa tot respectibus differt. Et si verò de Sacramentali manducatione dicimus dicto loco, sermo non sit, multa tamen ad explicationem manducationis Sacramentalis spectare; Sacramentalemque adeò manducationem lucem mutuare magnam, tum quòd utriusque *idem* sit *objectum*, caro & sanguis Christi: tum quòd promissiones utrobique sint eædem, tum quòd disertè modus manducationis *κατὰ θέσιν, καὶ ἀντίθεσιν* exprimatur: tum denique, quòd ipsarum loquendi formularum inter se permutatio magnam ostendat convenientiam, adeò ut quemadmodum in Cœna Domini Christus vocat panem corpus suum, ita vicissim. Ioh.c.6. *carnem suam* vocat *panem cœlestem*, id quod alibi prolixiùs Σ Θ. examinabimus.

VI. *Minùs principalis seu ministerialis causa sunt Ministri*

a. *Ecclesiæ; ita tamen ut inter consecrationem & distributionem sit discrimen: illa solius est Ministri, ad præconium verbi & administrationem Sacramentorum vocati; hæc Diaconorum* b. *e. in messe potest. Et ut nihil c. obstat, quominùs Minister sibi communicet, ita talis, sacerdos esse non debet.*

a. Nam. 1. Hæc cura ad ministros propriè pertinet. Vt enim. *Matth.* 28. Baptismi administratio discipulis fuit commissa: ita Cœnæ etiam Dominicæ, & celebratio & reptitio eorundem tradita fuit curæ *Matth.* 26. 1. *coll.* cum 1. Cor. 11. 2. Pastores dispensatores vocantur Mysteriorum. 1. *Cor.* 4. 1. 1. *Cor.* 5. 20. At Cœna mysterii nomen κατ' ἐξοχὴν meretur vide supra. 3. Qui proponunt officii ratione promissiones divinas, & quidem πρεσβεύοντες ὑπὲρ Χριστοῦ. 2. Cor. 5. 20. Iisdem etiam obsignare illas incumbit 4. Christus suo exemplo præivit tanquam ἀρχιποιμὴν, cæterisque, ut idem facerent, injunxit 5. Non legimus ullum consecratæ & administratæ Cœnæ Dominicæ, exemplum, quod aliam nobis causam ostendat ministerialem.

b. Non in Gallicis modo; sed & Helveticis hinc inde obtinet consuetudo Ecclesiis, ut calicis distributio Diaconis relinquatur aut Presbyteris: quæ defendi facilè potest, tùm *exemplo* primæ *institutionis*, quà ipsi etiam Apostoli, etsi non consecrantes, sed communicantes διεμερίσαντο ἑαυτοῖς alii aliis distribuerunt. *Luc.* 22. 17. Non planè sine mysterio, utpote quo significatur, Christum nostrum fieri applicatione cujusque singulari: tum exemplo *Ecclesiæ primitivæ*, *in quâ Diaconi* Symbola Sacra ad ægros deferebant: tum à *pari*. Ipsi in multis Reformatis Ecclesiis communicantes, non à Ministris semper immediatè, sed alii ab alliis accipiunt, quod tum Belgica, tum Helvetica probat multis in locis Ecclesia. Sed & superstitioni, quæ laicis, quasi indigni essent, & panem ori ingerit, & poculum labris admovet, contactum Sacrorum symbolorum denegat, obviam itur.

c. Quod tamen negat *Pelargus* in Schola fidei, quòd nemo seipsum possit baptizare; Sed 1. est elenchus parium. Baptismus est Sacramentum insitionis sive regenerationis: Cœna verò Domini, nutritionis. 2. Non baptizatus, non est capax ullius Sacramenti conferendi, quia talis non est in Ecclesia, multò minus Ecclesiæ Minister. 3. Christus à Iohanne baptizatus est, ipse tamen cum discipulis communicavit 4. Necessitas multarum Ecclesiarum, in qua unus tantùm est Minister, id requirit 5. Consentit praxis tàm Ecclesiæ Veteris, quàm hodiernæ. Imò extat in Synodo Nicæna Canon, quo Pastor excommunicatur, qui aliis administraret Sacramenta, ipse verò non communicaret. 6. Ab esu agni Paschalis non arcebatur Paterfamilias, cui tamen consecrandi vices relinquebantur.

Neque

d. Neque enim. 1. vel apex S. Scripturæ occurrit, qui probet, nomen Sacerdotis propriè sumptum convenire Pastoribus Ecclesiæ. Si illis conveniat, commune habet cum omnibus Christianis, qui ἱερεῖς vocantur in Sacra Scriptura, & βασιλικὸν ἱεράτευμα. 2. Nullum superest in N. T. Sacerdotium, propriè sic dictum Et nec Sacerdotes: videatur Apostolus ad *Heb* c. 8. c. 9. 3. Loca Scripturæ, quibus Sacerdotium stabilire conantur, aliud planè volunt. Neque enim λειτουργεῖν, *Act.* 13. 2. de Sacerdotio, sed quolibet ministerio sumi potest publico, usque adeò ut Magistratus etiam, *Rom.* 13. 6. Angeli, *Heb.* 1. 7 nomen hoc, & quidem hi usitato Scholæ Iudaicæ termino, obtineant: neque ἱερουργεῖν aliud est, quàm quævis administrare Sacra, prout Apostolus de Evangelio illud enunciat. Vnde & antiquissimi interpretes λειτουργεῖν vel generaliter vertunt *ministrare*, ut *Vulg. Arabs*: vel specialiter de *precibus* ut Syr. מתכשפין לאלהא supplicantes Deo, vel *cultu Dei quovis*, ut Æthiops ואכז יגברו גברא אגזיאבהר Et cum fecissent opus Dei: ἱερουργεῖν, verò *Rom.* 15. 16. *Vulg.* Sanctificans q. εὐλογῶν vel εὐχαριστῶν, *Syr.* simpliciter אפלוח אונגלין Serviam Evangelio, Æth. תתקדס תמהרת אגזיאבהר sanctificetur doctrina Dei, Arabs quidem vocem מכהנא adhibet, sed ut generalis satis est apud Orientales significatus, ceu ex Etymologico nostro apparet, ita nihil impedit, quominùs impropriè hoc loco sumatur, planè ut gentes statim vocantur προσφορὰ oblatio: quæ loquendi, formula ex Levitica leiturgia deprompta, à Paulo libenter retineri solet, tum alibi, tum in hac præsertim epistola, vide cap. 12. 1.

VII. Materia *Cœnæ Dominicæ* a. *vel* externa *est*; *vel* interna, Illa *sunt elementa, sive* b. *symbola* c. *panis &* d. *vinum*, e. *distinctè*; f. *non nudæ species*: Hæc *verò Corpus Christi, pro nobis fractum, & traditum, & sanguis* g. *ejus, pro peccatis nostris fusus.*

a. Hanc distinctionem, iisdem ferè nobis verbis *Irenæus* suppeditat lib. 4. c. 34. ubi fatetur: *Eucharistiam constare duabus rebus terrenâ, pane videlicet & vino, & cælesti, corpore nimirum & sanguine Christi.*

b. Hæc enim nobis conjunctim expressè commendat 1. Institutio Christi, *Matth.* 26. *Luc.* 22. *Marc.* 14. 2. Repetitio Apostolica ad exemplum nobis commendata 1. *Cor.* 1 3. Mandatum idem faciendi, τοῦτο ποιεῖτε, hoc facite. 4. Continua Ecclesiæ praxis, quæ, ut postea audiemus, longo tempore nunquam fuit interrupta 5. Requirit idem analogia ab ipso nobis Chri-

sto expressa, inter panem & corpus, Vinum & sanguinem. 6. Accedit usus Synagogæ in celebratione Paschalis agni, ubi utrique etiam Symbolo locus fuit: Rationis hujus vim ostendimus alibi.

c. Expressè enim non modò id, quod Christus accepit, consecravit, fregit, distribuit vocatur ἄρτος panis, *Matth.* 26 26. Ex multis confectus granis; 1. *Cor.* 11. sed & Metonymicè, carnem suam, *panem*, vocat, *Ioh.* 6. v. 51. Sed neque est, qui Mysteria hæc celebraturus sacratissima, in controversiam substantiam hujus elementi vocet; De *qualitate* tamen, & *quantitate* major paulatim oborta fuit difficultas. De *qualitate* graviter ante hâc inter Orientales & Occidentales fuit disceptatum. Orientales pro enzymo laborabant; Occidentales pro azymo. Rationes utrorumque desumuntur à primâ institutione. Græci, cum quibus faciunt Abyssini, non quidem negabant, Christum immolationem Paschatis antevertisse, volebant tamen propterea usum azymorum in reliquo victu accessisse. Vnde Euthym. ad cap. 26. *Matth.* & Niceph. lib. 1. c 28. narrat, *Christum legale Pascha ante primam diem cum azymis comedisse*: (*neque* Pascha sine azymis manducari poterat) *eo autem finito omissis azymis ad communem panem redisse*. Occidentales verò contenderunt, quocunque tempore Christus Sacramentum instituerit, semper posse evinci, in azymo Cœnam institutam esse. Ita Thom. in 4. dist. 11. q. 3. Cuj sententiæ Gerard. Ioh. Voss. adstipulatur, Disp. Theol. pag. 266. Vsum panis azymi primum tribuunt Alexandro a. ch. 115. ante quem, teste *Platina*, *in Ecclesia panis fermentatus fuit usurpatus*. An satis prægnans hujus mutationis fuerit ratio, discutitur apud *Hosp.* P. 1. p. 121. Confirmatio postea successisse dicitur in Concil. Constantinopolit. 5. quanquam & illud nondum satis de Alexandro probatum sit, cùm apud *Anastasium*, aliosque antiquiores nihil occurrat; & Concilii hujus canones plurimi, ab ipsis etiam Pontificiis, νοθείας postulentur; ut idem observat pag. 186. Illud certum est, graviter postea, cùm Ecclesia Romana Græcis necessitatem azymi panis obtrudere vellet, bellum exarsisse, & rationibus utrinque certatum esse, præsertim circa a ch. 1054 inter Michaëlem Constantinopolitanum Episcopum, & Leonem IX. Pontificem. Anno item 1138 inter Anselmum Havelburgensem, & Nicheten Nicomediensem Archiepiscopum. Superiori seculo Græcorum causam egit Hierem. censur. ad cap. X. Confess. August. Ita res, quæ sua naturâ sunt adiaphoræ, hominum contentione, in perniciosas dissidiorum erumpere possunt flammas! Nostra ἐπίκρισις est. 1. Sacras literas nihil αὐτολεξεὶ definire, simpliciter enim vocant ἄρτον *panem*. Neque enim Ieremiæ ratio petita ab Etymo vocis quasi ἄρτος dicatur ab ἄιρω, id est καθίζω, obstat; cum & ab ἄιρω id est προσφέρω deduci possit, & panis non minus à LXX. Vocetur qui ἄζυμος, quàm qui ἔνζυμος *Exod.* 29. 2. *Jud.* 6, 20. 2. Rationes

tamen

tamen non deesse, per necessariam consequentiam elicitas, quæ Christum in Cœnâ azymo pane usum fuisse, persuadeant. Primaria consistit tùm in celebratione Paschatis, quæ cum azymis conjuncta esse debebat, tum in circumstantia temporis, diebus azymorum, qui & exigebant esum azymorum, & præsupponunt. Christum ne hoc quidem impunè laturum, si ipsi hoc loco relicta exprobrari potuissent lege imperatorum azymorum, Veteris Synagogæ vestigia 3. Nihil ergò habere Ecclesiam Græcam, quo absolutè evincat enzymorum necessitatem, quam vel solum exemplum Dominicum confutat; ceu alibi jam monuimus, Pro libertate ἐνζύμου militare possunt rationes, quas proponunt apud *Hospin.* P. 1 pag. 288. Græci absolutam necessitatem non statuunt. Etsi enim, quod urgent, nox quâ Pascha comeditur, ad septiduum festi azymorum non pertinet, certum tamen est, & ipsum Pascha cum azymis fuisse comedendum, & primo jam die, qui Paschatis Festum immediatè excipit, fermentum debuisse esse amotum, (*Thes. Philol.* pag. 249.) nec proinde verisimile, post manducatum, ex lege, agnum, ad panem ἔνζυμον, fermento & fermentato ubique exacto & proscripto, eum rediisse 4. Neque verò *Latinos* rectè fecisse, quod in re, quæ substantiam Cœnæ non tangit, & cujus absolutam necessitatem, vel sola Veteris Ecclesiæ ratio labefactat, adeò fervidè fuisse versatos, ut rixa hæc 500. hactenus annorum cursu sisti aut componi non potuerit. 5. Rem autem ipsam planè esse adiaphoram, adeò ut, sive hoc utamur sive illo pane, res redeat eodem. Qui fermentatum adhibent, suas habent rationes, habent & cæteri, qui non fermentatum retinent. Harum ἀδιαφορίαν evidenter probat 1. Libertas Ecclesiastica, quam circa administrationem Sacramentorum in iis, quæ Essentiam non lædunt, obtinere constat. 2. Praxis Ecclesiæ Primitivæ, de quâ *Gregorius* in Registro; apud *Hospin.* pag. 161. 3. Magna incommoda, quæ ex alterutra mordicus defensa, & necessitatis lege obtrusa, emergere videmus sententia, exemplo Ecclesiæ Græcæ & Romanæ. 4. Vterque panis usus suos habet & fundamenta, quibus stabiliuntur: Pro *azymo* pugnat Dominicum exemplum, & analogia, de quà *Voss.* Disp. pag. 267. Pro *enzymo* itidem rationes ab Ecclesiæ N. T. statu, natura panis, nutritionis analogia &c. militare videntur. 5. Accedit tum *praxis* Ecclesiarum Reformatarum, utriusque panis usum admittentium, tum *suffragia* Theologorum, libertatem illam approbantium. Necessitatem azymi impugnat. *Hospin.* l. c. pag. 2. & 4. VVal. Loc. C. de Cœn. Dorn. ἀδιαφορίαν asserit *idem & Voss.* pag. 266. Hæc de qualitate, ad quantitatem accedimus, de quâ monemus superstitionem longè abesse debere, quæ vel in *figura* quæritur vel in pondere. Panis debet esse communis, ratione termini, à quo. Segregandus tamen mox per verbum: juxta illud Augustini: *Accedat verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Scrupulosè ergò nimis panes nummularii, quos ut ex *Honorio Augustodunensi* observat *Voss.* pag. 262.

pag. 262, post *Hospin.* P. 1. pag. 370. ubi de origine Hostiarum agitur, c. 9. Communicantium tepor paulatim invexit (*populo enim non communicante non erat necessarium panem tam magnum fieri; statutum proinde fuit, eum in modum denarii fieri vel formari:*) in religionem trahi cœperunt & mysterium, ut apud *Durandum* videre est, Rational. lib. 4. iidemque imagine Christi crucifixi, jussu Honorii III. notari ch. 1220. De tempore introducti moris (nam qui *Cypriani* tùm & Epiphanii tempore irrepsisse volunt, graviter hallucinantur, ut iidem ostendunt) nihil certi constat; fuisse tamen qui circa annum 1060. usum ejus improbarent, exemplum *Bernoldi* Presbyteri Constantiensis apud *Cassand.* in Liturg. c. 27. demonstrat, rationibus iisdem, quas postea Theologi reformati in primis collocarunt acie, quarum compendium habet Hornbeck. Instit. Theol. pag. 613.

d. Nam & hoc elementum à nobis flagitat 1. Exemplum Christi, *Matth.* 26. 27. 2. *Mandatum* ejusdem idem faciendi, *Matth.* 26. 27. 3. Analogia signi & rei significatæ, *vini & sanguinis* Christi; *Vini* ex multis acinis constantis, & *Ecclesiæ* ex membrorum multitudine compositæ. 4. Praxis Ecclesiæ a. Apostolicæ *1. Cor.* 11. 26. b. Primitivæ, teste *Lyrano* ad v. 11 cap. 1. *Cor.* quin & *Dionysius Chartus.* ad eundem locum, Tapperus c. 2. pag. 354. 358. *Alphonsus* à *Castro*, *Lindanus*, *Caßander* larga manu concedunt, communionem sub utroque symbolo veteribus fuisse usitatam, quæ etiam, annis amplius mille ducentis obtinuit consuetudo. Quin Leonis Magni tempore, si qui calicem non poscerent, Manichæi esse eo signo deprehendebantur. Et quanquam contrarius mos in Ecclesiam fuerit introductus, plerisque tamen Ecclesiis commendari non potuit, usque ad annum Ch. 1415. quo Constantiensibus Patribus aliter visum est, frivolis quibusdam allatis exceptionibus de quibus videri potest *Hist. Eccles.* P. IV. De ipsa autem communione *integra* consulatur *Hosp.* P. 1. pag. 43. 188. 284. & alibi *Voss.* pag. 393. &c. *Forb. Inst. Hist. Th. l.* 11. pag. 611. Quæ de *communione laica*, *peregrina*, *domestica*, & ea, quæ est ex *præsanctificatis* illi objiciunt, qui unam urgent speciem, vel principium petunt, vel Elenchum parium committunt, vel quovis alio modo à scopo aberrant, ceu illud pridem à Magnis viris est observatum, Pontificiis etiam, *Glossatore Gratiani*, *Tappero*, *Lindano*, *VVicelio & Pamelio*, qui *communionem laicam dici*, *quando Clericiob delictum*, *aliquod non cum Clero*, *sed inter Laicos extra cancellos communicabant*; agnoscunt. Conferatur *Voss.* l. c. p. 326. *Hospin.* P. 1. pag. 23. qui hanc prolixè tractant materiam, dilutis simul difficultatibus, quæ ex altera hac specie emergere videntur. Vinum ergò, ceu alterum elementum religiosè longo satis tempore in Cœna fuit retentum, non tamen merum ubique, sed aqua mixtum, id quod *Cyprianus* fieri voluit manda-

Christi, unde *Epist.* 63. ad Cæcil. vocat *traditionem Dominicam.* Concilium verò Tridentinum *Ecclesiæ tribuit.* Sess. 22. Can. 7. Græcis con[illegible]rium ritum ad[illegible]tribunt Pontificii *Guido Carmel. Scotus, Durandus* uterque, [illegible]em tamen Cajetanus observarit, nec de recentioribus, nec veteribus [illegible]cis dici illud posse, quod *Lombardus*, quem *Innocentius* fuit secutus. 11. impingit, *Græcorum Ecclesias non [illegible]re aquam*; de Armeniis illud intelligi debet, juxta *Theophyl.* in c. 19 Ioh. qui Cœnam solo mero administrandam censuerunt. Ritus autem miscendi vino aquam in Ecclesia Romana ita altas egit radices (antiquam enim esse Iustini Martyris aliorumque, monumenta probant: vide *Voss.* p. 308.) ut tamen negent necessarium esse necessitate Sacramenti; Verùm, ne præcepti quidem necessitatem incumbere, sequentibus demonstratum ibimus rationibus 1. Non invitat exemplum Christi. Qui *temperamentum hoc calicis*, ut *Iren.* vocitat, usurpant, Christi potissimum & exemplum pro concesso sumunt, vinum ab eo aqua fuisse mixtum, & idem faciendi mandatum, *hoc facite.* Cùm illius assertionis aliud fundamentum non habeant, quàm quòd generosa illa Orientis vina aquæ mixtura potui apta reddi debuerint. Quasi potûs *ordinarii & extraordinarii, profani & sacri* eadem sit ratio. Notum est, ipsum agnum Paschalem manducandum fuisse, לשבע *saturis* jam: cæteri, qui requebantur cibi & potus, non ventri & stomacho saburrando, sed fidei confirmandæ inserviebant, & hic quidem in Ecclesia Iudaica, nullo habito discrimine coloris requirebatur generosissimus, id quod alibi jam diximus 2. Neque praxis Apostolica, quæ & Exemplo Dominico nititur, & simpliciter τοῦ ποτηρίου meminit, non illud neglectura, si necessitatis hic aliquam legem observasset 3. Superstitiosa, imò periculosa hæc est sententia, quæ & Christi institutionem tollit, & appendice hac Ecclesiæ libertatem labefactat: Rigidè nimis *Iulius* Papa: *Non potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque misceatur.* Ratio; *Nam si Vinum tantum quis offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis; Si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo.* 4. Neque rationes huic suffragantur instituto. Patres certè Tridentini à baculo ad pluviam (vide *Voss.* pag. 310. & *Hospin.* P. 1. pag. 285.) ex Pontificiorum Confessione propria, argumentantur, quæ etsi veterum tueri velint exemplo, nihil tamen Dominicæ institutioni præjudicare poterit authoritas humana. 5. Analogia melior est inter cibum & vinum merum, non dilutum. 1. *Cor.* 12. 13. Omnes in unum Spiritum potati sumus.

e. Iugulat hoc adverbium, ritum eorum, qui buccellam vino intinctam sufficere putabant: De quo *Iulius* 1. Episcopus Romanus Epist. ad Episcopos per Ægyptum: *Illud [illegible], quod pro complemento communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis; nec hoc probatum ex*

Evangelio testimonium receperunt, ubi Apostolis corpus suum commendavit & sanguinem: seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Hæc *Iulius* apud Gratianum de Consec. Dist. 2. Canone, *cum omnes.* Distincta ergò utriusque symboli participatio esse debet. 1. Exemplo suo præivit Christus 2. secuti sunt Apostoli. 3. Idem requirit geminus in Sacramento præscriptus edendi & bibendi actus. 4. Analogia accedit signorum distincta, adeò ut quemadmodum corpus non cibo tantùm, sed & potu ad vitam temporariam, sic anima carne & sanguine Christi sustentetur ad æternam. 5. Mos hic, obstetricante opinione de absolutè necessario Cœnæ usu irrupit, originem suppeditante ægrotorum deglutiendi ἀδυναμία. Postea, circa annum 900. idem in sanis frequentari cæpit, cui tamen consuetudini Viri mox magni contradixerunt, ceu novæ *nec ex Dominica institutione, nec ex sanctionibus authenticis assumta,* ut loquitur *Hildebertus* Cænomanensis *Eph.* 64. quo etiam argumento *Humbertus* Episcopus, Sylvæ Candidæ, Græcorum quorundam perstringit temeritatem, *qui panem vino intritum Cochleari sumere solebant.*

f. Fatemur vocem *speciei* apud veteres nonunquam sumi pro elemento: (vide *Forbes.* Instruct. pag. 536. & 566.) paulatim verò Romanæ Ecclesiæ hoc nomine aliud placuisse, accidentia nempe sola, alibi & diximus, & breviter examinavimus, hac vice vel indicasse errorem satis est.

g. Id quod constanter hactenus Ecclesiæ Reformatæ crediderunt, *Negant* nempe, Cænam esse Dominicam, in qua Dominus non idem cibus quoque sit ipse, *Negant* hoc epulum dignè adiri, aut ex authoris institutione celebrari absque communione veri corporis, & veri sanguinis Christi. Tropico, phantastico, umbratili corpori locus esse non potest, verum, naturale Essentiale desideratur: de modo tantùm hujus fruendi panis cælestis, & ratione communicationis gravior, quàm quæ expediat in Ecclesiis est. Eam, quia in *Melet. Irenic.* pag. 176. & deinceps prolixiùs exposuimus, hac vice iterare nolumus.

Speci-

DISPUTATIO VII.

Specimem analyseos sacræ de sensu verborum: Hoc est corpus meum.

QUando Speciminis hujus supra, p. mentio est facta, placet illud nostris παραλειπομένοις, etsi ante iter meum Heidelbergense excusum ob materiæ affinitatem adjungere.

I. UT omnis Instrumenti vis consistit in usu; ita & ars exercitatione perficitur.

Sunt hæc axiomata ἀναμφιλέκτως apud *Hebræos*, *Arabes*, *Græcos* & *Latinos* recepta, variisque magnorum authorum νοθεσίαις munita. Vnde illa:

A. *Hebræorum*, in Mischnah happeninim: תחלת החכמה שתיקה והב שמיעה והג זכרנות והד המעשה והה למודה *Quinque gradibus pervenitur ad sapientiam; 1. Silentio. 2. Auditu. 3. Memoria. 4. Opere. 5. φιλομαθείᾳ.* Item: אמרו כי נמצא כתוב על חותם החכם אפלטון כי המנהג עם ההרגל נמצא על כל דבר שלטון *Dicunt; Sigillo Platonis inventam fuisse hanc insculptam* θεωρίαν: *Consuetudinem & usum rebus omnibus dominari,* id est, omnia usu & consuetudine expugnari. בל החכמה שלא ידובר בה כמטמון שאין מוציאין ממנו *Omnis sapientia, de qua nihil dicitur, est sicut thesaurus, de quo nihil depromitur.* Quæ quid aliud volunt, quàm R. Sim. in Pir. Abh. c. 2. trito illo: לא מדרש הוא עיקר אלא המעשה *Non sermo fundamentum est, sed factum:* de cujus sensu ex Hebræorum mente diximus in *Grammatic. Chaldæo. Syriac.* p. 142.

B. *Arabum* suffragia habes *Hist. Orient.* pag. 328. Elegans cum primis est sequens: קול בלא עמל כתריד בלא דסם וסחאב בלא מטר וקום בלא וזר *Verbum sine opere* (Theoria sine praxi) *est ut intritum sine adipe, nubes sine pluvia, & arcus sine nervo.*

C. Græcorum est illud: πᾶσαι αἱ τέχναι μὲν μελέταις συγκρατοῦν[illegible] μείζοσι γίνον[illegible], [illegible] ἐργάταις ἀπόλλυνται. Aristot. circumdo-

μᾶντες οἰκοδόμοι γίνονται, καὶ κιθαρίζοντες κιθαρισταί. Protag. asseruit, μηδὲν εἶναι μηδὲ τέχνῃ ἄνευ μελέτης, μηδὲ μελέτῃ ἄνευ τέχνης.

D. *Latinis* in proverbium abiit: *Usus facit artem*: Vel; *Solus & artifices qui facit usus erit.* Colum. rei rust. lib. 4. *Magister artium usus.*

II. Cum Logica & ὄργανον ὀργάνων appellari, & inter ipsas referri soleat artes; opera omnino studiosis danda est, ne amisso nucleo, cortici tantùm inhæreant, de præceptis potiùs, quàm sobrio usu soliciti.

III. Consistit autem usus Logicæ in Genesi potissimùm & Analysi.

IV. Analysis vel Thematis simplicis est, vel complexi; hæc iterum vel Axiomatis, vel Syllogismi; utraque vel Formalis, vel Materialis; Illa ad Logicam propriè spectat; hæc aliunde [a] *sua mutuat subsidia.*

(a.) Propositionem enim Materialiter considerare, aliud nihil est, quàm ejus genuinum sensum, veritatem & falsitatem examinare, quod à Logica expectare non potes. Vietori rectè assimilant Logicam, qui, vendito dolio, quod recondendi vini instrumentum tantùm est, vinum aliunde acquirendum emtori relinquit. Cùm enim vel Subjectum, vel Prædicatum, vel utrumque etiam, Theologicum esse possit, Medicum, Iuridicum, Philosophicum, &c. unde suam aliunde expectet lucem, quàm ex facultatibus illis, disciplinis vel artibus?

V. Analysin Materialem in internam iterum dividimus & externam. Interna authoris verba κατὰ πόδα sequitur; Externa verò omnia, quæ ad sensum explicandum, confirmandum, vindicandum, vel refutandum faciunt, complectitur ambitu suo.

VI. Utriusque Analysis in genuino Scripturæ eliciendo sensu (cujus, in Auditorii nostri gratiam, rationem maximè habebimus) subsidia potissimùm necessaria sunt tria; 1. Linguæ Originales & Orientales. 2. Historiæ. 3. Philosophia.

VII. Magnum verò & insignem subsidiorum horum, si arden-

te

t.. pra via fuerint preces, usum, uno, eoq; in eruditorum subsellis multum agitato, probabimus exemplo.

Vix occurrit in universo Contextu Sacro Propositio vexata magis, quàm Sanctissimi illud Servatoris: τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, effatum. Nulla vox est, quæ ingeniosissimos quosque non exercuerit. Subjectum Hoc, quibus, quæso, ab eo tempore, quo Transsubstantiatio in Ecclesiam est invecta, fidiculis fuit tortum, ut libidini tandem novaturientium inserviret? *Gerson*, contra Floretum, Hoc, panis substantiam demonstrare contendit, quem *Turrianus Gardinerus*, & alii sequuntur. Hinc necessariò sequitur, panis substantiam, verum esse corpus Christi. *Occamus* igitur & *Petrus Alliacensis*, Hoc, referunt ad corpus, iuxta quam sententiam, corpus Christi est corpus Christi. *Thomas Aquinas*, utrumque sententiam improbans, ad Individuum quoddam vagum confugit, & hanc interpretationem adfert: Hoc, id est, contentum sub his speciebus, aut signatum per hoc, vel Ens, quod sub hoc sensibili signo latet & continetur: aut hoc, quod in illud transmutatur, aut convertitur, est corpus meum. Iuxta hanc sententiam, panis transsubstantiatur, & Christi corpus ante verba consecrationis præsens fit: & tamen hæc vulgò recepta est sententia. *Iohannes de Burgo* igitur, disjunctivam induxit, ut huic absurdo occurreret, hoc modo: Hoc, id est, sub hac specie præsens, vel de propinquo futurum, est corpus meum. Hujus sententiæ sensus est: Corpus meum est, aut mox erit. *Bonaventura*, *Guilelmus Vvidefrodus* Anglus, & alii, Panem quidem per pronomen Hoc demonstrari volunt, sed copulam Est practicè & effectivè pro, *substantialiter fit & continetur*, intelligendam esse ajunt. *Durandus*, cùm ex his difficultatibus se extricare non posset, ad extremum statuit, Pronomen Hoc nihil significare, sed tantùm materialiter poni: Nullam ergò ad efficiendam etiam consecrationem vim habet. *Innocentius III.* ipsum corpus Christi, (per verbum Benedixit, statim ex pane factum) demonstrari, comminiscitur; Hic ὕστερον πρότερον, propter non bene ab Evangelistis observatum rei in Dominica cœna gestæ ordinem, ponit, atque sic verba legenda esse contendit: *Hoc est corpus meum, accipite, edite.* Quod putidissimum commentum, (etsi eo in Lateranensi Concilio per ipsum introducta nitatur Transsubstantiatio) multis, & accuratè refutat *Richardus Mediavillensis*: qui tamen se nihil aliud probabilius habere, quod substituat, ingenuè fatetur: nisi quòd sit sensus: Hoc, id est, aliquid sub hac specie præsens, vel de propinquo futurum, est corpus meum. Hanc autem, ut vocant, positionem, rursus *Iohannes de Bassolis*, Scotista, acriter convellit. *Scotus*, cum in istorum omnium opinionibus nihil solidi esse intelligeret, eò devenit, ut per Pronomen Hoc, pro tempore prolationis Cœnæ nihil prorsus, sed demum postquam tota oratio complete enunciata fuerit, ipsum Christi corpus demonstrari velit. *Rupertus*, *Molectus* itaque, hos omnium expositiones, ut pueriles, inanes, phanta-

 sticas

sticas & ineptas deridens, per Pronomen Hoc significari quiddam utrique termino commune, & termino à quo, & terminò ad quem, statuit: quod eiusmodi est, ut etiam nunc, si revivisserent, vix ipsi Prophetæ & Apostoli intellecturi essent. Ita de hac Cadmæorum fratrum γιγαντομαχία *Theod. Zuing.* Theat. Sap. pag. 1066. & *Hospinian.* Præf. Concord. Disc. Cùm deinde, Reformationis exorto jubare, has etiam exitialium errorum tenebras dispellendas, illi, qui ab Ecclesia Romana jure secesserunt, intelligerent, rem difficilem, aggrediebantur quidem, sed dispari planè successu. *Andreas Carolstadius* Hoc accepit δεικτικῶς, de Christi corpore, quod oculis discipulorum objectum erat, intelligens. Sed hæc propositio Identica est, cujus ipsum postea puduit authorem, cùm Basileæ viveret; *Zuing.* in suo *Theat. Sapiens.* Zuinglius (vide *Histor. Sacram. Hospin.* P. II. pag. 27. a.) & Lutherus (*Idem*, pag. 135. b.) Pronomine *Hoc* panem intelligunt. Hujus tamen discipulis *Hoc*, & visibilem panem designat, & invisibile corpus, adeóque συμπλοκὴν utriusque, sive σύνθεσιν synusiasticam corporis ad panem, *Zuing.* Theat. pag. 1154. *Schvvenckfeldius* voluit, verba, *Hoc est*, esse pronunciata à Christo post panis manducationem, nec ad panem referenda, ut sententia sit: Corpus meum est hoc, scilicet cibus, seu alimonia πνευματικὴ, i. e. panis spiritualis, non materialis; per violentam ἀναλογίαν. Nonnullis *Hoc* fuit δεικτικὸν corporis Christi Mystici, ut sententia sit: *Hoc est collegium Apostolicum*; de quibus *Goclen.* Disput. de particula Hoc in Cœn. Dom. S. 4 illud Aristotelis pronunciat; Stultum esse stultas opiniones accuratè refellere. *Socinus*, ejúsque discipuli ad universam illud referunt actionem, *Alting.* Elenct. Nov. pag. 563. Aliorum explicationes refert *Id. Gocl.* & *Cham.* T. IV. lib. 10. c. 3.

Pergimus ad voculam Est. Eam *alii* poni simpliciter volunt ὑπαρκτικῶς, ut Pontificii quidam: *alii* σημαντικῶς & συμβολικῶς, Zuing. Bulling. Pisc. Gocl. *alii* μεταβατικῶς, ut Suar. disp. 58. Sect. 7. 754. & cum eo Papistæ plures: *alii* ὑπαρκτικῶς & συμβολικῶς: Ita Reformati illi, qui sedem Tropi in Prædicato ostendunt. Qua de re prolixè David Derod. doctrina de Sophis. *Alii* denique συμνυσιωσῶς, illi nempe, qui Symbolis rem significatam Essentialiter & corporaliter uniunt. Breviùs: Alii propriè, reliqui Tropicè explicant.

Restat Prædicatum CORPUS MEUM. Nec hîc idem omnibus sensus. Alii corpus intelligunt humile, crucifixum, mortuum, vel, tum crucifigendum, moriturum. Alii verò gloriosum. Essentiæ ratione, aliis verum & naturale corpus est, sed ἄποιον; aliis & verum, & [illegible] proprietatibus suis vestitum, sed συμβολικῶς & Sacramentaliter acceptum: cæteris tv[illegible] & figuratum.

Verbo

Verbo, nihil est, quod extra controversiæ aleam in hac propositione constitutum dici possit. Quid igitur in tanta rerum varietate consilii? Vbi in his fluctibus & procellis vides portum? Habet emergendi certissima compendia canon noster sextus, cujus requisita ordine excutiamus.

VIII. Ergò, multum ad loci sensum & explicationem facit A. Notitia Linguarum Originalium.

Quàm malè suæ olim famæ consuluerit Accursius, non ignobilis aliâs Iurisconsultus, identidem iterato suo coccysmo, *Græca sunt, legi non possunt*; vel pueri nôrunt. Παρεμβλῶσίαν in Medicina, cum vitæ periculo conjunctam esse diximus *An.* P. 1. pag 302. At lusus est & jocus, error in istis commissus, ad rem Theologicam. Hic verò hallucinari, ipsi periculum creat animæ. Nihil artificium Logicum valet, nihil Rhetorum flores, nihil Metaphysicorum argutiæ, nisi suum antè fecerit officium Grammaticorum ἀκρίβεια. Grammatica analysis ex textu Originali, quæ sola solida est, & authentica, præcedit, Logico Rhetorica sequitur. Sic ipsa hæc verba, ex Textu Originali Græco Matth. 26. eruta, ita habent: Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου *Hoc est corpus meum.* Vnde I. Prima apostasiæ vestigia produnt sacrificuli, laciniâ voculæ *Enim*, quàm studiosè in Canone suo observant. Causam quæris auctarii hujus? *Ecclesia*, inquit *Gab. Biel.* Lect. 38. in Can. Miss. lit. F. *formæ consecrationis conjunctionem* Enim *inseruit rationabili ex causa, quæ quatuor cæteris annumerata, dici solent quinque esse consecrationis verba. Quod non vacat Mysterio. Sic enim quinque verbis corpus Christi consecratur in Sacramento, quod totidem verbis concipiebatur in Virginis utero: ipsa namque, Angelo salutanti, consentiente, & dicente: Fiat mihi secundùm verbum tuum; incarnatum est Patris verbum. Peccatorum etiam publicanus veniam meruit, quinque verborum oratione: Deus propitius esto mihi peccatori: similiter quinque verbis crimina paralytico relaxavit: Fili, remittuntur tibi peccata tua. Paradisus quoque quinque verbis latroni promittitur. Hodie mecum eris in Paradiso.* Quis neget deinceps, aquam ex pumice elici posse? Sunt, qui particulam *Enim* à Petro addita existimant. *Quum* (verba sunt Tractat. corporis Christi) *quæ sunt ve* *de necessitate, & quæ de congruitate? Videtur, quod omnia* [illegible] *de necessita*[illegible], *quod nihil superfluum debuit poni. Dic contra*, [illegible] *a panis, sunt de necessitate verba hæc:* Hoc est

est corpus meum : *hoc verbum*, Enim, *quod est conjunctio causalis, est de bene esse, & congruitate, & fuit appositum per Petrum, ut dicitur. Et fuit ratio ad denotandum, quod verba efficiunt, & causant, sine dubio, quod designant. Quare fuit apposita illa conjunctio causalis, ut sermo rei sit conveniens. Peccaret tamen sacerdos, qui hoc dimitteret, licet conficeret sine eo, cùm sit tantum de congruitate; quòd consuetudo Ecclesiæ non est omittenda, aliâs transgressor punitur.* Ridiculum planè est, quòd nonnulli dictum Pauli 1.Cor. 14 *Malo in Ecclesia quinque verba loqui*, huc accommodârunt. II. Monebit ὁ ἀναλύων ex textu, & Grammatico ejus examini, non obstare, quòd ...inus τοῦτο referatur ad panem, etsi neutrum sit. Docebit enim genium linguæ Græcæ ferre, ut pronomen demonstrativum substantivi naturam induat. Exempla sunt obvia *Matth.*c.1.v 22. τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν. *Joh.*c.6.v.61. τοῦτο δὲ εἶπε, *Luc.* 16. 2. τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ, *Act.* 2. v. 16. τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον.

IX. Proximè Originali Linguæ accedunt Orientales cæteræ.

Harum necessitatem, quæ luce & meridiano sole clarior est, utinam Theologiæ studiosi satis æstimarent! Quis enim ignorat vel Originalem in Orientali textum legi lingua? vel ex mutua, quæ inter eos est, affinitate, obscurioribus vocibus & phrasibus lucem afferri? vel nebulas à Sophistis in ignotis verborum peregrinorum involucris offusas dispelli? Triplicem hunc usum videamus in examine Propositionis præsentis. I. Textûs hujus lingua Originalis, Græca est: Nam, quòd alii Hebræum obtrudere conantur Matthæum, jam pridem Viris doctis illi vapulârunt. Vide *Thes. Phil* p 518 Centur: Quæst: Theologic p.151. συμβίβασιν Textus Græci cum Syro & Arabico deditus in *Anal* Part. I. pag.224. Vnde non contemnendum sententiæ nostræ accedit robur. 3. In hac linguarum comparatione multum sibi blanditur *Stapletonus. In Matthæo Hebraico sic legimus*, inquit, זה שהוא גופי Hoc, quod est corpus meum: *In Syro*, הנו פגרי *quod verti potest:* Hæc substantia corporis mei, *vel, cum aliis punctis* הני Ecce corpus meum, *sicut in cruce matri dixit; Ecce filius tuus. Sed Marcus Syrus expressiùs* הנא איתוהי פגרי hoc revera est corpus meum. *Additur hic Marco, qui Syris prædicabat, & cujus authenticum adhuc hodi* [illegible] *tinent. particula illa*, איתוהי revera, *quæ in J*[illegible] *Syro, ca*[illegible] *primo, ad illa verba*; Erat lux vera. *Croqsetius* Cate[illegible] *Qua re nihil*

nihil utilius observavi, inquit, *contra figuristas hæreticos. Nam [illegible]le est Syriacum istud Marci vocabulum, ut à Syris non usurpetur nisi in re, quæ verè existat.* Hîc verò, qui in facilè cedet, glaucoma imperitiorum oculis offusum, lucidiori accedente Linguarum Orientalium Sole? Prodet ille, 1. Stapletoni *temeritatem*, quód ex vitiosa Matthæi Hebraici versione; qualem illam *Tilii*, unde sua Stapletonus depromsit, docti pridem probârunt; suam nobis cudere molitur transsubstantiationem. 2. *Ignorantiam*, turpi compositionis & divisionis fallacia geminatam. זה enim præcedentis membri est, hoc modo: קחו ואכלו זה שהוא גופי *Accipite, comedite hoc, id quod corpus meum.* Quanquam nulli facilè litem moverim, qui sequentibus illud annectere hoc sensu: *Hoc ipsum enim* (panis nempe) *est, quod corpus meum appello.* Vbi verò *Stapleteni* versionem *retinere* placeat; *Hoc quod est corpus meum*, necessariò pronomen, זה præcedenti verbo inservit. Vbi ad Syriacam ventum est, quot *παροφάματα*? הנו פגרי verti debet; *Hæc substantia corporis mei?* Quo quæso, vel authore, vel colore? הנו quod eruditi nôrunt, vox composita est, ex הנא *hic*, & הו *ille*, ut sit *hic ipse*: *Id ipsum.* Hebræi adhibent הַזֶּה & Arabes הדא utrumque ex demonstrativo הַ (vide *Grammat. Chald. Syr.* pag 43.) & זה desumtum. Substantiam verò notare propriè, Iesuitæ commentum est. Ex qua etiam officina prodiit, הני cum aliis punctis, significare *Ecce*, argumento loci *Iob.* 19. v. 26. *Ecce filius tuus*: cum bis uno illo versiculo, legamus הא ברכי *Ecce filius tuus*: הא אמך *Ecce mater tua*; quo sensu & apud Chaldæos particula הָא occurrit. Authenticum adhuc Syros exemplar asservare Marci, subnectit. Esto: quanquam jam alibi observaverimus, nimis prodigos esse authenticarum tabularum promos Pontificios: Vide *Thesaur Phil.* pag. 115. & *Anal.* P I. pag. 333. Occurrit autem apud Marcum vox איתוהי *Est*: Neque hoc inficiamur: Vid. *Anal.* P. I. p. 224. *Sed non usurpatur illa*, inquit, *Croquetius, nisi in re quæ verè existat.* Hic jam alio nobis, & certiori opus erit Apolline איתוהי ut vel tyrones nôrunt, vox est composita, ex pronomine affixo tertiæ personæ, & verbo איתי quod ex Hebræorum יש (ipsum enim primitivum est יתא *συμώνυμον τῷ* יתי i. e. interprete *Isa, bar Ali* דאת אלשי ונכסה ושכצה וגוהרה *Essentia rei, res, ipsa, ἄτομον, ejus & natura*: Vnde & verba *Genes.* 1. ית שמיא וית ארעא aliter Syriacè reddit אוכית קנומא שמיא וארעא Arabicè verò; דאת אלסמא ועין אלארצ deductum; eandem in Chaldaismo & Syriasmo habet usum איתי ergò Syro-Chaldaicum, pro ratione circumstantiarum, vel propriè reddi debet, vel impropri[illegible] Neque aliam habet Emphasin, quàm vel Latinorum verbum Substanti[illegible], vel ipsum [illegible] Pronomen הנו quod frequentissim è Verbi Substantiv[illegible]em sumplet; vide *Matth.* cap. 3. v. 16. & alibi. Quid? quod ipse

statim *Marcu.* cap 14. v.24. verba Græca, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, non repetito verbo אית sed adhibito Pronomine demonstrat. הנו דמי דדיתקא חדתא *Hoc ipsum sanguis meus Novi Testamenti.* Et sanè, si argutando quid proficeretur, cur non tam Syrorum quàm Hebræorum הורה tale quid affingitur? Quemadmodum enim *Isa bar Ali*, in suo Lexico, per כאן צאר *factus est*, illud reddidit; Ita & omnia ejus derivata existentiam propriam & realem inferre videntur. Hinc Syris הויא ה אילין דאתו להויא ואנון דעתידין דנאתון *Hovoie sunt illi, qui jam venerunt, quiq; venturi sunt in existentiam, seu actu existunt.* & הוינותא הויא Arab. אלתכון כון *substantia, subsistentia, existentia* דיין דין ארבעא אסטכסו אלרבאיע אלקדמה אלתי כלקת אלאשיא *Principia prima, unde creatæ sunt res omnes; quatuor elementa.* Ipsam nihil ominus vocem in Contextu Sacro tropicè sumi, & quidem in simili negotio, tam est clarum, ut nullæ hic juvent tergiversationes, aut effugia. Ita enim 1. *Corinth.* c.10.v.4. כאפא דין הי הו הוא משיחא *Petra autem illa erat Christus.* Ita & apud Chaldæos, *Genes.*c.41.v.27. יהין שבע שני כפנא Septem spicæ erunt septem anni famis, id est, typi & figuræ septem annorum ubi tamen, quod notandum, præcedenti versiculo pro Verbo Substantivo, Pronomen הנה *illæ*, adhibetur. Idem etiam verbo אית evenire, tam probatu est facilè, quàm quod facilimum *Apoc.* 17. v. 17. הלין שבעא ראשא שבעא טורא איתיהון *Illa septem capita, septem montes sunt*; Et. v.12. ועסר קרנא הלין דחזית עסרא מלכא איתיהון *Et decem cornua, quæ vidisti, decem Reges sunt.* In aliis non negamus, proprium verbi אית & compositi לית *non est*, derivatorum item utriusque, usum esse ὑπαρκτικόν; Vnde איתותא *Essentia, existentia*, ὑπόστασις; *Hebr.* c. 1. v. 3. & oppositum Ar. ליסה תעדר אלעדם ואלאעואז *Nihilum* (ἀνυπαρξία) *privatio defectus*: Isa, bar Ali. Idem habet: ליתיך מנה על מדם Arab. ליס אנת מנה עלי שי *Nullo apud eum es loco; vel; nihil ab eo habes.* לית לה רבסא Arab. לא נטאם לה *cui non est ordo*, ἄτακτος.

De voce concedimus, eam per Synecdochen tribui corporibus tam animatis, quàm examinibus imò etiam glorificatis, *Philip.*c. 3.v.21. origine tamen sua πτῶμα magis, quàm σῶμα, Hebræis, Chaldæis, & Syris denotare. Vide *Kimchius*, in Radic. הפיגור הוא הגוף בלא רוח Pæger *est corpus sine spiri* Hoc loco notat corpus διδόμενον *traditum*, in crucem nempe & mortem alia enim sunt subjecta, qualia per sua Prædicata esse permittentur. Reti idem vocabulum Syri in suis Liturgiis. Videamus ex ת גזא linæi Msc.

ex quo [illegible]it *a.* Syris verbum הוא familiarissimè Tropicum esse. *b.* Ecclesiam Syriacam Cœnam suam non mutilare; sed utrumque Symbolum retinere. *c.* Organum δεικτικὸν esse fidem. Locus ita habet ex pag. [illegible]. 4. לא לדינא ולא מתקולתא נהוא לך מרי פגרך ודמך דשקלנן אלא לחיטיא דחובא ולשובקנא ולקימתא דמן ימינך וגליות אפא מן נחלך בסימא תשקא אנון פגרך מרן דשקלנן ודמך היא דאשתינן בהימנותא נהוא גשרא ומעברתא ובה נשתוזב מן נורא ומן גהנא ונארת היא *Non in judicium, neque in lapsum nobis sit, ô Domine, corpus tuum, & sanguis tuus, quod sumsimus: sed in remissionem & condonationem peccatorum, & resurrectionem eorum, qui à dextera tua erunt, & fiduciam:* propriè, *retectionem faciei*; quæ fiduciæ indicium est. De torrente tuo jucundo porrige iis potum. *Corpus tuum quod accepimus, & sanguis tuus vitæ, quem bibimus per fidem, sit pons & vadum, quo liberati ab igni & gehenna hæreditatem consequamur vitæ.*

X. Sequitur Historia, cujus lux non uno tantùm modo, vel eruendo genuino Propositionis sensui, vel confirmando, aut illustrando inservit.

Sic, verbi gratiâ, Iudaica Historia plurima ad totius Cœnæ Dominicæ institutionem rectè percipiendam confert. Nam cui hæc veterum Iudæorum sacra patent, colliget.

1. Errare, qui duplicem in Iudæorum Paschate faciunt cœnam; primam esus agni Paschalis; alteram azymorum, tanquam mensarum secundarum, & δειπνώμων Cænæ Paschalis. Cænam a. sacram in mensis secundis, azymorum videlicet, institutam, quam cænulam ἀπολυτικὴν in suam cœnam, Christus, iisdem penè ritibus, & forma retentis, mutârit. Etsi enim in illa Paschatis solennitate gemina fuerit cæna, altera quidem ordinaria, in qua & Sacrificium juge (תמיד) & Sacrificium festi (חגיגה) comedebatur, altera agni Paschalis, qui נאכל על השובע *comedi debuit post saturitatem*, non tamen rectè distinguitur in Cœnam Agni & azymorum, in qua omnia simul apponebantur, ordine tamen in vescendo servato.

2. Esse geminum ultimi hujus Servatoris nostri Paschatis actum, alterum communem proprium alterum: Iudæorum exemplo, Pascha celebravit θύσιμον: Novo instituto, cœnam dedit εὐχαριστικὴν, καὶ συμβολικήν. Nempe, ut rectè scribi Hieronym. [illegible]th. c. 26. v. 26. *Postquam typicum Pascha fuerat im[illegible] carnes cum Apostolis comederat, assumit*

panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Paschæ intelligendum ditur Sacramentum.

3. Magnam affinitatem, & rituum esse ὁμοιοθρεῖαν utriusque huius cœnæ, *primæ* nempe, Agni Paschalis, & *secundæ*, Cœnæ Sacræ, à Christo, post ordinariam Cœnam penitus peractam, Ecclesiæ commendatæ. Habemus enim *a.* utrobique *causam Efficientem*, Deum. De Paschate videatur Moses, *Exodi* cap. 12. Cœnæ Domini, vel ipsa vocis Etymolog. testimonium perhibet. *b. Materiam externam.* Panem & vinum. *Panem* Iudæi adhibuerunt, pro ratione temporis illius, ἄζυμον. Eodem, sine dubio, usus est Christus. Sive enim, quod Græci volunt & urgent, Christus legitimum Pascha die integro anticiparit, sive cum ipsis, ex præscripto Mosaico, Iudæis sacra illa celebrarit, certum est, Christum, animo Legis observandi consuetudinem, Pascha, quod azyma æquè ac agnum requirebat, suum θανάσιμον, peregisse. Quia verò, Servator noster, abolito jam Paschate typico, in Cœnæ etiam suæ institutione ἄζυμον retinuit panem, non certè exemplo Christi destitui, qui etiamnum, sed sine superstitione, panem illum admittunt, luculenter patet. Nam, si ad cibarium suam Christus deinceps Ecclesiam necessariò alligare voluisset panem, quàm illud novæ Legis, novi Testamenti, novi Paschatis institutori & facilè fuisset, & integrum: *Vinum* Iudæorum festivitati Paschali inservire debuit generosissimum, sive rubrum illud fuerit, sive album, juxta illud: מצוה לחזור אחר יין אדום שדרכו להיות משובח מן הלבן *Præceptum est solicitè inquirere in vinum rubrum, quia illud præstantius esse solet albo:* Verùm, אם ידוע שהלבן הוא משובח מהאדום הוא קודם *si constet, meliùs esse quàm rubrum, illud præfertur.* Cùm igitur colorem vini Servator noster non definierit, eandem & nobis Christum reliquisse ἀδιαφορίαν, piè credimus. In *Forma* spectanda sunt, tum actiones, tum verba. *Actiones* sunt λαβεῖν τὸν ἄρτον, εὐλογῆσαι, κλᾶσαι, δοῦναι τοῖς μαθηταῖς. Eadem in Iudæorum occurrunt Paschate. Solebant enim Iudæi 1. panis benedictionem recitaturi, in *manus* eum *sumere.* 2. Sumtum hac benedictionis formula *consecrare*: ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם המוציא לחם מן הארץ *Benedictus tu Domine Deus noster, Rex mundi, qui producis panem è terra:* Quanquam non dubitandum sit, quin aliis, hæc Christi constiterit verbis εὐλογία, quà externa illa symbola, μεταδοτικὰ esse voluit corporis & sanguinis sui, non θυσιακῶς, aut τοπικῶς, sed τυπικῶς, καὶ συμβολικῶς. *Frangendi* actio, sive cultro, sive manu facta, nunquam intermittebatur. Vnde & panes eorum κλασοὶ, ad frangen

frangendum apti erant. Patris familias officium fuit benedicere, & postea frangere: *Talm.* in *Berach.* Idem ritus manifestè in Cœnæ ordinatione traduntur. Non expirâsse hunc frangendi actum cum prima Christi institutione, ex continua Ecclesiæ praxi constat. Nec Græci tantùm & Latini, sed etiam Syri vestigia hîc Christi premenda viderunt. Sacerdos enim panis fracti mysterium ostendit: הכנא שריראית הוא חש אלהא מלתא בבסר ואתדבח ואתקצי בזקיפא ואתפרשת נפשה מן פגרה *Sic verè passus est Deus, Verbum in in carne, & immolatus, & fractus in cruce, & separata est anima ejus in corpore.* 4. Tandem etiam *distributio*, quà unicuique particula assignabatur, à Iudaica non abhorruit consuetudine. Vnde Canon expressus: הבוצע נותן פרוסה לפני כל אחד ואחד והאחר נוטל בידו יאין חבוצע נותן ביד האוכל אלא אם כן היה אבל *Frangens, apponit particulam unicuique, alter autem tollit eam manu sua, neque licet ei illam in manum comedentis dare, nisi fuerit lugens.* Distributionem autem hanc verbo δίδωμι ab Evangelistis expressam, ut Iudæi cum fractione non confuderunt, ita nec Evangelistis idem esse, censendum putamus. Sed & verba Christus, in Sacrosanctæ Cænæ Mysterio, adhibuit, quæ in præceptiva distinguunt, determinativa, & explicantia, quorum non obscura extant vestigia in ipsa etiam agni Paschalis celebratione. 1. In *Haggada Paschali* occurrunt verba: כל דכפין ייתי ויאכל *quicunque esurit, veniat & comedat.* Christus dixit: Λάβετε, φάγετε. 2. Apud veteres Hebræos agnus Paschalis vocabatur גופו של פסח *corpus Paschatis*; Metonymicè: & integrè גופו של כבש הפסח *corpus agni Paschalis.* Christus, hunc typum aboliturus, dixit: τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *An ergò fortè*, inquit Clariss. *Buxtorf.* Diss. de Cœna Domini S. 25. *Christus ad hanc locutionem hîc allusit, quasi voluisset dicere:* Ecce *modò mactâstis & comedistis* גופו של כבש הפסח corpus agni Paschalis, *tanquam memoriale liberationis AEgyptiacæ, & typum corporis mei pro vobis in mortem tradendi; sed nunc agnum Paschalem & corpus illius abrogatum volo, & pane isto mediante, exhibeo vobis* גופי corpus meum, *quod jam-jam pro vobis in mortem tradi & frangi debet, ut in posterum memoriale habeatis & symbolum tum mei, qui verus ille sum agnus, per typicum figuratus, tum sacrificij mei non peragendi, sed re ipsa jam peracti & exhibiti; tum denique liberationis, non ex AEgypto corporali, & terrestri, sed spirituali per remissionem peccato-*

rum. Nam uti alia in V. T. umbra erat rerum futurarum, ἡ σῶμα, corpus autem Christi, *Coloss.* 2.14. *ita quoque agnus Paschalis*, *Ioh.* 1.29. *Apocal.* 13.8. In agno Paschali multa latebant μνημόσυμα, seu memoracula. Ipse dies Paschatis celebrabatur לזכרון *in memoriam* miraculosæ liberationis ex Ægypto, *Exod.* 12.v.14. Cæteris omnibus festi & convivii appendicibus suam Iudæi tribuerunt זכר *memoriam*, vel recordationem. Vide *Buxt.* S.89. Christus, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, dixit. Manifestam utrobique videmus harmoniam in verbis, circa panis benedictionem, fractionem, & distributionem. Eandem & circa poculum Paschale observari, ex Hebræorum monumentis breviter monebimus. I. Habemus ποτήριον poculum, vel, ut loquitur Paulus ποτήριον τῆς εὐλογίας, Hebræi vocant כוס הברכה quod consecrari soiet tum ante, tum post mensam. II. *Actiones* a. λαβὼν, scribunt Evangelistæ. Iudæi de suo patrefamilias, poculum consecraturo, מקבלו בשתי ידיו *ambabus manibus accipiens illud.* b. Christus, post consecratum jam panem, poculum εὐλογεῖ, ἢ εὐχαριστεῖ. Formula ab Evangelistis non exprimitur: Plena, dubio procul, fuit mysterii: Iudæorum talis est: ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן *Benedictus sis Domine Deus noster, Rex Mundi, creans fructum vitis.* c. Christus ἔδωκε *dedit*, discipulis, ut biberent omnes. Eadem consuetudo obtinebat in Iudæorum Paschate. In *colbo*. Num. 25. אחר ברכת היין שותה כל אחד מהם הכוס של ברכה מאת לוגמין *Post consecrationem vini bibit unusquisque accumbentium ex poculo benedictionis haustum.* d. Clauserunt solennitatem istam, Christus & discipuli, hymno. Nec hoc Iudaico deerat Paschati. Habebant suum הלל id est. *Hymnum Paschalem*, duabus absolutum partibus. *Prima* continebatur Psal. 113. 114. recitata ante cibum, altera Psalmis constabat, 115.116.117.118. post comestum agnum, ex hausto poculo cænæ Paschalis quarto & ultimo, cantata. Hunc ipsum hymnum Servatorem nostrum, tanquam notum discipulis, retinuisse post *Paulum*, Episcopum Burgensem, plerique viri docti concedunt. Quid verò, inquias, hæc ad rhombum? Quid ad explicationem verborum, *Hoc est corpus meum*, faciunt? Multum profectò. Quemadmodum enim unicus Sacramentorum nucleus est Christus, ita, ut duorum illorum Sacramentorum Agni Paschalis, & cœnæ Dominicæ, usus & finis communis discipulis facilius innotesceret verborum & Actionum harmoniam, Christo retinere placuit. Neque hic raptus erat pædagogus, quo deinceps ipsi quoque, in muneris sui functione, non semel cum fructu sunt usi. Nec objici debet: *Christum ceremoniis Judaicis in tam sacra & μυστηριώδη actione, non esse adhibendum.* Non enim

enim nos ad has leges Christum constringimus. Ipsemet sponte, Legis, ceremonialis etiam, jugum subiit, ita tamen, ut quædam aboleverit, quædam liberè & οἰκονομικῶς, ad tempus observarit, quibusdam etiam viam ad capessenda ulteria Evangelica straverit, quâ, ut facilior esset, ad ipsum se auditorum & discipulorum captum accommodavit. Nonne enim, ipsa hac harmonia verborum, quæ & in Agni solennitate, & in nova Cænæ institutione, adhibita est, Servator noster, quasi paterna quadam συμβιβάσει discipulos, sanctissimo illi & verè ἀπολυτικῷ convivio admotos, monere voluit, nulla hîc expectanda miracula, nullam panis vel vini in corpus & sanguinem mutationem, sed Sacramentalem tantùm participationem? Didicerant, naturam & indolem locutionum Sacramentalium tantùm ἀρετικῶς, non verò ἀπόδειξιν habere vim mutandi. Aut quem, verba גופו של פסח *Hoc est corpus Paschatis*, in hanc impellere potuissent mentem, ut propriam iis affingeret significationem? Trita hæc erant, & extra controversiæ aleam posita. Quid? quòd ipsa de esu carnis Christi in sensum ejusmodi absurdum tracta verba, vindicem habeant ipsum Servatorem, *Ioh.c.6.* Et quanto cum ipsorum Iudæorum scandalo hæc Christo damnata σαρκοφαγία inter Christianos postea locum invenerit, Iudæorum hac de re hinc inde motæ querelæ probant. Extant vestigia in lib. *Nizz.* R. Lipm. pag. 11. & 159. Omnium clarissimè hoc agit R. *Ioseph Albo.* lib. Ikkarim, ubi inter alia: *Præterea, quòd dicunt de sacrificio panis & vini, quòd sit sacrificium, res non ita habet: Nam panis & vinum non sunt sacrificium Dei ipsorum, sed, ut ipsi volunt, sunt corpus Dei ipsorum. Ajunt enim, corpus Jesu, quod est in cœlis, venire in altare, & vestiri pane & vino, post pronuntiata verba* (Hoc enim corpus est meum) *à sacrificulo, qualiscunque demum ille fuerit, sive pius, sive impius, & omnia fieri corpus unum cum corpore Messiæ, descendentis è cœlo in instanti; & post comestionem & bibitionem reverti in cœlum, in locum suum. Et hæc fieri in omnibus altaribus. Hæc est ipsorum sententia de sacrificio isto. Fides verò ista res est, quam intellectus humanus capere nequit, neque sibi imaginari. Repugnant enim hic omnia Intelligibilibus primis & ipsis etiam sensibus. Necesse enim est, ut credatur, sic motum fieri absque tempore, ab ultima cœlorum distantia & à solio gloriæ Dei in terram usque. Deinde corpus unum simul esse in pluribus locis. Corpus enim Messiæ, juxta ipsos, existit in altaribus pluribus diversis, uno & eodem tempore. Tertiò ascendere & de*

scender

scendere corpus Messiæ, quin tamen dilacerentur cœli, qui illi non admittunt ejusmodi dilacerationem. Quartò, quia dicunt, carnem & sanguinem, qui nunc fit ex substantia panis & vini, quæ finita sunt & determinata, esse illud ipsum corpus Christi, quod olim fuit, neque tamen ideo illud vel augeri vel diminui à quantitate sua: ex quo consequitur penetratio corporum, hujus in illud. Omnia hæc & intellectui & sensui repugnant. Dicunt enim Panem & Vinum, quæ videntur oculis, non esse cibum, neque nutrire vivens aliquod, vel hominem, comedentem illud. Nos verò videmus, panem illum & vinum, si in magna quantitate esset, omnino nutritura hominem comedentem, & in membrorum nutrimentum cessura, sicut alius panis & vinum. Præterea dicunt, substantiam panis & vini converti in corpus Christi, & remanere tantùm accidentia, in seipsis subsistentia, non in subjecto, neque saporem, colorem, tactum, gravitatem, levitatem, mollitiem, duritiem, quæ adhuc in pane deprehendimus, esse in pane. Corpus enim transire in corpus Christi. Omnia ista talia sunt, quæ mens non potest concipere, neque os eloqui, neque auris audire. Hæc Iudæus lib. III. c. 25. fol. 73. Edit. Lubl. In meo enim exemplari non extant. Ridiculè Papirius Massonius invidiam Berengario conflaturus de *Epic. Vrb.* lib. 4 in Nicol. V. eum hæc Iudæi argumenta mutuâsse confingit; annis enim plus trecentis ante Berengarius scripsit quàm Iudæus ille aspexit lumen. Vide *Vsser.* de Christ. Ecclesia. success. c. 7 pag 240.

Eundem unum habet Hist. Muhammedica. Ahmed. Ibn Edris. pag. 217.

ואמא קול עיסי עליה אלסלאם מן אכל לחמי ושרב דמי כאן פי וכנת
פיה ואמא אלכבז אלנאזל מן אלסמא וקד חמלה אלנצארי עלי טאהרה
וכאנוא עלי אל מסיח אשד מן אליהוד ואן יהוד קתלוה ותרכוה
ואלנצארי יאכלון לחמה וישרבון דמה ומעלום אן הדא די אלעאדה אשד
נכאיה *Verba autem Isa,* (ita Arabes Servatorem nostrum vocant) *super quo pax: Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, ille in me est, & ego in ipso: sum enim panis ille, qui descendit de cælo; Christiani literaliter intelligunt. Atque sic Christiani atrociores sunt contra Christum, quàm Judæi. Illi enim Christum occisum reliquerunt;*

querunt; hi carnem ejus edunt, & sanguinem bibunt, quod, ipsa teste experientia, truculentius est.

Christiana tandem *Historia* quid ad genuinum horum verborum enucleandum sensum possit, *Hospinianus* noster, magno veritatis Christianæ compendio, conoocefacit. Apertis, & perspicuis probatum it testimoniis, verba Institutionis Tropicè esse explicanda. Hoc enim flagitat, a. *christi*, qui optimus verborum suorum est Interpres, authoritas: Hist. Sacram lib. 1. cap. 2. b. *Apostoli*, qui in Magistri sui sententia constanter perseverarunt. l 1 c. 4. c *Patres*, de quibus certum est, eos docuisse, 1. *christum de pane, non Accidentibus ejus* dixisse: Hoc est corpus meum. Ita *Iren.* lib. 4. c. 34. & alibi. *Tertullianus*, lib. 4. cont Marcion *Origen.* in Matth. tract. 12. *Hieron* lib. 17. in Iesc. c. 62. *Theophil. Alexandrin.* lib. 1 Paschal cont. Origen. *Cyrill. Alexandrin.* in Ioh. lib. 4. c. 24. & lib. 11. c 26. *Ambros.* lib 4 de Sacram. c. 3. & 4. *Chrysost.* in Matth. Homil. 83. *Augustin.* Serm. ad Infantes. Tract. in Ioh. 26. Et lib. 3. c. 10. de Trinit *Cyrill Hieron.* Mystag 3. *Theodoret.* Dial. 1. c. 8 Dial. 2. c. 24. Vnde rectissimè conclusit *Hospin* l 2 pag. 71. *Panem, non aliud quid, sub specie panis existens, corpus Christi esse. Catholicum & Orthodoxum totius veræ Ecclesiæ consensum jam olim semper fuisse: quam quidem sententiam* rationibus etiam ex Patrum monumentis desumtis probat; Ib.

2. *Tropum agnovisse*, vel in Copula, quòd per *Significare, Repræsentare, Memorare*, interpretantur: ita *Tertullian.* lib. 1. cont. Marcion. *Basil.* lib. 1 de Baptis. *Euseb* lib. 1. Demonstrat. Evangel. *Hieron.* in c. 12. 1. Ep ad Corinth. & in c. 26. Matth *chrys.* Hom. 61. ad popul. Antioch. *August.* in sentent. *Prosp.* de Consecrat. dist. 2. Et Epist. 23. ad Bonifac. contra Maxim. Arrian. lib. 3. c. 22. *Cyrill. Alexand.* lib. 12. c 58. vel in Prædicato, qui panem & vinum vocant corporis & sanguinis Christi *Signa, Sacramenta, Figuras, Symbola, Typos, Antitypos, Mysteria, Exemplaria, Similitudines, Imagines & Memorias.* Ita *Orig.* in Psal. 138. Matth. cap. 15. *Gregor. Naz.* Orat. de Pasch. In Apologet. in Epitaph. fratris Cæsarii. *chrysost.* Homil. 83. in Matth. Homil. 17. ad Heb. & in Psal. 22. *Hieron.* contra Iovini. lib. 2. *Theodoret.* Dial. 1. August. cont. Adimant. Manich. cap. 12. Basil. in Liturg. *Dionys.* in Hierarch. & *Maximus Græcus Scholiast*, pluresque alii, de quibus pag 73. & deinc.

3. *Manducationem corporis Christi non oris, sed cordis*; & Sacramenti quidem symbola esse αἰσθητὰ, rem verò νοητὰ. Ita *Dionys.* Areo pag. *Cyp. August.* alij: pag 81. Vnde etiam; *Cypriano* & *Augustino* testibus; usitatus ille Ecclesiæ mos, ut Sacerdotes non precaturi modò; sed & Sacramenta distributuri, pararent plebis animos, dicendo: *Sursum corda*, quibus respondit populus: *Habemus ad Dominum*: pag. 93.

4. *Obstare & ascensionem Christi, & ejusdem de manducatione corporis & sanguinis sui, sermonem Joh. c. 6. habitum,* quo minùs Institutionis verba propriè sumi possint, ipsi quoque viderunt Patres, *Athanasius, Augustinus, Chrysostomus*; p. 95. & deinc.

5. Formulas Patrum non paucas oralem illam corporis manducationem prorsus tollere, acutè observavit *idem.* pag. 97. ut cùm sæpe dicunt: *Corpus Domini in Cœna videri, tangi, dentibus comminui, & naturaliter commutatum, corpora nostra alere.* Mentionem etiam faciunt *fragmentorum corporis Christi,* quæ de vero & in gloriam assumto corpore non verè dici possunt. Ergo, appellatione corporis, in Sacramento præsentis, non ipsum verum Christi corpus, absolutè, & in sua propria Essentia consideratum intellexerunt veteres, sed symbolum ejus, hoc est, panem benedictum, qui suo modo, ut inquit Augustinus, id est Sacramentotenus Christi corpus appellatur.

6. *Corpus Christi ab infidelibus non comedi,* nisi in symbolo, magno numero asseruerunt Patres; *Chrysostomus, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus*, tum quòd non ἀξίως sumant; tum quòd effecta spiritualis illius manducationis ipsis non tribuantur, pag. 100. & deinc. Vbi infideles ad tantum mysterium Patres admittunt, aut manducationem corporis Christi vindicant, de Symbolo tantùm, & externo signo intelligi debent. *Quæ de ritibus & ceremoniis Cœnæ Dominicæ dici possent, in alium rejicimus locum, daturi, σὺν θεῷ, specimen Genetiacum.* Fuit hæc Ecclesiæ doctrina constans per annos 850. Quando verò, quâ occasione, & quibus authoribus ab ea recessum, ac de modo præsentiæ corporis & sanguinis Christi in cœna disputari cœptum sit; Item, utrum verba Christi: *Hoc est corpus meum,* &c. realiter, citra mysterium sint exponenda, an verò hæc sub mysterii figura contineantur, fusè proponit *Id. Hosp.* Hist. Sac. l. 4. & *Præf. in concord. discord.* Sed & Reverendissimus *D. Iacobus Vsserius*, Archiepiscopus Armachanus in Hybernia, Anglicè edidit librum, de reali præsentia Christi in Cœna, & aliis quibusdam controversiis, quo, Historico lumine in subsidium vocato, probat; Hæreticos & Magos primò, Chorago quodam Marco, mendacibus signis hominibus persuadere voluisse, realiter se sanguinem in poculo Eucharistiæ exhibere. Eandem postea in Oriente sententiam (obstetricante *Damasceno* Græco, & *Gregorio* Papa. III.) nonnullis, cum damnato Idolorum cultu, cujus Marcus hæresiarcha, modò memoratus μετὰ θάνατον asserto, etiam insimulabatur, placuisse, repugnantibus Patribus & Episcopis 338. Constantinopolitan. Ch. 754. congregatis, qui tenuerunt, [illegible]

θπιλε, ἀνθρ. - μὴ αὐτὸν ἐν τῇ ὑπὸ οὐρανὸν ἢ τύπον εἰκονίσαι τῶν αὐτοῦ σώματων δηλωσαμένου, *Christum, non aliorum speciem aut typum, sub cœlo elegisse ad repræsentationem incarnationis suæ, quàm Sacramentum*, quòd εἰς τύπον καὶ ἀνάμνησιν ἐνεργεστάτῳ τοῖς αὐτοῦ μύσταις παρεδώκε, *Ministris suis in typum & efficacissimam commemorationem ejus dederit*, ἄρτον ὁσίαν προσέταξε προσφέρειν, μὴ σχηματίζειν ἀνθρώπου μορφῶ, ἵνα μὴ εἰδωλολατρεία παρεισαχθῇ. *injungens iis, ut substantiam panis, cujus nulla cum forma hominis conformitas esset, offerrent, ne ulla introducendæ Idololatriæ occasio dari posset.* Quem panem dixerunt esse corpus Christi non φύσει, sed θέσει, id est, ut ipsimet hoc exponunt, tanquam sanctam & veram carnis naturalis imaginem. Damascenum & Gregorium III. seculo post, in Occidente excepit Amalarius Episcopus, non, ut vulgò creditur, Trevirensis, sed Lugdunensis, qui, dubitanter de hoc articulo scribens, modò Augustinum sequebatur, modò cerebri figmentis nimium indulgebat. Vnde credere se ait: *Naturam simplicem panis & vini mixti, verti in naturam rationabilem*, scilicet corporis & sanguinis Christi. Quid verò de corpore Christi in stomachum conjecto fiat, divinare non potuit. *Si corpus*, inquit, *Domini, bona intentione sumtum sit, non sibi disputandum esse, utrum invisibiliter assumatur in cœlum, aut reservetur in corpore nostro, usque in diem sepulturæ, aut exhaletur in auras, aut exeat de corpore cum sanguine ad venæ sectionem, aut per os emittatur, dicente Domino:* Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Hæc Amalarii deliria ansam præbuêre quæstioni: *Utrum id, quod externè offertur & accipitur in Sacra Cœna, sit illud ipsum corpus, quod ex Maria virgine natum, in cruce mortuum, tertia die resurrexit à sepulchro?* Paschasius Radbertus, ejus temporis Diaconus, tenebat, *esse id ipsum*, & in hunc finem librum de corpore & sanguine Domini nostri ad Placidum scripsit, in quo, teste Iesuita quodam, *genuinum Ecclesiæ Catholicæ* (Romanam putat) *sensum primus explicuit*, viámque cæteris, qui de eodem argumento multa postea scripsêre, aperuit. Rabanus, ex altera parte, tum in sua ad Heribaldum responsione, tum in alio ad Egilonem Abbatem scripto, contrarium asseruit. Frudegardus autem quidam, tertio Augustini de doctrina Christiana lecto libro, de veritate ejus, quod in prædicto Paschasii libro invenit, dubitare cœpit: Vnde factum, ut Paschasius de

eodem argumento, tanquam *de quæstione, in qua multos dub. are fa.c.e* plura ederet. Sed cùm neque secundo hoc scripto omne dubium hominum mentibus eximere potuisset Carolus Calvus Imperator ipse, dissidium componere & inter subditos suos doctrinæ conformitatem obtinere volens, à Rabano (erudito ejus seculi Viro, & in Monasterio Corbiensi, cujus Paschasius Abbas fuerat, Monacho) petiit, ut Iudicium suum de hac materia proferret, *An videlicet, quod in Ecclesia ore fidelium sumitur, corpus & sanguis Christi in mysterio fiat, an in veritate?* Cui responsum tulit: *Panem & vinum figuratè corpus & sanguinem Christi existere.* Imperator Carolus, ad quem ista *Ratranni* responsio, dirigebatur, habuit in aula virum celebrem, Iohannem Scotum. Is ob singularem eruditionem suam in Anglia (ubi in summa Regis Alfredi gratia florebat) Iohannes *sapiens* appellatus, an. Ch. 1586. locum adhuc in Martyrologio Ecclesiæ Romanæ (Vid. Martyrol. Rom. IV. Id. Novemb. Edit Antuerp. an. 1586) habuit, utut nunc eo abhinc exterminatus fuerit. Et quanquam Ecclesia Lugdunensis, aliique ejus temporis, censoria virgulâ ob certas quasdam opiniones, de præscientia Dei & Prædestinatione ante creationem Mundi, de libero arbitrio, & gratiæ cum ea in hac vita concursu, & modo punitionis reproborum & malignorum Spirituum in altera vita) ipsum notarint, tamen *non invenimus*, inquit *Armachanus*, *Librum ejus de Sacramento ante tempora Lanfranci condemnatum fuisse.* Is enim primus omnium Ecclesiam Anglicanam perversa ista doctrina, de reali præsentia, fermentavit. Ab eo tempore quæstio de reali præsentia semper controversa fuit, libertate cuique relictà aut Ratranni, & Iohannis Scoti sententiam sequendi, aut Paschasii Radberti: quæ ultima tamen, post laxationem Satanæ, superior evasit. Conscripsit ante plures quàm sexcentos annos *Aelfricus* Abbas Malmesburiensis Homiliam, quæ, ex sanctione publica, populo Anglicano die Paschatis, qua sacram communionem celebrabant, legi solebat, in qua Bertrami sententia, iisdem pené repetitis verbis, acriter defenditur. Vide *Theod. Zuing.* Theat. Sapient. pag. 1092. 1093. Ita Clerici & Laici Anglicani docebantur adhuc circa finem X. & initium XI. seculi, ut mirum videri non debeat, Berengarium, qui mox post illa tempora emersit, tot ubique in Anglia & alibi (*Vide, Hist. nost. Eccles.* Sec XI. pag. 128.) invenisse asseclas & fautores.

XI. Vidimus usum Linguarum & Historiarum in analysi verborum Christi; Hoc Est Corpus Meum, *totaq; adeò δεισιδαιμονολογία κυριακὴ; Restat, ut quid Philosophia huc conferat, breviter perstringamus.*

XII. Ex

XII. Ex universa autem Philosophiæ compage, suam hic nobis luculentissimè mutuat operam Grammatica, Rhetorica, Logica, & Metaphysica.

XIII. Grammatica *tum ipsa* a *verba Christi secundùm textus originalem, & Orientales examinat; tum* b *voces expendit Ecclesiasticas, tanto vel exprimendo? vel illustrando Sacramento adhibitas.*

(*a*) Id quod supra jam præstitimus.

(*b*) Specimen dedimus in *Anal.* P.I. dissert. V. pag. 219. & dissert. VII. pag. 363. Præbet & alium usum Grammatica, vel in Historia, vel in Elencho hujus materiæ. Grammatica purgat magnum nostrum Zuinglium, & phrasin ejus, qua, in hujus doctrinæ explicatione, *albus an ater sit nescio*, usus fuit, proverbialem, maximis gravissimisque authoribus usitatam esse, ostendit. Vide *Godlen. Anal*, pag 88. ut vel mirari subeat, ne hodierno quidem die doctissimos viros φλυαρίας suæ pœnitere. Grammatici est monstrare, *speciei* nomine ipsa Panis & Vini elementa, apud Veteres, intelligi. Grammatici denique est, docere, *naturam* apud authores Latinæ linguæ non semper significare substantiam, sed vim, ingenium, proprietatem. Vnde *Cicero*, de som. Scipionis: Animæ natura propria atque vis, ut ipsa à se ipsa moveatur. Et ad Lentulum: Eam esse naturam & religionem provinciæ tuæ, &c. Ac proinde Cyprianum, qui duriùs videtur loqui, cùm ait: Panem hunc non effigie, sed natura mutari, facilè sibi, melius alibi & clarius loquenti conciliari posse *Mart Loc Com.* pag. 456 a.

XIV. Rhetorica *non tam* a *quòd, quàm* b *quis sit Tropus, in verbis Christi Sacramentalibus, ostendit.*

(*a*) Id quod faciliùs expectamus à Logica, quæ nudè rei veritatem sine flosculis oratoriis expendit. Hujus autem ductu habemus 1. disparatum de disparato affirmativè non posse enunciari 2. cùm alterum de altero enunciatur propriè, tum aut idem de semetipso, aliter tantùm nominato, dici, aut definitionem de definito, aut definitum de definitione, aut genus de specie: Horum verò terminorum naturam unde petamus, nisi à Logica?

(*b*) Tropum verbis Servatoris inesse, etiam illi, qui τὸ ῥητὸν pertinacissimè urgent, largienter ἑκόντες ἀεκοντίῳ θυμῷ. Ipse Lutherus expressè nonnunquam confessus est in verbis Christi, *Hoc est corpus meum*, latere Synecdochen. *Tom.* 3. f 80. & quòd Synecdoche sit figura. Vide *Zuing.* Theat. Sap l. IV. cap. 18 pag 1141. Et qui à Synecdoches voce, quòd Tropus sit, abhorrent, exemplis tamen abundè suis probant non aliud se velle. Dicunt enim, *Verba Domini eodem modo esse intelligenda, quemadmodum*

si quis 100. *Daleros marsupio inclusos, alteri tradens, dicat*, das sind hundert thaler; Item, *si quis vinum in cantharo apponens, dicat*; das ist wein. Iem, *si quis avenam sacco inclusam ostendens dicat*; das ist haber; *consimiliter intelligendum esse contendunt, quod Dominus dixit*, das ist mein leib! *ita scilicet, ut Pronomen* das! *non referatur ad panem Sacræ Cœnæ; sed ad corpus Christi in pane latens.* Piscat. Thes Volum. II. pag. 454. *Martyr.* Loc. Comm. Class. IV. pag 461. b. Aliter longè Lutherus ipse, qui Tom. III. Ien. Germ. pag. 62 contra cœlestes Prophetas Par. 2. *Necesse est etiam te fateri, τοῦτο apud Panem, non monstrare Christi corpus, sed panem; quia in altera parte monstrat poculum.* Verùm discipuli ejus, nec cum Magistro, nec ipsi inter se consentiunt, dum alii asserunt, non unam, sed duas esse, & prorsus diversas, propositiones: *Hoc est corpus meum*; &, *Panis est corpus meum.* Imò *Jacobus Andreæ*, & Hunnius posteriorem hanc propositionem vocant non tantùm *inusitatam*, sed *falsam*, *absurdam*, *falsissimam*: alii, cum Luthero faciunt æquipollentem. Iterum negant alii, dici posse absque figura, *Panem esse christi corpus*, alii è contrario id affirmant, & ajunt, non esse figuratam, sed inusitatam & hyperphysicam propositionem. De quibus dissidiis *Pareus* & *Cramerus*, citati à Zving. l. d. Sunt, qui in verbis Domini Metaphoram ponunt, moti fortasse, quòd corpus Domini pro nobis crucifixum, simile sit pani. Id, ut ita sit, non tamen inde sequitur, in verbis Domini esse Metaphoram. Neque enim quæstio est de corpore, quorsum illud nobis prosit, sed de pane Eucharistico, quorsum à Domino institutus ac ordinatus sit, nempe in Sacramentum corporis ipsius, ait *Piscat.* lib. cit. Asserimus igitur, esse *Metonymiam subjecti pro adjuncto*, ejusque illam speciem, qua signum nomen habet rei significatæ, quæ & frequens est, & in Sacramentalibus locutionibus obvia, unde non malè *Metonymia Sacramentalis* appellari meretur. Agnoscit hanc Metonymiam in altero Cœnæ Dominicæ elementò *Solom. Glaß.* Philol. Sac lib. V. pag. 40. *Etsi Tropus in voce poculi est, & ita in ipsis Institutionis S. Cœnæ verbis; tamen longè alia ejus ratio est, quàm istius, quem in verbis*; Hoc est corpus meum, &c. Hic (ita tamen non rectè ex Vulgata effertur: Latinis enim auribus perinde sonaret, ac si diceretur: Hic sanguis, quem demonstro, est sanguis meus: At Christus, cùm diceret, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, per Pronomen τοῦτο non demonstrabat sanguinem suum, sed ostendebat poculum, & Metonymicè intelligebat vinum poculo contentum, ut observat *Piscat.* l. c. pag. 450.) est sanguis meus N. Testamenti, *Sacramentarii* (vellem, doctis cætera viris, vocabula excidere modestiora) *constituunt.*

stituunt. Imó, cùm Dominus ipse apertè satis mentem suam explicet, de poculo Eucharistico, Hoc Testamentum est, inquiens, seu novum illud fœdus in sanguine meo; ut ostendat, eâdem prorsus ratione, Panem quoque Novum Testamentum seu novum illud fœdus esse in corpore suo ad sui commemorationem, ac proinde verborum illorum: Hoc est corpus meum, sensum alium non esse, præter hunc: Panis, quem vobis manducandum porrigo, est novum illud fœdus in corpore meo, sive, ut Paulus interpretatur, communio corporis mei, cur plerique istud negligunt, & contrà, modis omnibus carnem habere in ore satagunt? *Marnix.* viæ veritat. regul. 1. pag. m. 154. Et sanè, qui fallaciam hîc divisionis committunt, aut elenchum parium urgent, nonne vident, viam se iis sternere, qui distributionem etiam pocul ad eos pertinere negant, quibus debetur panis?

XV. Logicæ *subsidia ad genuinum verborum Christi sensum eliciendum, eruuntur ex doctrina Prædicamentali, Topica, Axiomatica, & Syllogistica.*

XVI. Ex Prædicamentis *sequentes potissimùm Canones tractationi huic inserviunt.*

A. *Accidens est ens dependens, & in alio existens, actuq; semper, vel primo se exerens, vel secundo latens.*

Volitat per ora, hodierno die, virûm, acuti *Cartesii* hominis Galli, Philosophia. Sunt, qui albo, sed nec qui nigro eam notent, desunt, lapillo. Hanc jam arcem non invadimus. Vidit & exprobravit Facultatis Theologicæ Parisiensis Doctor non postremus, veleo nomine periculosam hanc esse Philosophiam, quòd *secundùm Viri Cl. dogmata salva & integra remanere non posse videantur, quæ de Sacro-Sancti altaris Mysteriis docet Ecclesia. Fide enim credimus ablata ab Eucharistico pane panis substantia, sola illic accidentia remanere: ea autem sunt extensio, figura, color, odor, sapor, aliaq; sensiles qualitates.* Vide Medit. ejus de prima Philosoph. Object. IV. pag. 251. Noluit Carthesius ἀνυπόστατα, ἀκατάληπτα καὶ ἄτοπα μυσταγωγίας haberi contemtor, negat nihilominus, Transsubstantiationis portentum, & hypotheses de Accidentibus Scholasticorum receptas unâ morari posse sede. Opponit illi universalem Ecclesiæ consensum. *Nullibi sanè*, inquit, *saltem quod sciam, docuit Ecclesia, species panis & vini remanentes in Sacramento Eucharistiæ esse accidentia quædam realia, quæ, sublatâ substantiâ, cui inhærebant, miraculosè sola subsistant.* Si Ecclesiæ nomine, veterem illam intelli-

intelligit, Apostolicam, vel Apostolicæ vicinam, certum est, specie panis eam, nec realia intellexisse accidentia, nec intentionalia, nec alia, quocunque veniant nomine; sed ipsam panis Substantiam; quem significatum ne acutissimi quidem Philologi negant; Vide *Lex Philol.* Martin. quod &, ex Patrum Scriptis, luculentissimis exemplis, probatur à *Perkins.* Cathol. emend. pag. 342. Sequioris autem ætatis Doctores ab hac deflexisse & doctrina, & nomenclatura, libenter damus, quibus (utor verbis *Bruleferi* ex Castan. distinct. p 214.) *Species etiam est Accidens seu signum visibile & sensibile, distinctè repræsentativum alicujus rei, ut patet in Sacramento Eucharistiæ in quo Accidentia panis & vini tanquam species ex institutione divina corpus Christi realiter continent.* Et quanquam Theologi Scholastici de natura Accidentium non rarò opportunè differant, ceu videre licet in *Vindic. F. Ragusii*, contra Bohemos, quarum fragmentum habes in *Hist. Eccles.* Sec. XV. pag. 339. hic tamen turpissimè sedant, quòd eam realitatem Accidentibus largiuntur, quæ solis competit substantiis. Ne quidem nutritionem ei negant. Totum iniquitatis mysterium verbis Thomæ proponit *August. Barbosa*, Collect. in Concil Trident. pag 72. *Consecrationis verbis cum debita intentione à sacerdotibus prolatis panis & vinum in corpus & sanguinem Christi transsubstantialiter convertuntur, & Christus Deus & homo perfectus, & in tanta quantitate, quanta fuit in cruce, & est in cœlo, sub modici panis specie taliter continetur, ut manducetur à fidelibus, & minimè laceretur; taliter continetur, ut dividantur species; Christus verò Dominus integer perseveret; quia nec augetur ex augmento, vel pluralitate specierum, nec ex ipsarum parvitate, aut paucitate minuitur. Taliter continetur, ut divisis speciebus sub quavis divisionis particula totus Christus Dominus integer perseveret. Taliter continetur, ut accidentia etiam sine Subjecto eodem existant, & absque panis & vini substantia eundem effectum habeant ac prius, satiando & inebriando. Taliter continetur, ut fides locum habeat, dum visibile invisibiliter, sumitur sub aliena specie occultatum, & sensus à deceptione redduntur immunes, qui de accidentibus judicant sibi notis.*

Atque hæc causa est, quòd Carthesius, cùm hac realitate accidentium consistere nolit Transsubstantiationem. Sed cùm fortè, scribit pag. 290. *primi Theologi, qui hanc quæstionem Philosophico more explana-*

re

reconati sunt, tam firmiter sibi persuaderent, accidentia illa, quæ sensus movent, esse quid reale à substantia diversum, ut ne adverterent quidem ea de re posse unquam dubitari: sine ullo examine ac sine justa ratione supposuerant, species panis esse accidentia ejusmodi realia: totiq; deinde in eo fuerunt ut explicarent, quomodo ipsa sine subjecto esse possint. Qua in re tot difficultates invenerunt, ut vel ex uno hoc (quemadmodum viatores, cùm fortè ad salebras, & loca nullo modo pervia devenerunt) se à vero itinere deflexisse judicare debuissent. Deinde non potest humana mens cogitare accidentia panis esse realia, & tamen absque ejus Substantia existere, quin simul illa per modum Substantiæ concipiat: Adeò ut implicare videatur, ut tota panis substantia mutetur, quemadmodum credit Ecclesia; & interim ut aliquid reale, quod prius erat in pane, remaneat; quia nihil reale potest intelligi remanere, nisi quod subsistat, & quamvis verbo vocetur accidens, concipiatur tamen ut substantia. Ideoq; in re idem est, ac si diceretur, totam quidem panis substantiam mutari; sed tamen illam ejus substantiæ partem, quæ vocatur accidens reale, remanere: quòd si non in verbis, certè in conceptu contradictionem involvit. Atque hæc præcipua ratio esse videtur, ob quam nonnulli hac in parte ab Ecclesia Romana dissenserunt. Injuriam sanè facit, vel Scholasticis, vel quibuscunque aliis, quos & turpiter hallucinari putat, quòd speciei panis & vini Accidentibus (sic n. cum adversariis loqui liceat) realitatem tribuunt, & aliter eorum naturam, quàm ipsa revera se habet, concipere coget. Quis n. credat, quæ visibilia, imò nutrientia sunt, nihil habere realitatis? His sanè paradoxis Philosophia non castigatur. *Sed involvit contradictionem, ita reale aliquid manere, & tamen non esse substantiam?* Id ipsum verò maximè volumus. Ergò, quod post Transsubstantiationem oculis nostris objicitur, *consultius Accidens non reale judicatur?* At vel sensuum testimonio convicuntur, qui ita Philosophantur. Faciliùs Carthesius nodum solveret, & suppetias Transsubstantiationi, novo figmento, ferret, si, quæ vini & panis species remanent, realitatem suam ὀφθαλμοδείξει non monstrarent. Grato ergo animo excipimus, quæ de Scholasticorum hic ἀφελείας ἰσβαῖς affert magnus Philosophus, caveat

modò, ne, ejecto ex Ecclesia Dæmoni succedat pejor. Nam, quòd de conciliatione portentosissimæ assertionis Metusiasticæ, ex natura & officio superficiei, *quæ sola sensus nostros afficiens facilè admittat, ut panis & vini species, in aliam mutata substantiam sub eisdem planè terminis contineatur, sub quibus aliæ priùs erant sive in eodem præcisè loco existat, in quo panis & vinum priùs existebant; vel potiùs (quia eorum termini assiduè moventur) in quo existerent, si jam adessent:* P. 289. colorem quærit, iisdem profectò, ut obiter jam monuimus, difficultatibus laborat, quibus Scholasticorum opinio, non modò ratione Accidentium ipsorum, sed etiam succedentis novæ speciei vel substantiæ, corporis nimirum illius Sacramentalis, cujus supra ex Thoma meminimus, à *quo quantitas, quæ veram habet Entitatem, non potest separari, corporis quippe individuus comes:* quod, quia non in dubium vocat Carthesius, exprobratum ei fuit ab ipso illo Theologo Parisiensi, cujus antea mentionem injecimus. *Qualitates* (sunt verba ejus ex pag. 251.) *nullas esse putat vir Cl. sed tantummodò varias corpusculorum nobis adjacentium motiones, quibus varias illas impressiones percipimus, quas deinde coloris, saporis, odoris nominibus appellamus: restant ergò figura, extensio, mobilitas. At negat author facultates illas absque aliqua substantia, cui insint, posse intelligi, nec proinde etiam absque illa existere.* Votum Philosophi & spem, quà concipit, *venturum tempus aliquando, quo illa opinio, quæ ponit accidentia realia, ut à ratione aliena, & incomprehensibilis, & parum tuta in fide à Theologis explodatur*; ut suo relinquimus loco, ita benedicimus Patri luminum, quòd bello hoc cum sana, sobria & illuminata natura ἀπόνοῳ implicari nos hactenus noluit. Ipsi hoc nomine Pontificii ludibrium debent Iudæis, qui ut in genere Accidentium θεωρίαν non ignorant; ita in specie à Pontificiis omnia naturæ principia convelli animadvertunt. Id quod Rab. *Iosephi* loco, quem Celeberrimo *Buxtorfio* nostro acceptum ferimus, jam probavimus.

Nota quidem est trita Scholasticorum distinctio inter *Accidens modificatum & absolutum*, quæ eatenus concedi potest, quatenus illud ad *actum* refertur, hoc ad *potentiam*. Vocatio latronis in cruce accidens vocari potest absolutum, antequam vocaretur actu, modificatum verò & ad subjectum restrictum, cum vocationis gratia ipso consequeretur actu. Scholasticis verò Absolutum accidens

dens est, *quod dicitur modus* (ita Castanæus) *& non potest etiam virtute divinâ conservari sine subjecto, quia ejus essentia & natura in hoc sita est, ut subjectum actu efficiat: Sic figura non potest esse sine figurato, neque unio sine partibus conjunctis, ut quantitas, color, &c.* Non malè. Tale verò Accidens est omne actu Accidens prædicamentale. *Absolutum verò accidens habet esse perfectum in sua specie. Hoc autem à Deo conservari potest sine subjecto, ut in Eucharistia; quia realiter distinguitur distinctione perfectâ. Causa enim materialis subjectiva non est de essentia subjectati accidentis.* Verùm, assertio hæc falsa nititur hypothesi, quasi daretur accidens, quod non, suo modo, subjectum modificet. Exemplum quod affert, planè est ἀπεροσδιόνυσον, quia id ipsum est. τὸ κεκινέμενον. Neque ratio militat. Etsi enim Accidens suum habeat esse perfectum, ipsum tamen illud esse est *inesse* subjecto: Detur etiam realis distinctio inter Substantiam & Accidens, huic tamen, per eam, inhærendi necessitas confirmatur potiùs, quàm abrogatur. Qua quam denique causa Materialis subjectiva in suo materiali considerata, non sit de essentia accidentis, siquidem substantia corvi, non est de essentia nigredinis: Quòd si tamen consideretur eadem causa subjectiva in suo formali subjectionis, sive quatenus subjicitur illi accidenti, dubium non est, quin sit de illius essentia, cùm talis nigredo corvina non possit nisi tali subjecto inesse, & extra illud existere nequeat. Adhæc, etsi causa subjectiva non sit communitér loquendo de *Essentia* accidentis, est tamen de illius *existentia*, adeò ut accidens non possit extra subjectum existere.

B. *Quantitatis per se nulla est vis, nulla efficacia.*

Malè ergo verbis: *Hoc enim est corpus meum*; vis tribuitur transsubstantiandi. Magi jure damnantur, quod verborum compage medicinam facere, ægrisque sanitatem restituere conantur. Hoc nævo laborârunt olim superstitiosissimi tum Iudæi & Gentes, tum etiam Arabes. Vide Tom. I. *Theol. Iud. Josephi de Voisin* Burdigalensis pag. 59. 101. 103. Prolixè hac de re Majm. *More Nev.* P. 1. c. 61. 62. Cur melior eos maneat sors, qui ipsi fatentur, Transsubstantiationem fieri assistente virtute, secundùm quem modum malefici & incantatrices quosdam effectus producere dicuntur, quod scribit *Gab. Biel.* Can. Miss. lect. IV.

C. *Ad legitimam relationem requiruntur quinque: Subjectum, fundamentum, terminus, relatum & correlatum.*

Ergò necessariò colligo, panem & vinum in Eucharistia tanquam signa, signorum naturam non amittere, neque signati naturam per μετουσίαν induere.

D. *Relatorum prædicamentalium secundùm esse conditiones sunt istæ: 1. Ut id, quod refertur sit reale. 2. Ut in eo quod refertur sit aliquod positivum, per quod referatur, & in quo relatio fundetur. 3. Ut id ad quod refertur alterum, itidem reale quid sit. 4. Ut termini, inter quos Relatio versatur, sint realiter distincti.*

Ita in Sacramento Cœnæ Dominicæ Panis & vinum sunt aliquid reale. In illis, quæ referuntur, est aliquid reale, per quod referuntur; vis nutriendi, &c. Similiter id, ad quod panis & vinum referuntur, reale quid est, corpus Christi crucifixum, & sanguis pro nobis in cruce fusus. Tandem termini inter quos relatio versatur, realiter sunt distincti, panis & corpus Christi crucifixum, vinum & sanguis Christi fusus.

E. *Relatio est unio duorum.*

Hæc tamen unio differt. 1. Ab unione Essentiali, quæ unum Essentiale per se facit, ut corpus & anima hominem. 2. Personali, ubi λόγος & natura humana per unionem illam unum per se ὑφιστάμενον sunt. Relativa autem unio unum per se non constituit; sed in σχέσει tantùm consistit, ut duo ista inter se sint σχετικά.

F. *Sublato formali seu extincta relatione, materiale potest manere.*

Posito ergo, ad Relationis Categoriam pertinere Cœnam Domini, ineptæ, imò blasphemæ illæ quæstiones: *An consecratus panis, peracta actione sacra, à muribus corrosus & comestus; sit ipsum corpus Christi Essentiale?* sponte ruunt. Panis enim & vinum, Cœnæ Dominicæ sunt materiale: Ordo, sive respectus utriusque ad obsignandum corpus & sanguinem Domini, est Cœnæ formale. Cessante ritu & respectu Sacramentali, tollitur ipsa Relatio, manente nihilominus materiali, pane & vino, quæ extra hunc usum à cibario pane & vino nihil differunt, juxta tritum Theologorum axioma: *Nihil rationem habet Sacramenti extra usum divinitùs institutum.* Vide *Martyr.* Loc. comm. Class. IV. pag. 489. b. *Keckerm.* Syst. Log. l. 1. pag. 114. *At solent dicere:* (verba sunt *Martyris*) *Esse excipiendum hoc Sacramentum Eucharistiæ. Id autem adversarij quàm Dialectìcè dicant, facilè intelligitur, quando omnes partes Inductionis conceduntur, & solummodò ponitur instantia de re controversa; quis non videat id perperam fieri, & sokìum*

solùm ad eludendum argumentum? Nam illud est quodammodo præmissas dare, & negare conclusionem.

G. *Relata ad sui conservationem locali contactu non indigent.*

Vnde iterum porisma emergit: Sacramenti nucleum conservationem, & usum non vel in unione per se, vel mutatione Essentiali, vel præsentia corporali, sed in σχέσει signi & signati, non absentis formaliter, sed distantis localiter & naturaliter consistere.

H. *Relationes sua subjecta propriè non alternant, multò minus substantialiter mutant.*

Vt enim lapis limitationi destinatus nullam substantiæ patitur mutationem; ita nec agnus Paschalis, nec aqua baptismi, nec panis Cœnæ Dominicæ.

XVII. Ex Topicis, illustrandæ huic propositioni, suam potissimùm commodant operam, a *Disparata & Relativè* b *opposita.*

(*a*) Quia enim corpus Christi & panis azymus sunt disparata (sunt enim duæ substantiæ & quidem completæ) illud de hoc propriè enunciari non potest. Nullo enim hactenus exemplo probatum fuit, disparatum de disparato propriè affirmari: Analogicè autem, & ex arcta signi cum re signata unione illud fieri, rectè docet *Martyr.* l. c. pag. 554. b. Cujusmodi Propositiones vel Metonymicæ sunt & Sacramentales, vel Metaphoricæ. Exempla de Christo θεανθρώπῳ & Maria θεοτόκῳ planè sunt impertinentia, quia etsi Deus & Homo, Virgo & Mater in aliis exemplis dissentiunt, in designatis tamen subjectis non disparatè sed consentaneè disponuntur. Vide Goelen. controv. Logic. P. I. pag. 162. & P. II. pag. 315.

(*b*) Signum de signato prædicatur Relativè oppositè. At Relativè oppositorum ratio & natura est, ut unum de altero affirmari non possit. Affirmato igitur uno, Panem in Cœna Domini esse signum, protinus negatur alterum, esse ipsum corpus Christi.

XVIII. Pergimus ad doctrinam Axiomaticam, cujus demum ductu ἀναντιρρήτως discimus 1. quæ a *sedes sit Tropi. 2. Cur* b *Tropicè Christi verba sint intelligenda.*

(*a*) Non modò *Maldonatus* Iesuita ad Grammaticorum verbera relegat, qui Tropum Verbo Substantivo tribuunt; sed & Theologorum Reformatorum diversæ sunt sententiæ, in constituenda genuina Tropi sede. Vide *Abam.* Panstr. Tom. IV. lib. 10. cap. 7. *Alting.* Theol. Probl. Loc. 14. probl. 18. 19. *Goelen.* colloq. cum Busch. pag. 177. *David Derod.* doctrina de Sophismate. Etsi verò nos (qui libenter cum Clariss. *D. Zuingero* concedimus, hanc controversiam tan-

tum esse technologicam, qua tutò abstinere liceret, nisi disputationis æstus multos huc raperet) bellum ἀπονδον, iis qui sedem Tropi in Prædicato collocant, non indicamus; rectè tamen in ipsa copula, cujus officium est Subjectum cum prædicato vel proprie connectere, vel impropriè, Tropum quæri, sequentibus probamus rationibus.

1. Copula est, in qua mutatio fit nativæ & propriæ significationis. Vnde & prædicatum, tropicè explicatum, significationem impropriam mutuat ex ipsa copula, & in eandem redit. Propositio enim *Panis est signum corporis*, æquipollet huic; Panis significat corpus.

2. Quia tutiùs est Tropum quærere in copula, quàm in Prædicato. Est enim Propositionis nostræ prædicatum verum, & essentiale corpus Christi: Atque hac ratione adversariorum calumniis, de ficto aut Metaphorico corpore obicem ponimus. Minùs tamen illa sententia, quæ Tropum quærit in Prædicato, incommodi habet, si verbo *Est* non nectendi tantùm, sed & significandi; quod & in propositionibus binariis, seu secundi adjecti, obtinet; usus conceditur.

(b) Regulæ, quibus propriæ Propositiones ab impropriis discernuntur, sunt vel speciales, in examine potissimùm Sacræ Scripturæ observandæ, vel generales, omnibus propositionibus æquè convenientes. Inter illas, primæ debentur insigni Augustini monito, *lib. 3. de doctrina Christiana* cap. 16. *Si præceptiva locutio est, aut flagitium, aut facinus vetans, aut utilitatem aut beneficentiam jubens, non est figurata: Si autem flagitium aut facinus, videtur jubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata est.* Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis, *facinus vel flagitium videtur jubere, figura est, præcipiens, passioni Domini esse communicandum, & suaviter atque utiliter recondendum in memoria, quòd pro nobis ejus caro crucifixa & vulnerata sit.* Quid, quæso, in rem nostram clariùs dici posset ab Augustino, qui aliâs in hac ipsa doctrina totus noster est, ceu videre licet ex *Epito. Oper.* ejus pag. 42. & deinc. Negemus, propriam propositionem hoc loco facinus jubere, flagitium, aut absurdum? Nonne scelus fuerit, Christum glorificatum καὶ ἀπαθῆ tanquam Iovem elicium sub dentium cruciatum revocare? Nonne blasphemum fuerit asserere, sacerdotem creatum, facultatem habere quotidie creandi creatorem? Quid absurdius confinxeris, quàm verum & Essentiale Christi corpus in cibum (*Riv. Tract.* III. pag. 153.) murium converti? & sanguinem ejus veneno infectum in perniciem hominis, propinari? *P. Martyr.* Loc. Com. pag. 450. *Hist. Eccles. Sec.* XIV. pag. 753. Concoquat

coquat mens pia & devota, buccellam in gulam missam, & vomitu ejectam corporis Christi retinere nomenclaturam? Nonne absurditatum hæc lerna fuerit & sentina? Sint licèt piis Christianorum auribus indigna, quæ de hoc mysterio ἀθεολόγως planè pontificii Doctores effutiunt, operæ tamen pretium fuerit, ex uno & altero specimine didicisse, non insultandi pruritu, sed veritatis defendendæ studio, hanc nos camarinam detestari. Liber extat, *Stella clericorum* dictus, qui totus ad sacerdotii dignitatem compositus his se floscu-lis commendat: *Quid ergo retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Verbi gratia, Iste qui creavit me, dedit mihi creare se: qui creavit me, sine me, creatur mediante me.* Et paulò infra *Cùm ergò tantæ sit dignitatis sacerdos, quod creator, & totius creaturæ.* Hunc autem creatorem à creatura creatum indignissimis quibusvis modis tractari, abjici in latrinam, evomi, à muribus corrodi, ita mordicùs defendunt, ut secus sentientibus dicam hæreseos pridem impegerint. Accidit enim hoc *Andreæ Bonagetæ*, Minoritæ an. Ch. 1371. Vide *Hist. Eccles.* Sec. XIV. p. 920. Hinc author *Tract. corp. Christi: Quartò quæro, an verum corpus descendat in stomachum? Et videtur quòd non, quòd, dum dentibus atteritur, ad cœlum arripitur: sicut dicit* Glo. de Iud. & *Sarac.* C. *Et si Jud.* & de Consec. distinct. 2. Can. *Tribus*, &c. *Dic contra, quòd semper, quamdiu species discerni possunt, tamdiu est ibi verum corpus. Nec est absurdum, quod descendat ad stomachum hominis aut (NB.) animalis, cùm etiam in fœtida pyxide, vel latrina possit poni, vel etiam in cacabo pleno aqua bullienti, sicut fecit quidam Judæus Parisinus: & hoc* denotat. text. qui dicit: *Qui bene non custodierit & mus comederit*, de Consec. dist. 2. Ca. *Qui bene* &c. & alibi. *Si quis per ebrietatem evomuerit Eucharistiam. Ergò in stomacho erat Eucharistia*; de Consec. dist. 2. c. *Si quis per ebrietatem.* Ridiculum est, quod ad locum Iohannis objiciunt; Non agi de Sacramento cœnæ. Esto. An verò, quod extra usum Sacramenti scelestum est, sacrilegum est, absurdum est, in actione Sacramentali probetur? Damnat simpliciter Christus crassam σωματοφαγίαν seu σαρκοφαγίαν, quam concipere quidem mente sua, statuere tamen, aut credere Capernaitæ non sunt ausi. Inter Christianos verò ita illa altas egit radices, ut qui vel dubitare sustinuit, cruda profectò αὐτοψία & profana λαικαγωγία informandus fuerit: Extat hac de re pictura in templo Bernensi, cujus explicationem dedimus P. III. ὁδηγῶ pag. 54. cui penè simile in templo Armsheimensi,

si, in Palatinatu inferiori non ita pridem vidi. Miracula, quæ assertioni suæ, tanquam Ajacis obtendunt clypeum, ipsi conflictui, ob angustiam chartæ, reservamus. Abundè contradicentibus satisfacit *Pet. Mart.* Loc. Comm. pag. 460. Vnum addimus. Ipsis etiam Pontificiis hanc θαυματουργίαν non mediocriter suspectam esse. *Quæro* (inquit *auth. tractat. corporis Christi*) *an si appareat caro vel puer, debeat adorari, ut corpus Christi: Dic, quòd non simpliciter, sed sub conditione potest; quòd sæpe Angelus Sathanæ se transfert in lucis Angelum, & per talem modum illudit hominibus.*

Sed & *generales regulæ* Propositiones (de quibus *Rivet. Isag.* cap. 18. *cham.* T. IV. lib. 10. cap. 9.) improprietatem, seu Tropum evincunt. Id enim exigit.

A. *intentio authoris.* 1. Noluit hîc Christus miraculum edere, aut miraculosam commendare μεταστοιχείωσιν, sed Sacramentalem ἀνάμνησιν, sacrum videlicet mortis & passionis, nostro loco subeundæ, σύμβολον. Signum dedit corporis frangendi à Iudæis, non dentibus conterendi à discipulis. 2. Nec tamen, si vel maximè transsubstantiationi aliquis esset locus, verba sine Tropo intelligi possunt. Nam qui τὸ ῥητὸν se retinere jactant, à dicentis syllabis ne latum quidem unguem recedere debent. At, qui panem transelementari volunt, Verbo Substantivo significationem ὑπαρκτικὴν adimunt, & *declarandi, convertendi,* vel *transsubstantiandi* sensu illud sumunt; *zuing.* Theat. Sap. pag. 1066. qui verò cum pane corpus tradi docent, rogati, sit ne corpus propriè panis, præcisum illum & inflexibilem rigorem temperant; corpus dari in, cum, & sub pane. Figuratè ergò necesse est panem vocari corpus, quia corpus in se contineat, non autem id proprie & naturaliter sit, quod dicitur. Et certè, nisi hoc concederent, calix ex quacunque fabricatus materia, sanguis Christi esset. Vide Clariss. *zuing.* lib. 1. pag. 1137. 1141. 1153.

B. *Subjecta materia.*

1. Sacramentum hîc N.T. à Christo ordinatur. Ergò etiam receptæ usitatæque voces Sacramentales adhibentur. Vsitata autem Sacramentorum phraseologia tribuit signo nomen rei significatæ. Quod quidem argumentum, pro sensu Tropico, non in postremis pōnendum esse reor. Cum enim cætera Sacramenta aliam habeant nomenclaturam, quàm μυστηριωδέστατον illud Christi? At certum est, in illis הוא vel זה quod per *Est* Græci & Latini Interpretes reddunt, poni, pro, *significat.* Circumcisionem *Genes.* c. 17. v. 10. Deus non modò אות ברית *signum fœderis*; sed etiam Metonymicè ברית *fœdus* appellat. Eandem & Hebræi ברית מילה *fœdus circumcisionis*, loquendi formula in N.T. usitata *Act.* c. 7. v. 8. & מסטורין nuncupant. Res utique clara est. Tenebras offundere conantur locutioni Sacramentali, quæ *Ex.* 12. aliquoties occurrit.

currit. Legimus ibi in contextu Hebræo: פסח הוא ליהוה *Pascha hoc Domini.* Ita etiam uterque Samaritanus habet פסח הוא ליהוה Syr. פצחא הו למריא Arabs, הו פסח אללה *Hoc est Pascha Dei:* Verba hæc Tropicè ubique prolata, quidam ad totum cultum seu festivitatem referunt. Ita *Roffensis.* Sed repugnat 1. Grammatica, quæ combinationem nominis fœmini עבודה cum masculino הוא respuit. 2. Analysis Logicæ, quæ hoc Prædicatum non permittit cum alio Subjecto conjungi, quàm præcedenti שה תמים *agnus perfectus.* 3. Parallelismus vers. 21. ubi שחטו הפסח *Mactatate pascha,* mactandi autem verbum, non cultui, sed agno Paschali convenit. Sed sit פסח cultus, an hæc ceremonia magis propriè dici poterit Transitus? Quò semus iste verterit, hærebit in pice. Alii, ipsam demum vocis פסח receptam significationem in dubium vocant. Nolunt, פסח *transilitionem* notare, sed quemlibet in genere *præteritionem*, in specie verò, Exod. 11. v. 12. *præteritionem peccata remittentis, adeoq; non lædentis.* Sed, cui bono, receptus vocis usus mutetur? Quis unquam inter veteres & recentiores *transiliendi* significationem verbo פסח negavit? Inter Hebræos conclamatum est. Consulantur commentaria *Iarchii*, qui ut prolixus hoc loco, ita tropum haud obscurè ostendit הקרבן הוא קרוי פסח על שם הדלוג שהקבה מדלג בתי ישראל מבין בתי מצרים וקופץ ממצרי למצרי וישראל אמצעי נמלט ואתם עשו כל עבודותיו לשם שמים דבר אחר דלוג וקפיצה זכר לשמו שקרוי פסח וגם פשעא לשון פסיעה *Sacrificium hoc vocatur* Pæsach propter transilitionem, *quâ Deus benedictus transilijt ædes Israëlitarum inter ædes AEgyptiorum, adeò ut ab uno AEgyptio transilierit ad alterum, medio interim Israëlita servato. Vos autem has liturgias, ceremonias, peragite omnes, propter Deum. Aliter Transilitionem* (συνωνύμως videtur hæc duo Iarchius ponere, quæ Rabbini aliâs distinguunt: nam דלג est illis saltare uno pede terræ imposito, altero elevato: קפץ verò, utroque pede sublato saltare) *suo vocat nomine, nempe* פסח *Nam & Pascha* (alludit ad Latinorum, & Gallorum passage) *transitum denotat.* Consulatur etiam *Kimchius* in Radic. & alii. Sit tamen פסח *præteritio generalis* (cui textus clarè repugnat, qui, postquam transitum illum per universam Ægyptum usitato verbo עברתי v. 12. expressisset: ad specialiorem transilitionis designandum actum, verbo פסחתי utitur) sit *præteritio parcentis*, quo sensu sumsisse videtur *Onkelosus*: sit *præteritio peccata remittentis*, num propterea desinit vox illa esse Tropica? Nodum feliciter solvit collatio locorum *Luc.* 22. v 7. 8. 11. 12. 15.

II. Omne Sacramentum suam habet mutationem. Ea autem vel φύσεως est, vel θέσεως καὶ χρήσεως. Si φύσεως, aut naturalis est, aut mira-

miraculosa. *Illum* hactenus nemo asserere fuit ausus. *Hanc*, quia in sensus non incurrit, quis mentis compos, credat? Aut, detur miraculosæ μεταβολῆς vel unicum exemplum, quod sensuum censuram subterfugiat? Restat ergo mutatio, consistens in προσθέσει χάριτος, ita ut panis non ampliùs (loquor cum Græcis scriptoribus) sit ἄρτος λιτὸς, sed Sacramentalis, sicque, Metonymicè, corpus Christi. Quid? quòd ipse Servator *novam creaturam*, *novam generationem* Sacramentis tribuens, sobriê illud vult & spiritualiter intelligi? Nota est disputatio hac de re Christi cum Nicodemo, quod argumentum *Pet. Mart.* noster, Loc. comm. Cl. IV. pag. 448. b. 460. nec sine ratione, valde urget. Non planè ignota Iudæis erat baptizandi ceremonia, quam etsi jam olim habuerunt (Vide sup. pag. 89. 76.) de usu tamen & fructu ejus melius erant informandi: quanquam παλιγγενεσίας crassam & physicam significationem Nicodemo excutere potuisset trita, & longo usu in neophytis & proselytis Iudæorum recepta phrasis, quæ ex *Thesaur. Philol.* pag. 17. potest peti.

C. *Antecedentia.*

Atque hinc iterum meridiana luce clarius apparet, panem de corpore Tropicê enuntiari. Id utique Christus dicit corpus suum, quod ἔλαβε, ἔκλασε, ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς. Atqui de pane cibario hæc omnia ab Evangelistis pronunciantur. E. de eodem etiam attributum intelligendum, non utique propriè, repugnante disparatorum natura, sed figuratè. Eadem ratio est calicis seu poculi. Christus omnes jussit πεῖν, καὶ ἔπιον πάντες, inquit Evangelista. Id autem utique biberunt, quod pro ratione, illius solennitatis erat in fusum, vinum, Emphaseos ἔνεκα, γεννημα appellatum. Vid. *Ioh. Vorstij* dissertat. Sacrar. lib. 1.

D. *Consequentia etiam tropum evincunt.*

a. Qui essentialem corporis urgent præsentiam, aut illud intelligunt corpus, quod cum discipulis accubuerat, aut quod in ara crucis, paulò post, erat offerendum. Vtrumvis eligant, ἀτοπώτατον eos constringit. Si *illud* 1. Christus non unicum tantùm corpus habuit, ex B. Virgine Maria assumtum, sed & aliud ex farina productum; cujus absurditas, ipsis etiam Iudæis est scandalo. 2. Christus suum ipsius corpus edit. Si *hoc*: Christus non semel; quod toties inculcat Scriptura, sed bis se realiter obtulit, semel in cœna, quam oblationem toties repeti Missatici volunt, quoties ipsa Missa celebratur, & iterum in cruce. b. Christus cœnam esse voluit σύμβολον μνημονικὸν *memoratiuum*. Τοῦτο, inquit, ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Iudæi agnum Paschalem institutum potissimum credebant שיזכרו היהודים לעולם הנסים הגדולים שעשה להם השם יתברך ביציאת מצרים *ut memores sint Judæi in æternum miraculorum magnorum, quæ fecit*

fecit eis Deus benedictus, cùm exirent AEgypto: Ita ex Tannæorum mente *l. b. chin.* Præc. 6. At Christus, ceremonialem agnum abolitorus, in sui & mortis suæ memoriam, Sacramentum instituit. Vide *Iustin. Mart.* in Anal. P. I. pag. 425. *Euseb.* pag. 432. *Chrysostom.* pag. 436. & *August.* p. 448.

E. *Collatio locorum obscuriorum cum illustrioribus.*

Hic ergo 1. ipsa institutionis verba diligenter sunt expendenda, quæ collata, tropologicè nos ea accipere cogunt. Sic v. g. ex *Luc.* 22. v. 19. & 20. colligimus, eadem ratione panem esse corpus Christi, qua poculum est Nov. Test. Parium enim par est ratio. Atqui poculum, Novum Testamentum vocari Metonymicè, extra controversiæ aleam positum est. E. & Panis corpus Christi.

2. Locus *Iohannis.* 6. quo modum edendæ suæ carnis Christus ostendit luculentissimum. Id quod nec veteres negârunt. Vide *Anal.* P. I. pag. 427. 431. Argumenta, quæ contra oralem manducationem militant, ex hoc loco, elici possent magno numero, sed examinare ea nos brevitatis studium non sinit. Adeatur & audiatur *Pet. Mart.* Loc. Comm. pag. 449. b. 453. *And. Rivet.* Cathol. Orthod. pag. 140.

F. *Idiotismi, & ratio loquendi, genti cuique propria.*

Nec contemnendum pro Est significativo sine argumentum emergit. Constat enim, nihil usitatius esse Hebræis, quàm signo tribuere nomen signati. Scripturæ Veteris & Novi Testamenti ager his flosculis ubique est refertus, tam in Sacramentalibus, quàm cæteris vulgatis (*Cham.* T. IV. *lib.* 10 c. 14. S. 17. 18. *Camero* op. pag. 508 509.) loquendi fomulis. Ipsa etiam Iudæorum scripta consuetudini huic testimonium perhibent. Nempe, quia *significandi* verbo destituuntur, enunciationes Tropicas, ad arctam signi & signati ἕνωσιν innuendam, amant & retinent. Quid usitatius fuit, quàm dicere inter Iudæos, *Mactare Pascha? Hoc est corpus Pascha*, id est, ut ipsi illi explicant, *Corpus agni Paschalis?* Nemo, in gente barda satis & tarda, hodierno etiam die, tam est stupidus, qui tropum non agnoscat. Quid ea ætate factum existimes, quá, ut ipsa testatur Scriptura, parabolicè Christus frequenter loquebatur. Confer. *Malleol.* de facil. cred. Dæm. init. & cumprimis *Cameron.* op. pag. 509. ubi, doctissima in hæc Christi verba concione, septem eorum explicationes refert, falsas refutat, verámque stabilit.

G. *Analogia fidei.*

Hanc enim de optima nobis commendârunt nota & Apostoli, & Patres, *Rivet. Isag. Sac.* Sc. c. 18. Hanc verò fidei, id est primorum religionis articulorum & axiomatum, analogia propriam propositionis nostræ significationem non admittere, prolixè demonstravit *Henricus Diest.* funda Dav. loc. de Sacram. *Cham.* T. IV. l. 10. c. 11. *Zuing. Theat. Sap.* p. 1084. & 1165. ubi etiam hoc argumentum ab adversariorum exceptionibus vindicatur. *Alting. Exeg. Confess. Aug.*

gust pag 149 & prolixius *in Elenct. nova*, quæ hoc ipso tempore, quo sub prælo hæc nostra μελετήματα sudabant, elegantissimis excusa typis à Clarissimo, doctissimoque viro D. *Iacobo Alting*, Linguæ Sanctæ in celeberrima Groningæ & Omlandiæ Academia, Professore dignissimo, amico certissimo oblata mihi fuit.

H. *Optimorum Interpretum consensus.*

Hic verò maxime nobis favent Patres. Vide *Hospin.* Sacram. Hist. lib. 2. cap. 3 Martyr. L. comm pag. 454 b. *confess. Cyrilli* à nobis editam pag. 421. & deinc Duriores Patrum loquendi formulas emollit & explicat *Mart.* lib. cit. pag. 455 a.b. Plura & pleniora de verborum Christi Sacramentalium τροπολογίας peti possunt ex eodem *Martyre*, pag 454 S. 38. Quibus causis convincatur Tropus in his verbis: Hoc est corpus meum, &c. *Alting*, libris memoratis, Marnix eleganti libello, *Via Veritatis*, &c.

XIX. Ordo nos ferret ad doctrinam Syllogisticam, quæ maximum sui præbet usum tum in Legibus a consequentiarum, tum in Solutione Sophismatum, hic verò campus, cùm latus nimis sit, vel ingratiis nostris transiliendus est.

(a) Sive enim naturam corporis Christi spectemus, sive manducationem ejus, pro nostra sententia Consequentiæ inde pullulascunt minimè contemnendæ. Possent autem absurda illa, per consequentiam ex orali manducatione elicita, distingui in Theologica & Philosophica, de quibus tamen hoc loco agere disputationis præscripti cancelli nos non sinunt.

XX. Restat Metaphysica, quæ & ipsa vult

1. Impossibile esse, aliquid simul esse & non esse.

Cùm ergò corpus Christi, ex mente illorum, visibiliter in Cœna non adsit, quomodo aderit corporaliter? Aut num Christo unquam in Sacris literis corpus tribuitur invisibile? Dicunt itaque, idem simul esse & non esse.

2. Ea, quæ sunt unum per analogiam, ac convenientiam, de se quidem prædicari posse, sed impropriè.

Pertinet hic Canon ad omnes locutiones Sacramentales.

3. Potentiam secundam suspendi posse, primam, salvo Subjecto, tolli non posse.

Ita in cæcis, surdis, mutis suspenditur potentia videndi, audiendi, loquendi secunda, primam non planè tolli posse, quia ab ipsa forma proximè emanat, vel eorum probatur exemplo, quibus hæc organa sensitiva fuerunt restituta. Unde frustrà Sophistæ adminiculis talibus evincere conantur, propria Essentialia à Subjectis reapse tolli posse. Quod quidem ἄτοπον Philosophicum excogi

cogitârunt, ad succurrendum ἀποπωτέρῳ Theologico, in Cœna à corpore Christi sublatam esse visibilitatem, localitatem.

4. Necessitatis absolutæ esse, quæ rei essentiam sequuntur, & ex ea fluunt, proprietates rerum Essentiales.

Non ergò corpus naturale sine localitate esse potest, aut extensione. Est enim hæc necessitas materiæ, quæ naturam ejus sequitur.

5. Reproductionem, in πολυτοπίας subsidium excogitatam, monstrum esse & Scripturæ & naturæ inimicum.

Reproductione fingunt, Deum posse unam eandémque rem non destructam hîc illîcve existentem in aliis quoque locis reproducere, V. G. Iacobum Hierosolymis & in Hispania eodem tempore existere: quo colore realem corporis Christi, substantialémque sub speciebus panis & vini in Eucharistia præsentiam pingunt.

6. Locum esse communem affectionem omnium corporum naturalium, & omnibus corporibus naturalibus competere debere.

Ἄτοπον igitur est commentum, quod corpus aliquod in loco esse possit sine occupatione loci, quod Pontificiorum est delirium.

7. Symbola Cœnæ Dominicæ non tantùm esse signa σημαντικὰ, sed etiam μεταδετικὰ, καὶ σφραγιστικά.

Hunc utinam Symbolorum sacrorum usum rectè illi, quibus data sunt, initio controversiæ Sacramentariæ æstimâssent! Mitiora, dubio procul, & meliora de Ecclesiis nostris lata fuissent judicia. Quid enim aliud à symbolis istis Christiana expectet mens, quam 1. signa illa, corpus & sanguinem Christi repræsentare? 2 Eadem Sacramentaliter conferre, & applicare? Et etiam obsignare. Non possunt, qui plura desiderant, à Capernaitica se satis purgare σαρκοφαγίας.

8. Signa θετικὰ non signare nisi iis, quibus debentur, & qui legitimè iis utuntur.

Dolendum igitur est, Ecclesiam Dei tam miserê scindi & dilacerari propter impios, *an & illi Christi corpus manducent*, cùm signis corporis Christi non legitimè utantur.

9. Signa certificantia, cujusmodi sunt Sacramenta, semper debere habere analogiam cum re signata.

Vnde regula: Sacramentum nisi similitudinem haberet cum eo, cujus est Sacramentum, Sacramentum non esset.

10. Signi certificantis primarium finem esse confirmare fidem rei signatæ.

Ita in Cœna Domini, quod contra Socinianos tenendum, fides nostra de promissionibus DEI confirmatur.

11. *Ut signum rei signatæ, sic rem signatam signi sæpe nomen habere.*

Vnde, quemadmodum panis Eucharisticus vocatur corpus Christi; ita & Christus se panem vocat cælestem; *Ioh. c. 6.*

12. *Cùm signa sint* significantia, exhibentia, applicantia, obsignantia, *nihil est periculi, verum tantum porrigi, signa, ubi non substantia corporis Christi actualis in Sacramento admittitur præsentia, sive per μετουσίαν, sive μυστίαν.*

Ostendimus enim 1. Præsentiam symbolicam. 2. Spiritualem. 3. Virtualem. 4. Sacramentalem. *Symbolicam* per symbola, seu elementa, panem & vinum. *Spiritualem*, quatenus Christus qui præsentiam suam disertis condixit verbis, Spiritu suo est ubique, ita etiam in actione hac sacra. *Virtualem*, quatenus, qui corpore quidem occupat cælum, præsens tamen virtute & efficacia, planè ut Sol mole quidem sua longè à nobis distat, virtutis tamen suæ nobis præbet usum. *Sacramentalem*, quatenus, ex voluntatis bene placito, rem significatam cum signo ita unit, atque copulat verbo, ut in legitimo usu utrumque verè fidelibus & dignè communicantibus exhibeatur, non in signo, per inclusionem aut transelementationem, sed cum signo, in actione Sacramentali, per mysticam quidem, veram tamen corporis & sanguinis Christi fruitionem, indeque sequentem capitis cum membris unionem atque communionem.

Cùm

DISPUTATIO. VIII.

Cùm, quæ de Melchisedeco habet Apostolus, divinâ suâ ad Hebræos Epistola, δυσνόητα ferè sint, & ita perplexa, ut ingenuè hoc etiam loco fatendum nobis sit, ὅτι ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν 1. Cor. 13. 9. rectè ex aliis Sacræ Scripturæ textibus, quæ ad personæ extraordinariæ accuratiorem faciunt delineationem, eruta, publicæ subjiciuntur censuræ.

II. Talis quidem textus occurrit *Genes.* 14. *vers.* 18. 19. ומלכי צדק מלך שלם הוציא להם ויין והוא כהן לאל עליון ויברכהו ויאמר ברוך אברם לאל עליון קנה שמים וארץ *Malci-Zedek autem Rex Schalemi, proferens panem & vinum, prout hic erat Sacerdos Deo forti, excelso, benedixerat illi, dicens; Benedictus Abram Deo forti excelso possessori cœli & terræ.*

III. Ex unico enim hoc loco tum officium Melchisedeci geminum colligimus, Sacerdotale & Regium, in *thesi*, tum illius actum in *hypothesi*. Illa *subjecto* absolvitur; hæc *prædicato*.

IV. Vt autem, quæ de Melchisedeco proponere constituimus, exhibeantur ordine, placet initio examen textus originalis breve præmittere & perspicuum; inde quæstionibus nonnullis vel mediate vel immediate ex eo deductis, in latiorem Prosopographiæ Melchisedecianæ campum, Subjecti tamen hac vice potissimum habita ratione, excurrere.

V. Textus examen tale esto. מלכי צדק *Melchizedek autem*) Notum est, particulam ו non ubique copulativam esse; sed vel disjunctivam, vel discretivam, prout hoc loco per *autem* exponi debet. *Malki-zedek* verò compositum est vocabulum, ex מלך *Rex* & צדק *Iustitia*, quod proinde Apostolus, *Heb.* 7. 2. βασιλεὺς δικαιοσύνης vertit. Reliqui Interpretes plerique illud retinent. Ita. LXX. *Vulg. Onkel Syr. Samarit.* Solus *Arabs* appellativè habet מלך אלעדל *Rex Iustitiæ.* שלם *Salem*) Ita vocatur urbs, quæ & Ierusalem dicitur. Vnde expressè *Onkel* pro שלם posuit ירושלם *Vulg.* LXX. Salem; *Syr.* Scholim; *Arab.* Solim. *Ieruschalem* initio, postea, sub, vel circa captivitatem Babylonicam *Ieruschalajim*, duali numero, exprimi cæpit; *Thesaur. phil. log. pag.* 416. הוציא *Protulit.*) Ita enim reddi debet vox Hebraica. Vnde consentiunt Interpretes vel ἐξήνεγκεν, ut LXX. vel proferens, *Vulg.* Ita *Onkel.* & *Syr.* אפק

Sam.

Sam. הפק *Arab.* אבּרג quæ omnia *producendi* significatu nota sunt. לחם ויין *Panem & Vinum*) Sic vertuntur Hebraica vocabula ab omnibus, excepto solo *Arabe*, qui generaliter pro לחם pane, ponit טעאם quod *cibum* no. [illegible] והוא *Et ipse*) Ita enim αὐτοπαλεξεῖ habet Hebraismus. *Vulgatus* Parenthesi [illegible] ferit: *Erat enim.* LXX. ἦν ὁ *Syr. Chald. Sam.* & *Arab.* particulam ו retinent: כהן *Sacerdos*) Nomen officii, ut ספר *Scriba.* שטר *Exactor Satellites*; Vnde LXX. ἱερεύς; *Syr.* כומרא *Sam.* כהן *Arab* אמאם Antistes. Solus *Ol. kel.* general. מעימש Ministeri. קנה *Possessoris*) Heb. קנה aliis *possidendi*, aliis *creandi* notione receptum est. Illa ut usitatior est; ita retinetur hoc loco à *Chald. Syr. Samarit. Arab.* mutuata ab affini verbo כון vel כונן *statuit constituit*, &, ex significatione Arab. *Essentiam largitus est*; placuit LXX. Interpretibus, ὃς ἔκτισε, & æmulo vulgato: *qui creavit*; quo sensu etiam *Proverb.* 9. retinetur à LXX. Syro & Arabe. Cætera facilia sunt, majoris proinde lucis non indiga.

VI. *Quæritur jam.*

A. *Quis fuerit Melchisedecus, homo, Deus, an Angelus?* Angelum fuisse *Origen.* censuit Homil. 1. in Genes. (teste *Hieron.* ad Evag. Homiliæ tamen primæ nomine primum Tomum intelligi vult *Senens.* Bibl. l. 5 pag. 450.) cui & *Didymus* accedit. Qui Deum esse æstimârunt, in diversas abierunt classes. *Alis* enim *Spiritus Sanctus* est; Ita sensit Hierax apud *Epiphan.* hæres. 55. & 67. alius item apud *Hieron.* Epist. ad Evag. Ipsi etiam *Augustino* tribuitur hæc opinio, lib. Quæst. V. & N. T. quæst 109. Sed rectè observat. *Alph. à Cast.* lib. 10. advers. Hæres. scriptum illud Augustini non esse, ipso etiam teste *Senens.* pag. 450. Aliis Secunda Deitatis Persona, *Filius*: Pro hac sententia præter alios certavit *Cun.* de Repub. Heb. l. 3. c. 3. cui tacitum præbere videtur assensum Celeb. Molin. de Præcognit. futur. l. 4 c. 11. 14. 15. Vel ab illis, vel ab his non alienus videtur Interpres N. T. *Æthiopicus*, qui Heb 7. v. 3. ita reddit; *Cui non est pater, neque etiam mater super terram.* Ita & Arabs, *Neque patrem habens neque matrem.* Quæ tamen verba celebris Arabum Theologus, & Patriarcha Alexandrinus, commodè limitat, ceu diximus *Smeg. Orient* pag. 306. Hæ verò sententiæ omnes, quibus urgeantur incommodis, non est instituti nostri prolixè enarrare. Satis sit, ex textu præsenti Prosopographiam exhiberi, neque divinam, neque Angelicam, sed humanam. Rex nobis describitur, certo alligatus loco, nomine expressus proprio, qui idem & Sacerdos fuit, qui quidem omnis ex hominibus esse debuit, *Hebr.* 5 1. Hominem ergò fuisse superest. Non 1. *Schemum* tamen, ut Samaritæ contenderunt, apud *Epiphanium*, Rabbini, Christiani plurimi, Reformati & Pontificii, *sive* quòd locus regni, qui non Schemo cessit, sed Chamo, repugnet, *sive* quòd malè ei conveniat descriptio Melchisedeciana *Hebr.* 7. quòd fuerit ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, *sive* quòd antiquissimi Hebræorum scriptores à Melchisede-

co

to Schemum distinguant. Neque 2. est *Pelegi* filius, id quod prolixè, fide tamen valde subtlesta, asseruit, Arabum Theologi; *Smeg. Orient.* pag. 257. Ad Deo Codicem Græcum Misc. qui præter alia continet Χρονικὸν βασιλέων ἀπὸ Συρράσεως κόσμου τὰς τοῦ ἑρμάτου Ἡνίας διοικησάντων, ὅπως τοῦτο καὶ τούτων διήξει, καὶ μέχρι πόσου ὁ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνος διήρκεσε, καὶ ἐν ποίῳ τέλει τῶν βίων ἠμείψατο, ubi author, pag 84. exemplaris satis antiqui, & in magni nostri Gessneri, quem *Gerard. Mercat.* Atlant Minor, pag. 318. *Polybistora* θαυμασιώτατον appellavit, magno suo merito, Bibliotheca asservati, de Melchisedeco ita loquitur: ἐκ τοῦ γένους, Σίδου, υἱοῦ Αἰγύπτου, βασιλέως Αἰγυπτίων, κατήχθη Μελχὶ, ὁ πατὴρ τοῦ Σεδέκ, ὃς γενόμενος ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ βασιλεὺς τῶν Χαναναίων, ἐπεκλήθη Μελχισεδὲκ πατρωνυμικῶς, καὶ κτίσας πόλιν ἐν τῷ ὄρει Σιὼν, ἐπωνόμασεν αὐτὴν Σαλὴμ, ὅ ἐστι εἰρήνης πόλις, ἐν ᾗ καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ΙΓ. Id est. *Ex familia Sidi, filii AEgypti, Regis AEgyptiorum deductus est Melchi. Pater Zedeki qui factus Sacerdos Dei & Rex Cananæorum. Melchisedek autem appellatus fuit patronymicè. Condens verò urbem in monte Sion, Salem eam appellavit, id est, urbem pacis; in qua 13. spatio annorum regno functus obiit.* Sed & hæc sententia, præterquam quòd fabulam redoleat, vel hoc habet incommodi, quòd, contra expressa Apostoli verba, Melchisedecus hac ratione ne quidem κατὰ τὸ amplius esset ἀγενεαλόγητος, ἀπάτωρ aut ἀμήτωρ, non dici posset de eo, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. De authore hujus scripti nihil mihi certi constat; perductum tantùm est ad Iohannem Cantacyzenum, quo, dubiò procul, recentius est. Annexum habet tractatum Τοῦ ἁγίου Παλαμάρχου περὶ τῶν συρράσεως κόσμου συμβάντων, καὶ τῶν μελλόντων συμβαίνειν εἰς τὸ ἑξῆς. Præterea πάτρια τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πόθεν ἐκλήθη Βύζαντος, καὶ πόθεν κατήγεται Βύζας. Omnia, quod sciam, ἀνέκδοτα non modò, sunt, sed & in apparatu *Labbæano*, de scriptoribus Byzantinæ Historiæ, nequidem expressa. Editionem superiori seculo meditatum fuisse *Gessnerum*, ex judicio Theodori Bibliandri, quod de authoritatae & usu scriptorum illorum οἰκείᾳ χειρὶ reliquit, colligo. Hæc obiter: Ad Melchisedecum revertendum, quem à majoribus exactè describere irritæ fuerit operæ. Ideò enim ἀπάτωρ ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων vocatur, quòd, ut genealogia, cujus apud Iudæos ad superstitionem & vituperium fuit, cura, nuspiam extat, ejus inquirendæ conatus præciditur. Ita enim verba Apo-

stoli κατάπι explicanda sunt, non verò sumenda ἁπλῶς sive absolutè. Neque verò vel Orientalibus, vel aliis etiam inusitatum est Linguis, ut hic *patrem nec matrem habere* dicatur, qui, ut Erasmus transtulit, *ignoti est patris, aut ignoti matris.* Vnde Paraph. Syrus Hebr. 6.3. דלא אבוהי ולא אמה אתכתבו בשרבתא ולא רישיתא דיומה (*cujus neque pater neque mater scribuntur in generationibus,* vel tribubus, *neque initium dierum ejus.* Ita & Latinis, *sine gente,* cujus gens ignoratur *Horat. lib. 2. satyr.* Consuli in hanc rem possunt qui prolixè de hac materia scripserunt, *Rivet.* Exercit. in Genes. pag. 297. &c. adde *Bochart.* Phaleg. pag. 77. Celeb. Collegam *D. Spanhemium*, Tractat. de auth. Epist. ad Hebr. pag. 59. Sed & *Cyrillus*; Ἀγενεαλόγητος εἴρηται Μελχισεδὲκ, ὡς τοῦ μὴ ὑπάρχειν ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ, ὅλως, μηδὲ ὑπὸ Μωυσέως γενεαλογηθῆναι. ἐκ τῶν Χαναναίων τὸ γένος καὶ τῆς ἐπαράτου σπορᾶς ὁρμώμενος. ὅθεν οὐδὲ γενεαλογίας ἠξίωται. οὐ γὰρ πρεπῶδες ἦν τὸν τῆς ἄκρας δικαιοσύνης ἐπειλημένον συμπλέκειν τῷ τῆς ἄκρας ἀδικίας γένει. Sine generatione *dicitur Melchizedek, quòd prorsus non esset ex semine Abraami, neque à Mose generatio ejus recenseretur: Ex Chanaan genus ducens, & ex maledicto illo semine propagatus; indignus erat, cujus genealogia pertexeretur. Neque enim conveniebat, eum, qui summæ particeps erat justitiæ, connecti cum extremæ impietatis generatione*; plus tamen quædam curiositatis habent, quàm soliditatis.

B. *Nomen* Melchisedeci *sitne appellativum an proprium?* Affirmatur posterius. Qui appellativum esse volunt; quæ paucorum tamen sententia est, non satis perspectum habere videntur receptam Orientalium consuetudinem, quæ generalia quædam & in seram transeuntia posteritatem Regibus, Principibus, Toparchis imponit nomina. Tale (ut, missis cæteris, de quibus *Append. ad Grammatic. Harmon. pag.* 209. aliquot commemoremus) fuit Philistæorum *Abimelech*: Hoc enim nomine occurrit σύγχρονος Abrahami, *Genes.* 20.26. Isaaci. c. 26. 31. Davidis *Psalm.* 34. Ægyptii suos aliquandiu *Pharaones*, postea *Ptolemæos*, Syri *Antiochos*, Persæ Veteres *Cosroes*, recentiores *Zofos*, Arabes Ante-Muhammedani *Tobbaas* (תבעא) Post-Muhammedani *chalifas*, & *Amirolmum enim*, Principes fidelium, pro quo tamen monstrosissimum paulatim irrepsit vocabulum, ut monuimus *Histor. Orient* pag. 482. Qui ex posteritate sunt Muhammedis, *Scherifi* dicunt, Phylarchis multis Arabum, *Aretæ* (quod vocabulum 2. *Corinth.* 11.32. occurrit) Turcarum *Chaan*, & Chattajorum Imperatorem *chan* tributa sunt nomina, Reginarum Æthiopiæ *candaces*, Regum, propria nomenclatura מלכי מלכין *Reges Regum.* Ridiculi sunt, qui *Prellegan* addunt, vocem

Persicam

Persicam, quam Æthiopia planè ignorat. Eadem ratione antiquissimi Hierosolymorum Reges vel *Malci-Zedek*, vel, quod idem est, *Adoni-Zedek* dicebantur; quod posterius nomen occurrit *Ios.* 10. *v.* 3.

C. *Quid nomine* שלם Schalem *hic intelligatur?* Duplex in sacris literis occurrit *Salem*, alterum quidem *Psalm.* 76. *v.* quod Ierusalem usitatius appellatur; alterum *Genes.* 33. 18. *Ioh.* 3. *vers.* 27. de quo *Hieron.* Epist. ad Evag. De hoc posteriori Iudæi præsentem explicant textum. Tradunt enim, *Hieron.* teste, *Salem non esse Ierusalem, sed oppidum juxta Scythopolin, quod usque hodiè*, inquit, *appellatur Salem, & ostenditur ibi palatium Melchizedeki.* Eadem Arabibus Muhammedanis insedisse videtur opinio, Melchizedecum enim *Kessæus* Iordanis Regem nuncupat, ad quem nobis Salem ostenditur & vindicatur à *Ludov. de Dieu* in Ioh. c. 3. Tutior tamen, nostro judicio, altera est sententia, quæ nomine Salem hoc loco intelligit *Ierusalem*, tum quòd constanti hactenus traditione tam à Synagoga Veteri Iudaica, teste *Ioseph.* Antiq. l. 1. c. 11. quàm ab Ecclesia Christiana recepta fuit, *tum* quòd mysterii significatio blandè nos invitet, de qua *Rivet.* Exercit. 77. pag. 297.

D. *Quo nomine Melchisedecus Rex Schalemi vocetur?* Duobus potissimum, *altero* ut causa procreans, *altero* ut causa conservans & gubernans. Melchisedecum autem & fundatorem esse Hierosolymitanæ urbis, I. antiquissima Hebræorum est traditio. *Iosephus* lib. 7. c. 18. de bell. Iud. vocat Melchisedecum *Cananæorum Dynastam*, additque ipsum τὸ ἱερὸν δεμελιωμένον *fano primùm ædificato* Hierosolymam civitatem vocâsse, cùm antea Solyma vocaretur. Hæc Hebræorum traditio pluribus apud Arabes extat Christianos circumstantiis, quas indicavimus ex *Ibn. Batrik.* in *Smegm. Orient.* pag. 304. II. Reliquæ origines vel sunt apertè falsæ, *vel* magis incertæ. *Sive* enim à Gente Solymorum, quæ celebratur apud Homerum, *sive* à Solomone, filio Davidis ut censet Lactantius lib. 4. Instit. c. 18. *sive* ab Israëlitis profugis ex Ægypto ut hariolatus est Lysimachus apud Ioseph. urbis incunabula deducantur, ἀδόκητα omnia sunt καὶ ἀσύστατα. Sed & qua possessor, propugnator, defensor Melchisedecus Rex fuit vocatus Schalem, more cæterorum Cananæorum, quorum cuilibet provinciæ, imò ferè urbi, Rex suus erat.

E. *Unde Salem in Ierusalem*; id est, *unde* Hierosolymorum *urbi, sive, ut Hebraismo accedamus propius*, Ierusalem *nomen sit impositum, & quas inde à Melchisedeco Vrbs Sancta admiserit formas regiminis?* Etymi rationes reperio varias, alienas, malitiosas, incertas, probabiles. *Aliena* est Eusebii, Hegesippi &c. Etymologia, qui vocem merè Hebræam ex Græcia accersunt & Iudæa. *Ille* quidem, quasi ἱερὸν Σολομῶντος *Templum Solomonis*; hic verò ἱερὸν Σολύμων. *Illum* sequitur *Isidor.* lib. 15 Orig.

cap. 1. qui à Solomone Hierosolymam, quasi *Hierosolomoniam* dictam vult, cum tamen in libro Iosuæ & Iudicum longè ante Solomonis tempora, ejus facta sit mentio, *Ios. c.* 10 & *Iud. c.* 1. Nec longè abit author ἀνώνυμος Græcus, cujus supra memini, qui Hierosolyma dicta vult, πῇ μὲν διὰ τὸν ἱερωσύνην τοῦ Μελχισεδέκ, πῇ δὲ διὰ τοῦ ἱεροῦ νεῶ *tum propter administrationem cultus Melchisedeki, tum propter templum Sacrum. Malitiosus* est Lysimachi lusus Etymologicus, qui insuitè scripsit, urbem hanc à Iudæis ex Ægypto profugis, & ab ipsis ἱεροσύλα appellatam, à templorum spoliis & devastatione dictam, quamvis postmodum, vitandi probri gratia, appellationem mutaverit, ut urbem *Hierosolyma*, se autem *Hierosolymæos* vocarint. *Incerta* Adrichomii est Etymi ratio. Conjecit hic, primùm fuisse dictam *Iebus Schalem*, postea, literarum permutatione, Ieruschalem. *Probabiles* sunt duæ, illa quidem derivat à ראה & שלם *vidit pacem*, vel יראה שלום *visura pacem*, hæc à יראה & שלם *timuit, timuit Schalemum*. *Prior* Etymologia Theologica magis est, eaque vel μνημονικὴ, orta ex sententia Abrahami proverbiali, Deus providebit, vel προφητικὴ visura pacem, per Messiam, pacis Principem restituenda, Hæc (*Smegm.* pag. 330.) plerisque placet, Orientalibus etiam: *Isa bar Ali* testimonium Syriacum exhibuimus in Append. *Grammat. Chald. Syr.* pag. 174. *Posteriori*, quæ Politica, favet ratio, & situs incolarum, quorum respectu urbs erat munitissima, ægrè proinde ab Israelitis expugnata. Cui etiam sententiæ tantò libentius & nos accedimus, quantò verisimilius est authorem & fundatorem urbis, ipsa nomenclatura loci exprimere hostibus ipsis voluisse tremendum quasi aspectum, urbem montanam, & natura munitam, regiam, à longo tempore, variis tamen mutationibus obnoxiam. Hæc de *Etymo* urbis, *Regiminis formas* admisit varias. Proprios *primò* suos habuit Reges, aut Duces ad expugnationem usque factam per Iosuam, relictis tamen ad Davidis usque tempora in castro Zion Iebusæorum reliquiis, 2. *Sam.* 5. 8. Davidis ergò primùm virtute hæc urbs molestia viciniæ fuit liberata, totique Iudæorum Imperio Ierusalem paruit, donec *Babylonij, Græci, Romani, Arabes, Persæ, Christiani, Ægyptij, Turcæ* diversis eam temporibus vel sibi subjecerunt, vel in cinerem etiam redegerunt, usque adeò, ut postquam, ex vaticinio Dominico, à Romanis devastata fuit, restaurari, nitentibus licèt aliquoties, præsertim Iuliano Apostata favente, amplius non potuerit. Fusiùs hæc paulò deducuntur ab ipsis Iudæis, *Abarbanele* cumprimis, cujus verba ex Comment. in Daniel. pag. 15. b. ita Latinè reddimus: *Quoniam autem pervenimus ad recensendos populos, qui afflixerunt Israëlem; sciendum est, non tantùm quatuor esse Regna, sive Imperia* (Monarchias) *ista. Aliæ etiam nationes insecutæ sunt ea, quæ calumniis Iudæos lacerârunt: variis*

mo-

modis persecutionum & Decretorum in exilio contra eos agentes. Quis verò recenseat ingentia mala, & excessum persecutionum, quem commiserunt Arabes Ismaëlitæ, contra Exules, prout ea recensebo in libro Annalium, quem incepi componere? Ibi enarrabo inde à die, quo creatus est primus homo, usque hodie, omnem molestiam, quæ quæ nobis obtigit. Hic autem scopus noster tantùm est indicare, cur Prophetæ quatuor duntaxat meminerint Imperiorum. Gentes autem, quæ tenuerunt Hierosolyma, iisq; imperârunt, post egressum Israëlitarum ex AEgypto, multæ fuerunt & variæ, & ut veritatem tibi rei ob oculos ponam, ecce compendio nota faciam Imperia, quæ imperârunt terræ selectæ, inde à tempore Josuæ filii Nun. Imperium & Regnum primum *erat Israëlitarum; A tempore enim quo ingressi sunt terram, usque quo occupata fuit Jerusalem, tempore Zedekiæ, Regis Jehudæ, per manum Nebucadnezaris, Regis Babyloniæ; diebus nempe XIII. Judicum, qui judicârunt Israëlem, & XXI. Regum, qui regnârunt Hierosolymis, è semine Domus, Davidicæ; fuit terra sub manu Israelitarum annos 850. Imperium sive Regnum* secundum *Babyloniorum erat, qui imperârunt ab eo tempore, quo capta fuit Hierosolyma, tempore Zedekiæ, Regis postremi, ex Regibus Jehuda. Tres autem Babyloniis Imperârunt Reges, Nebucadnezar, Evil-Merodac; filius ejus, & Belschazar, nepos ejus, donec venerunt Persæ in Babyloniam. Erat autem Terra* (Sancta) *in Babyloniorum potestate quasi per 50. annos. Et si numeraveris annos regni eorum in urbem Jerusalem, à captivitate Jehojakim, prout numerare solent Magistri nostri in* Seder Olam, *erit regnum Babyloniorum, à die Imperii Nebucadnezaris, ad devastationem Babylonis, LXX. annorum, juxta numerum, quem observavit Jeremias Propheta. Imperium & Regnum* tertium *erat Persarum; qui terræ Israël imperarunt, ex quo Babyloniis eam eripuerunt. Verùm, quot Persarum Reges præfuerint, perplexum valde est in scriptis Antiquorum. Illud jam sequar, quod maximè videtur verisimile in Scripturis; postea diligentiùs inquiram, in explicatione visionis ultimæ. Ex Scriptura autem & verbis Jo-*

sephi Gorionidis apparet, sex fuisse Persarum & Medorum Reges, quibus paruit; Primus *erat Darius Medus*, secundus *Cyrus gener ejus*, tertius *Cambyses, Cyri filius*, quartus *Ahasverus, Esther maritus*, quintus *Darius, filius ejus*. Sextus *Artach Schaschta qui si sit idem cum Dario, erunt quinque Reges, donec venit Alexander Macedo, Græcus. Et juxta hanc hypothesin erunt dies Regum illorum ex Persis & Medis, quibus imperârunt Israeli, 54. annorum; quorum alii restaurationem templi præcedunt, alii sequuntur. Imperium sive regnum* quartum *Græcorum est, qui acceperunt terram è manu Persarum, in eaq; constanter persiterunt, à diebus* Alexandri *Macedonis, donec surrexerunt Chasmannæi, quo temporis spatio sex erant Græcorum Reges, qui ei præfuerunt alius post alium. Numerus autem Regni hujus exactè supputatus est, meo judicio, 145. annorum. Imperium sive regnum* sextum *Romanorum erat, qui terram Israëliticam subegerunt, urbem devastârunt & Templum secundum; fuitq; terra in eorum manibus, sub Cæsarum Imperio, donec ab Arabibus expugnata est, 560. annos. Imperium seu Regnum* septimum *Arabum erat ex filiis Ismael, qui postquam recens inventa esset Religio Muhammedis, Prophetæ eorum, eam ceperunt; diffusi per totum orbem, ad occupandum eum. Subegerunt autem omnem tractum Australem, Babyloniam, Assyriam; occupârunt etiam terram Israel, quam possederunt 471. annos. Imperium sive Regnum* octavum *Christianorum erat, qui venerunt ex regno Zarphat* (Galliam *intelligunt*) *& Anglia, ex Italia item multi iis se aggregârunt, tempore Papæ Urbani II. diebus R. Schelomo Jarchii, & R. Abraham bar Chijæ b.m. occupatæ autem terræ Regem præfecerunt Hierosolymis* Godofredum *Principem, è Galliæ Principibus; Tenuerunt q; urbem 85. annos. Imperium sive Regnum* nonum *Ismaëlitarum, sive Principis AEgyptiorum (Saladini) qui AEgypto præfectus, auxilio magnarum copiarum Ismaeliticarum in terram Sanctam ascendit, eamq; manibus Christianorum, qui ibi erant, eripuit. Verum quidem, sæpe congregatos præputiatorum* (Christianorum) *Reges eò concessisse,*

cessisse, bella cum Ismaelitis gessisse gravia contra Acco; cepisse eos multas urbes Terræ; Hierosolyma tamen semper mansit sub potestate Ismaëlitarum, cum reliquis urbibus, quæ brevi iterum subactæ ab iis fuerunt; adeò ut tota terra subsederit Imperio Regis AEgypti, & populi ejus, usque ad hunc diem, videlicet anno 256. millenarij sexti; adeò ut hujus Imperij anni jam præterierint 300. & plures. Hæc novem sunt Regna sive Imperia, quæ admisit terra electa, spatio 2800. annorum propemodum; novitq; Deus quid posthac futurum sit. Hoc tamen scimus, necessariò venturum Imperium, sive Regnum decimum: Sic tu crede, apella, Iudæe, nos venisse jam inter fidei pridem nostra fundamenta referre didicimus, ne vestro quidem reluctante calculo, ut proximè Σὺν Θεῷ, Disput. de Iesu Nazareno, vero Mundi Messia, probabimus.

F. *Utrum Sacrificium Missaticum ex præsenti* Genes. c. 14. v. 18. loco; Et Melchisedecus, Rex Salem, eduxit panem & vinum, & ipse Sacerdos altissimi: *erui possit, aut probari?* Ita Pontificiis placet, *Perer. Suarez. Bellarm. Cornel. à Lapid. Huntl.* Sed negant Reformati, argumentis tam ex natura *subjecti*, quàm *Predicati*, petitis, subnixi. Ex Natura *subjecti* militant 1. In Sacrificio Missæ realis rei oblatæ requiritur transmutatio; at, quænam hîc fuerit, rogatis, hæret aqua. *Lapideus* hariolatur, factam eam fuisse, partem panis cremando, & partem vini libando. *Puteanus* verò ad 3. Thom. quæst. 83. dub. 2. *nihil habet certi quod dicat, nisi quod de mutatione panis & vini per actionem sacrificandi à Melchisedeco dubitare sit nefas, licèt de hac re nihil habeamus in sacris literis.* 2. In Missa offeruntur species tantùm, id est, accidentia panis & vini, hîc substantia. 3. In Missa sub speciebus offerri volunt verum & reale corpus & sanguinem Christi; hoc de Sacrificio Melchisedeci dici ne ab ipsis quidem potest, aut defendi. 4. Missa, ex hypothesi, non est actus regius, qualis hic fuit; sed Sacerdotalis. Argumenta ex natura *Prædicati*, quæ & specialia sunt, ex singulis textus vocibus depromta. Vel enim universus hic textus causam juvat Pontificiam, vel singulæ voces, non universus textus, cujus planè alius scopus est, actum nempe dare vel moris vel liberalitatis regiæ, ut multi ex Veteribus fatentur, etiam *Batric.* pag. 67. ex Iosepho Cajetanus, & nos jam monuimus: Neque singulæ voces, certè non 1. הוציא quod *exire facere, producere, proferre* generaliter notat, ut supra, consensu omnium Interpretum palàm feci. Sed instant quidam Pontificii Doctores. Verbum הוציא esse sacrificale, notare *educere, proferre aliquid ad sacrificandum.* Ita *Genebrard.* &, post eum, *Perer.* Resp. 1. Frigida est petitio principii. Nullus ostendi potest locus, ubi verbum hoc sua natura, & absolutè significatum illum

lum obtineat. 2. Ipsi etiam adversarii ex circumstantiis potius, quàm nativa verbi significatione sensum illum colligunt. *Bellarminum*, *Vasquez*, cæterosque ferè omnes hic scilè adstipulantes habemus. Vide Exercit. *Rivet.* c. in Genes. Vrgent locum, *Gen. 6. vers. 19.* Ita *Genebrardus*. Verùm 1. Posito non tamen concesso, habere aliquando significatum *sacrificalem*, an propter etiam loco præsenti? 2. *Iud. 6. v. 18.* legimus הבאתי את מנחתי *Eduxero munus meum*: an hic sacrificandi actus? Imò sequitur, הנחתי לפניך *Ponam ante faciem tuam.* 3. Libenter damus, verbum הוציא non minus operam suam præstare sacrificali actui præparatorio, quàm quodlibet aliud, non nudè tamen, aut absolutè, sed ubi circumstantiæ illud requirunt. II. Neque ו in voce והוא *Et ipse*, quam causaliter quidam reddunt, *Quoniam ipse.* Etsi enim particulæ ו usus sit varius, modò copulativè, modò disjunctivè, adde & causaliter ponatur: ab usu tamen & significatione primaria, nisi necessitas urgeat, non est recedendum. Non à *Bellarmino* igitur, Linguæ Sanctæ non ignaro, expectandum illud erat: *Vox* enim, inquit, *cogit nos, ut intelligamus panem & vinum prolata fuisse in sacrificium Missæ.* Ne quidem occurrit in contextu authentico vocula *Enim*: sed copula *Et.* Id quod ex recentioribus Doctoribus Pontificiis viderunt *Cajetanus*, & *Hieron. ab Oleastro*, quorum ille; *Quod autem in vulgata Editione subaitur ut causa oblationis*, Erat enim Sacerdos &c. *in Hebræo non habetur ut causa, sed ut particula separata.* Hic verò; *Adverte*, inquit, *quòd licet* LXX. *& vulgata vertant*, Erat enim, *quasi sequens sententia prioris causam reddiderit, in Ebræo tamen est, ut vertimus scil.* & ipse erat Sacerdos. Est igitur, 1. Processus à particulari. 2. Laborat fallac. conseq. Sit ו causale; an ergo ad actum sacrificii, qui non apparet, referri debet? Imò vel periphrasis est subjecti, vel refertur ad verbum *benedicendi*, hoc modo, *Ille, quia Sacerdos fuit altissimi, benedixit Abrahamo*; ut Paulus explicat Hebr. 7. Neque 3. כהן quod Sacerdotem notat, adeoque officii nomen, non actus unde LXX. ἱερέα, Vulg. Sacerdotem, alii æquipollenter vertunt, supra diximus. Excipit *Maldonatus*, Comment. in Psalm. 110. *Verbum Hebraicum* כהן *esse participium activæ vocis, quod* sacrificantem *notat*; *nomen autem* אל *non debere accipi in Genitivo, sed in Dativo casu*; erat sacrificans Deo altissimo. Sed 1. per latus nostrum graviter ferit vulgatam versionem, quæ disertè hoc loco habet *Sacerdotem.* 2. Apostolo Paulo contradicit, qui & ipse vertit ἱερέα. 3. Linguæ Hebraicæ imperitiam prodit. כהן nusquam in Conj. prima occurrit apud Hebræos (usitatum tamen est Æthiopibus & Arabibus) significatú *sacerdotio fungi*,

fungi, in Pihel. demum usitatum esse incipit. 4. Supra diximus esse nomen officii, formæ סופר Scribæ. Et tamen in hac sibi crisi author mirè blandi-tur. Ad rationes nunc, quibus Ecclesia Romana assertioni suæ fulcra quærit, [illegible] accedendum, sed ipsi eas reservabimus conflictui. [illegible] ideantur interim Exer-[illegible] *Bivet* in Genes. pag 302. *Anti. Tirin Mar.* P. II pag. 719. Par. in Gen p. 1020. *Testimonia* vel *christianorum* sunt, vel *Judæorum*. Ex illis alii dicunt Melchisedecum panem & vinum protulisse in figuram tantùm Eucharistiæ. Atque hi de figura sacrificii non agunt; Sed de figura Sacramenti; Ita Epiph. hær. 55. Clem. l. 4. Stromat. c. 8. Bas. Psalm. 109. Chrysost. Homil. 35. in Genes. Alii aliquam sacrificii, ut vocant, Eucharistici figuram rimati hic sunt, quam in pane & vino à Melchisedeco (ut putârunt) Deo oblata constituerunt, quorum tamen nullus sacrificium, Pontificio sensu, accepit, sed pro sacrificio externo & propriè dicto corporis & sanguinis Christi, sed eo tantùm sensu, quo vox sacrificii omni bono tribuitur operi. *Sunt* etiam, qui tradunt, Melchisedeciani sacrificii materiam ordinariam fuisse non ζῶα ἄλογα, sed panem & vinum, quod tamen Missatico non magis favet sacrificio, quàm Leviticis sacrificiis quæ hanc etiam materiam, ceu ordinariam non respuerunt. Hanc hypothesin prolixè asserit Arabum Theologus *Ibn Batrik*. Annal. T. 1. pag. 44. *Judæorum* testimonia, quæ incauti nonnulli, de plebe etiam sacrificuli, invitis aliis, *Bellarmino* cum primis ad *Psalm.* 71. *vers.* 16. proferunt, aut ὑποβολιμαῖα sunt, aut hoc tantùm volunt, *Messiæ tempore omnia abrogatum iri sacrificia legalia; solum mansurum Eucharisticum peragendum pane & vino, sicut Melchisedec panem & vinum Deo altissimo protulit*, ut observat *Bibl.* de Trinit. l. 2. pag. 89. *Mercer.* in Genes. De Missa autem locum intellectum ex professo refutat *author Tesch. Lamz.* pag. 12.

VII. *Hæc quidem de priori genere quæstionum, quæ* immediatè *ex textu nostro derivantur; ad alteram nunc classem*, mediatam *nempe properandum esset; in qua tum de Religione Melchisedeci, tum etiam de sensu sive Paraphrasi verborum Apostoli Hebr. 7. amplior offertur dicendi locus; sed quia Disputationis cancellis exhiberi præsentis omnia non possunt, aliò illam rejicimus operam.* Illud in transitu monemus, Melchisedeci nonnullos, si non *directè, indirectè* saltem & per legem parium, ut videre est apud *Cornel. à Lapid.* ad Genes. 20. v. 18. malè abuti exemplo, ut, *unumquemque in religione sua*, quo posito axiomate, soli excluduntur athei, *posse servari* obtineant. *Sive* is enim ordinaria, quod multis, *sive* extraordinaria, quod aliis placet, *sive* ex utraque mixta revelatione ad Ecclesiam pertineat veri Dei, nihil illi cum paradoxo communis Religionis salutaris affine, quæ tamen per omnes se paulatim in orbe Religiones diffudit, sero. In

ter *christianos* enim, *Iudæos*, (vide nuperum Tractat. *Menass.* de Anim. Immortal. lib. 1. c. 14.) *Turcas*, (quorum mentem Alkorani & Comment. verbis expressimus *Centur. Theol.* pag. 74. Scholasticorum calculum addituri in Tractatu nostri Orientalis compendio,) de communi aliqua multi religione Philosophari cæperunt salutifera, hoc amen[illegible] crimine, quòd alii *latiùs*, alii *strictiùs* eam sumerent, alii merè *Theoretic[illegible]* eam definirent, alii merè *Practicam*, alii *mixtam*. Aliis ad salutem satis erat veritatem habere fidei, sub qua communiter omnes servari possent, vel cum, vel sine, pœna aliqua expurgatoria. Ita *Iudæi*, & *Mahammedani Scholastici*. Alii præviam de Deo, Christóque notitiam requiri non negant, sed aliqualem tantùm & generalem, operum modo pietatis studio, & Idololatriæ odio stipatam. Eò Sociniani inclinant & Arminiani. Alij *Practicam* potiùs ursisse videbantur, sufficere rati, si eum quisque sequeretur, quem accepit, Magistrum & Pædagogum, sive Legem Naturæ, sive Scripturæ i. e. Mosaicam. Hæc opinio primis post Christum natum Seculis adeò inhæsit Patrum Græcorum & Latinorum mentibus altè, ut Augustini ante ætatem securè admodum de modo & mediis perveniendi ad salutem fuerint locuti. Tum demum, caput efferente Pelagio, & disertè profitente, triplicem ad salutem patere viam, ante Legem per *Naturam*, postea per *Legem*, denique per *christum*, controversiæ hæ exactiùs examinatæ, loquendique formulæ cautiores adhiberi cæperunt, quade re *Forbes.* Instit. Theol. lib. 8 c. 2 S. [illegible] *Casaub.* cont. Baron. Exercit. 1. *Laurent.* ad δυσνόητα Paulina. Quanquam non desint, qui benignius Patrum explicent mentem, quasi Philosophia, ceu Pædagogus, ad Christum Gentes non minùs duxisset, quàm Lex Iudæos, quod ipsum tamen à Scriptura alienum est. *Voss.* Hist. Pelag. pag. 384. Sed sequiori mox ætate, licet accuratissimis discrimen Naturæ & Gratiæ fuerit contra Pelagium vindicatum Disputationibus, opinione tamen *meriti* se paulatim magis magisque insinuante, factum est, ut meritum *congrui*, digni & *condigni* (quamvis non omnibus hæc placuerint figmenta) in Scholas sensim irreperet. *Illo* voluerunt, Deum nulla quidem teneri Lege, Naturæ tamen ejus congruum esse, ut rectum Naturæ usum lumine gratiæ compensaret. De *hoc* & *illo* egimus in *Hodeg.* P. II. pag. 262. Hæc ratio doctrinæ de Iustificatione ut plurimum obtinuit (neque enim deerant, quorum præcordia ex meliori facta luto, rectiùs sentirent) ante Reformationem in Scholis & templis. Quòd si jam exortum Reformationis jubar omnes planè pristinæ noctis tenebras non simul & semel dispulit, quid miremur? Cùm, ut generatio, sic regeneratio, ut formatio sic reformatio, suis distincta gradibus, sit successiva. Ipsi Apostoli, etiam post acceptum Spiritum Sanctum, Iudaismi non statim omnes deposuerunt reliquias. Patres, prout vel ex Gentilismo, vel Iudaismo, emergenti accesserunt Christianismo, pristinæ diu conversationis aliquem retinuerunt odorem. Id quod plurium alibi exemplorum inductione dedimus probatum. Hinc *Iustini Martyris*, *Origenis* aliorumque Platonicorum placita in Scholas Christianorum

stianorum de *libero arbitrio*, *salute Gentilium &c.* invecta. An igitur adeò insolens videri debeat, si tempore Reformationis sententiæ, ubique ferè in Scholis receptæ, reliquias, multum tamen repurgatas, in ipsis Reformatoribus aliquas fisse, inde nonnulli conjiciunt quòd *Lutherus* de *Cicero*, aliorumque ei simi-
[illegible] *Zvinglius* Exposit. Fid. ad Francisc. I. de *Hercule*, *Thesei*, *Socratis*, *Aristidis*, salute non planè desperâsse videantur [illegible] obiter hac occasione nos monere coëgit, magna & inexspectata *Labbei*, [illegible] suitæ intemperies, qui sua ὡς ἐξ ἀμάξης nuper domum tum in alios, & Reformatos & Pontificos, præclarè de re literaria meritos, tum in me etiam, nullo lacessitus verbo, evomuit convitia. Neque otii, neque ingenii mei est ἀντιλοιδορεῖν; sed neque hoc jam à me agitur, ut justum injustæ *Virgidemiæ*, mihi à duro Orbilio intentatæ, reponatur tergiportium; causæ tamen bonæ patrocinium deseri non debet, & qui *Tractat.* de Scriptorib lib. 1. pag. 994. importunè ex me quærit, [illegible]pportunè invitante Præsentis Disputationis materia, respondere licebit. *Quia obiter*, inquit, *Zuinglii & Bullingeri meminimus, placet ab Hottingero scisciitari, quàm Religionem professus sit Patriarcha ille Zuinglius, qui in Expositione Fidei ad Francisc. I. Christianiss. Francorum Regem, hæc ausus est scribere Anno 1531. repetita à Bullingero 1536. & in operibus II. fol 559. Hic Abelem, Enochum, Noachum &c. Isajam ac Deiparam Virginem &c. Hic Herculem, Theseum; Socratem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones. Hic antecessores tuos, & quotquot in fide hinc migrârunt, majores tuos videbis.* Ita crambe toties cocta, invitis nobis obtruditur! Iam superstite Zuinglio, eodemque paulò post defuncto, variæ de magno Heroë spargebantur calumniæ, quæ duum sunt generum, aliæ *graviores*, aliæ *leviores*, aliæ *doctrinam*, aliæ *vitam* concernebant. Vtrasque magnam refutavit partem ipse, *Apologet.* ad Cant. Helvet. Bernæ congregatos Tom. I. pag. 148. Prolixius *Gualterus* Præfat. in Op. Zuing. ubi loco 6. agit contra calumniam, *quòd impios homines annumerârit sanctis.* Eandem Apologiæ operam postea Zuinglio præstiterunt aliquot Ecclesiæ, & Ecclesiarum Academiarumque Ministri, *Tigurini*, *Basileens.* Zuinger. Theat. Sap. pag. 152. Extranei etiam *Germani*, *Croc.* pag. 456. & *Sohn.* pag. 492. in August. Confess. *Wendel* Exercit. 38. Galli *Rivet.* T. II. pag. 81. in Psalm. 19. *Iacob Cappell.* Vindic. pro Casaub. l. 1. c. 1. Belgæ, *Iacob. Laurent. Dysnoeta Paul.* pag. 17. &c. *Mares.* Anti-Tirin pag 280. *Voet* Disp. T. II pag. 692. Confer *Voss.* Hist. Pelag. p. 383. Hoc prius rodere debuisset os, ad singulas respondere exceptiones, antequam novam objiceret offam, vel veriùs, toties rejecta retrimenta reponeret. Sed propiùs ad rem. Quid quæris ex me, Pater, *quam religionem Zuinglius professus*

fessus sit? Novit, vel nosse saltem debebat, nec Anabaptisticam, nec Pontificiam, cùm illa scriberet, Zuinglium, cujus utriusque in Helvetia domitor fuit, amplexam fuisse religionem. Christiana professus fuit sacra & dogmata, ea adeò feliciter ab adnatis expurgata & emuscata erroribus; ut quotquot hodiè no die puriores in Europa tun. Ecclesiæ non ingrato Præceptori Zuinglio animo felicitatem suam, ceu instrumento divinitus excitato, ferant acceptam. 2. Ignorare non debebat, tot, sua opinione, librorum helluo, vel ex sola (ut cætera taceam, præsertim ex Tom. 1. fol. 558. a. b.) Zuinglii ad *Vrban.* Rheg. Epistola, fidei Zuinglianæ compendium: *Per Christum accedere oportet, quicunque ad Deum veniunt.* Hæc summa est doctrinæ, quam Zuinglius masculè contra quosvis defendit adversarios. At *Gentilibus salutem addixit?* Resp. 1. Nuspiam Zuinglius ulli Gentili salutem addixit absolutè; sed conditionaliter: *Si in fide hinc migrârit.* Imò nihil absurdi videtur, si dicamus, Zuinglium Scholasticorum tacitè castigare voluisse paradoxum: adeò, ut, quemadmodum ne Francisci I. antecessoribus spem salutis aliam, quàm sub conditione fidei facere vel vellet, vel posset, ita multo minus cæteros, alia lege, contra quàm aliis placuisset, Paradisum ingressos. 2. Distinguendum igitur inter *causas* salutis, & *objectum* salvandum *Illam* Zuinglius unam semper & eandem, gratiam Dei in Christo, & per Christm, constanter asseruit; circa *hoc*, si à reliquis nonnihil abiit, cur non eadem quâ alii in Romana etiam Ecclesia per [illegible] tot secula, *Primit Heidelbergens. pag.* 235. vel excusetur, vel ἀπειθείᾳ toleretur? Aut enim charitatis hic excessus, fundatus in hypothesi præcedentis fidei, quæ *Augustini, Thomæ, Andradii, Pereri* sententia fuit liberrimè defensa, *Laurent. l. c.* in facto & objecto (de jure enim & mediis nulla difficultas) in Zuinglio reprehendi debet, aut nihil prorsus. Constans Zuinglii sententia fuit, eos, *qui in fide hinc migrant*; Tros Rutulusve fuat, Titius an Mævius, servatùm iri, vel *ordinario* Verbi Ministerio in Ecclesia, vel *extraordinario* tractu extra Ecclesiam. 3. Cur non videt manticæ adversarius quod in tergo est? Quare Reformata Ecclesia hoc nomine vapulare semper debet, quòd (ut vel hoc ponamus, quod ponere nulla nos cogit necessitas) charitativi excessus, persuasione privata (privatas autem singulorum Doctorum opiniones quanti faciant, nè monendus quidem est Criticus, omnibus ferè Collegis, & fidei sociis iniquissimus censor) stylo non agonistico, gymnastico, aut dogmatico, sed Rhetorico, vel homilico; *ubi multa* (verba sunt *Sixti Senens.* Bibl. S. l. 6. pag. 491.) *declamatores per hyperbolem crebrè enunciant & inculcant, vel occasione locorum temporum ac personarum adducti, vel affectuum impetu & orationis cursu rapti*; Zuinglius de aliorum salute benigniùs judicavit? Cur sua non expurgant stabula? Nihil de *Erasmo* dicam, Colloq. Relig. & *Ludovico Vive* lib. 18. de Civitat. Dei c. 47. quorum Ecclesiæ Romanæ suspecta pariter fuit Theologia; nescit *Labbæus* (iteat enim, qui hactenus respondimus,

pondimus, & nobis jam quærere;) *Abulensem*, *Durandum*, *Capreolum* aliosque (de quibus *Laur.* lib c) Theologos Pontificios salutem Gentilium, *absque notitia Christi*, ausos fuisse propugnare? Nescit, in ipso Concilio Tridentino *Andram Vegam*, (vid lib. 6. in Concil. Trident. c. 17. & 20.) quem etiam aliquandiu sectatus fuerat *Soto* lib. 2. de Nat. & Grat. c. 11. Ipsum etiam *Bellarminum*, *Latomum*, *Thammerum* eandem hypothesin defendisse; quod pridem jam Reformati scriptores in ipsis observârunt; *Sleidan.* A. Chr. 1552. *Mares.* Anti-Tirin. pag. 280. *Voss.* Histor. Pelag. 383. *Alting.* Theol. Problem. pag. 9. *Iacob Laurent.* Δυσνόητα Paul. pag. 20. 21. Nescit, *Gregorium Valentia* hoc nostris nomine Theologis tot creâsse molestias, ut publicè propterea in illum strinxerint calamum? *Marcov.* Rediviv. pag. 147. Nescit, ut specialiùs agamus, Bernhardum suo jam tempore questum fuisse *nonnullos, dum sudarent, quomodo Platonem facerent Christianum, se Ethnicos probare?* Epist. 190 Nescit, *Latomum* non aliam agnovisse fidem in Abrahamo, quàm in Xenophonte & Cicerone; *Voss.* Pelag. Hist. pag. 383. Nescit Galeotum Martium; de quo Paulus Iovius, docuisse: *omnibus gentibus integrè, pacatè & pariter velut ex Naturæ Lege justa, viventibus, æternos cælestis vitæ fructus paratos esse?* Nescit, jam ante Reformationem Aristotelis scripta pro Cathedra explicata, & de *salute* ejus, non disputatum modò, sed eandem publico *Oppenhemii* edito libello assertam? Nescit, paucis abhinc annis *Fortunatum* quendam *Licetum* Tractatum edidisse, *duorum librorum de pietate Aristotelis erga Deum & hominem*, quorum primi cap. ultimo argumento corradit quæcunque potest, ex quibus animæ Aristotelis, salus verè colligi posse ipsi videtur? Tractatus Innocentio X. inscriptus & à duobus Inquisitoribus Generalibus approbatus. Nescit, publicè de Aristotele, nuper demum edito scripto sententiam latam, *ad Christianæ fidei veritatem excipias, videri accedere; Christi Domini incarnationem & adventum præsensisse, dolore simul ac SPE in lachrymas precésque profusum Dei Entis Entium, primæque causæ misericordiam implorâsse?* Vide Aristot. Tom. 1. opera Duvalli Medici Regii edita pag. 24. & 25 b. Confer. *Voet.* Thes. T. II pag. 602. ex Append. Trith. *Mares.* de Salut. Arist. pag 22. Has trabes primò ejicere debes, si, hactenus saltem, ex vera Iesu societate esse te aliis persuadere velis, antequam de aliorum festucis solicitus sis. Hæc, occasione novissimæ provocationis Labbeanæ, strictim & breviter: ad cætera enim, quæ vel titivillitio digna non sunt, vel notoria calumniatoris ἐξερέματα, vel aperti Reformatorum hostis bruta fulmina, attendere nec libet, nec licet. Illud mirari subit, qua fronte *Johanni Paulo Nazario* exprobrare fuerit ausus, *quòd ad-*

versus Cardinalem Bellarminum eruditè dubitationes proponentem acerbius quàm par erat, atque insolentius, stylum exacueri. P.II. pag.483. cùm ipsius, cum Ismaelis & manus & calamus felle ubique & sarcasmo tinctus, in omnes nullo veri religionis vel eruditionis habito discrimine, pariter sit injurius. *Trithemii subla[illegible] ae est fides*, Tom. II. pag 273. Bellarmini Chronologia *manca* & à *sinceris temporibus aliena*: Præf P.I. & P.II. sub finem Catal. Auct Sec. XVI. Bellarmini *Chronologiam in plerisque nutantem aut aberrantem restituimus, firmavimus*. De *Miræo*, Antverpiensi Canonico quàm abjectè? *De eo Bellarminus, atque ex eo, ut solet, Miræus*. P.II. pag.414. & pag.364. *Gerardus Johannes Vossius Tractat. de Græcis Historicis, secundæ præsertim Editionis, quam non vidit, qui primam exscripsit Miræus*. Nec de *possevino* sensit splendidius. *Possevinus*, inquit *delusus hic, ut sæpè aliâs, à Gessnero*, p. 4. Idem ferè repetit pag.464. Ita Collegas suos μαισωνικοῖς σκώμμασι indignè ubique flagellat. Nostris scriptoribus, non satis est, inscitiam & ignorantiam objici pudendam, maledictis etiam & conviciis eos onerat, Methodo Viro erudito valdè indigna. Ex Augustanis Theologis Gerardum, *plagiarium Bellarmini* appellare solet, P II pag.156. ejusque *simium*, pag. 54. Neque aliis faventior est. In me despumandi ansam arripuit ex duobus, quæ in Studiosorum aliquando gratiam adornavi, opusculis, Diatribe de Patribus, tribus absoluta Disputationibus, cum appendice de scriptis V. & N T. suppositititiis, & Compendio Historiæ Ecclesiasticæ IX. priorum à nato Christo seculorum. In illa expressè monui, non meum esse scopum operosè de Patrum scriptis suppositititiis, prolixa adhibita Crisi, commentari, sed ordine tantùm seculorum ea referre, quæ exquisitorum Criticorum, Reformatorum pariter ac Pontificiorum judicio, essent ὑποβολιμαῖα. Excellere hîc videbantur ex nostris *Scultetus*, *Hospinianus*, *Cocus*, *Rivetus*, ex Pontificiis *Bellarminus*, *Possevinus*, *Sixtus Senensis*, *Baronius*, *Vives*, *Canus*, *Erasmus*. Vtque institutum hoc meum obscurum esset nemini, discrimenque inter prolixam aliorum Crisin, & Compendiosum meum conatum exponerem, ipse pag. 38. monui, *alios rationibus hunc vel illum librum νοθείας convincere; me digitum modò intendere, & quæ virorum magnorum judicio spuria sint, exprimere*. Id quod pro ratione instituti fideliter me tum præstitisse confido. Hoc tamen est, quod ferventi mihi bile in utraque dissertatione objecit. Quid verò hîc vel criminis, vel sceleris, quod adeò mordacis linguæ merebatur verbera? Si hoc peccare sit, Labbæe, quid vel de apparatu tuo fiet Byzantino, vel interpolato

polato Bellarmino? In utroque corniculam Æsopicam video, præterea nihil In hoc præsertim quid reperias facilè, quàm vel *Bellarmini*, *Possevini*, *Vossii*, *Cateri*, aliorumque vota & suffragia, vel approbata simpliciter, vel rejecta, vel Editionum integrarum Catalogos verbotim exscriptos? In Notis quàm vel jejunus est, vel timidus; vel iniquus, quàm Historiarum exoticarum ignarus? Obvia ubique mangonio proponit, obscura intacta relinquit, uno hoc ferè commendandus, quod Typographeorum, quibus præest, beneficio index sit, & nomenclator novissimarum quarundam Editionum. Sed, præter appendicem de scriptis suppostitiis, Historiæ etiam Ecclesiasticæ insultavit; quo jure, æstiment eruditi, ex uno & altero specimine: P. 175. *Seculo nono* inquit, *nomen infelicis falso Hottingerus tribuit ex Genebrardo, qui illud seculo duntaxat decimo, ut vel pueri interpretari possunt, noscitur adaptâsse.* Quid pueri possint, non quæritur, an debeant verba Genebrardi exclusivè ad decimum referri seculum, eruditi judicent. Scribit Genebrardus ad Annum 899. *Hæc Ecclesiæ captivitas duravit annis ferè 150. in qua apparuit, pessimam Electionem Pontificum præstare optimæ Principum nominationi. Quod proinde Seculum ab Historicis infelix inscribitur.* Negabit, Genebrardum loqui de Seculo nono, vel ejus saltem ultima parte? Contradicit gravissimis Ecclesiæ Romanæ scriptoribus. *At hic finis* (verba sunt *Baronii* A. Chr. 899.) *Seculi hujus multis ex causis universæ Ecclesiæ ærumnosi.* Contradicunt causæ infelicitatis & ærumnæ, quæ Seculo jam nono, si non toto, vergente saltem, orbem infecerunt, intestina (ut ejusdem *Baronii* utar verbis) *eademq; implacabilia bella, in ipso sinu Ecclesiæ Romanæ agitari cæpta*, cæteraque mala plurima, de quibus ipsis Pontificiorum authorum verbis actum à nobis est *Histor. Ecclesiast.* Sec. 9 pag. 609. & deinceps. Quid, quæso, censura hic dignum erat, aut otiosi hominis scutica? Nec felicius succedunt reliqua, quibus plures contra me illevit chartas. *Ridiculum, quòd* (præter alios, eosque antiquiores pag 616. citatos authores) *ex Fasciculo Temporum, ex Urspergensi, ex Nauclero, ex Platina ex Genebrardo, similibusq; modernis mea depromam, atque confirmem.* Id quod, ceu grande nefas pag. 990. repetit; *Eum Buchholzerus vocat Commentatorem Bibliorum, Platina tamen &c.* Sed quid in his reatus? Si *exclusivè*, solos me authores illos citare dixerit, splendidius (liceat vel invito, verbum adversarii ex pag 992 repetere) mentitur, quàm quod ostendi debeat, si verò *inclusivè*, quæ lex me abstinere cogit ab illis authoribus, quorum, vel inferiorum

feriorum etiam, nominibus, scripta & ipsius & aliorum sunt ubique repleta. Nolo vel ad ipsum *Genebrardum*, vel ad recentiorem provocare *Goulterium*, quorum pleræque paginæ mediæ & infimæ ætatis authorum præfigunt nomina: ipse *Labbæus* sic satis manifestè se prodit, nec omnes hactenus, sive veteres sive recentiores, vidisse scriptores. Nec ab authoritate recentiorum, cum vetustiores habere potuisset, abstinere, nec in meliores semper, quod tamen thrasonicè nimis de se jactat, Editiones inquisivisse, nec eorum, quorum mentionem vitio mihi vertit, authoritatem declinâsse. Quàm disertè P.I.p.564. *de quo plura Surius, Spondanus, Bellarminus, Simlerus, auique sæpè Orthodoxis iniquior est, Sleidanus. Bucholzerum appellat Virum acutissimi ingenii.* Hoc genus scriptorum, nobis nec invidentibus nec improbantibus, ubique citavit, aliorum vitula arvit: & tamen tanto hoc mihi fastu illud exprobrat! Quasi vel novum, vel piaculare esset scelus apiculas potiùs imitari, quàm araneas, ut *Lipsius* aliquando in simili casu non ineleganter respondit. Ingenuus haberi malo, adeoque per quos profecerim exprimere, quàm δοκησόφοι, qui, cum integros descripserint tractatus, authorum tamen vix verbo meminerunt. Nosti, Labbæe, authorem nuperi libelli Gallico sermone editi, cui Titulus *La Geographie Royale. Totus liber* (ita ad me amicus eruditione non minus in Gallia & Germania clarus, quàm fide dignus) *tantus quantus est, nil nisi mera Cluverii Introd. ad Geograph. translatio est, ne facta quidem ordinis, materiæ aut capitum transpositione, confusione, vel divisione, neque ullo augmento addito, nisi quòd sub calcem libri Index locupletior est adjectus, & hinc inde adspersæ sunt cænobiorum, quæ Jesuitæ habent, nomina, raràque paucarum quarundam in Germania & Lotharingia, ultimis bellis post obitum Cluverii, factarum mutationum, injecta mentione, & ea quidem ut plurimùm falsa. Neque tamen Cluverii in libri titulo aut Epistola nuncupatoria nomen legitur; opus quasi novum & ex variis,* Editoris industriâ, *collectum commendatur; obiter tantùm in Præfatione ad Lectorem Cluverii fit mentio.* Unde tantò magis hominis *mirantur audaciam, quòd, cùm Geographicæ illæ Introductiones antè jam fuerint ab alio in Gallicum sermonem translatæ, ne quidem librum illum ex Latino in Vernaculum traduxerit.* Tam nôsti authorem, Labbæe, quàm temet ipsum. Et tamen audes liberale aliis alios, Historicos præsertim, confalendi improbare studium. Non tuo, nec quorumvis aliorum momorum, quibus nihil, nisi quod fecerint

cerint ipsi, placet, sed Studiosæ Iuventutis, cui via paulatim ad copiam authorum sterni debet, commodo illud hactenus à me fuit, hinc inde, factum: Sed maturare debebas, multum veritus, ne hoc unquam tangeretur ulcus, aut proderetur plagium. Hujus commatis cæteræ etiam sunt Labbæi censuræ, sententiæ, proinde rectiùs, quàm delixio scripto vindicandæ. Vides, Labbæe, quàm nihil roboris habeant tuæ observationes, quas eadem facilitate dissolvere fuerit proclive ad unam omnes. Sed ne operæ quidem pretium esse existimavi, tempori & chartæ parcendum erat. Tu interim tutius in posterum tecum habitabis, quàm ut domi occupatus, exteros etiam lacessas, per quos tua studia si non honorata, quieta saltem & non perturbata esse poterunt. Hic verò terminus esto, hoc Apologiæ Specimen archeteles.

L. B. S.

Prodiit hoc anno Romæ, Leonis Allatii *tractatus, cujus titulus vestibularis est:* Joh. Henricus Hottingerus; *atrialis:* Johan. Henricus Hottingerus, fraudis & imposturæ manifestæ convictus; *quem, ne quid perfectæ calumniæ deesset, tertium præmittit, primo tractationis capiti. Calumniandi & insana convitiandi rabies inde orta, quod de Leonis Allatii, quem tamen ego hominem tum temporis, albus an ater esset, non noveram, novo fœtu, vel monstroso potiùs abortu, quo perpetua Ecclesiæ Græcæ & Latinæ consensio somniatur, non ex opinione auctoris, sed ex rei veritate æstimavi. Conatum appellavi nimis temerarium. Rectè, an secus, B. L. ipse judica. Id enim hac vice tantùm intendo, ut calumniatorem nimiæ convincam temeritatis; cætera sponte cadent. Noluit numero; sed argumentorum certare pondere, & probare* 1. Ecclesiam Romanam à Græca dissentire, Orientalem ab Occidentali, *argumentis de promptis 1. A constanti utriusque Ecclesiæ ab aliquot seculis praxi. 2. Perpetuo consensu (a) Latinorum (b) Græcorum; (c) Cæterorum Orientalium, vel Pontificiorum, 3. Consensu recentiorum Romanensium, Allatio* Συγχρόνων. *4. Suffragio eorum, qui facilem fore statuunt concordiam, esse tamen negant.*

5. Magnis injurijs, de quibus mutuæ Græcorum & Latinorum de se invicem sunt querelæ. 6. Multorum pro sancienda concordia, quæ non fuit, studiis. 7. Incommodis ex dissidio illo ortis. 8. Prærogativa Reformatorum, de quibus melius consentiunt, quàm de Pontificiis. 9. Judæorum & Mahommedanorum calculo. 10. *Experientia hodierna.* 11. Plura dissensus capita *ab ipsis* Græcis & Romanis ostendi, quàm quorum nomine dicam mihi impegit Allatius III. Nullum dissensus articulum in Historia Ecclesiastica propositum, *qui Doctorum* Græcorum & Latinorum consensu non confirmetur.

Quadre-

QUadragesimus penè agitur annus, ex quo *Leo Allatius*, Roma à Pontifice Romano huc ablegatus eam diripuit Bibliothecam (liceat uti verbis Celeb. Conringii de Bibl. August. pag. 26.) *quæ ante ferale nuperum bellum summa floruit celebritate, & manu scriptorum cùm multitudine, tum bonitate omnem antehac Europam provocavit.* Ex his spoliis non laudem modò captavit, planè ut Herostratus ex incendio Ephesino, quod haud obscurè innuit ipse in *Iohanne Henrico Hottingero* suo (*suum* enim me esse voluit. ἐκόντι ἀεκνοτίγε θυμῷ,) nuper edito; sed & eadem in perniciem causæ Reformatæ convertere cœpit. Ex Codicibus inde M.SS. multa orbi literato obtrusit, in quorum vel authoritatem, vel fidem, ob exemplarium absentiam, inquiri amplius ab aliis non potest. Majori astu, quàm successu. Nihil enim veritati inde decedit, sed speciosum tantùm mendacio schema inducitur.

II. Tale ejus scriptum est, *de perpetua consensione Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ*, anno hujus seculi 48. vulgatum. Βιβλίον μέγα, ἤτοι κακόν, quod quàmprimum lucem aspexit, varia mox eruditorum experiri debuit judicia. Ambabus manibus, ceu Apollinis Oraculum, illud exceperunt, qui receptæ hactenus Ecclesiæ Romanæ sententiæ patrocinati, liberè, ægrè tamen, fassi sunt, perpetuum Orientis & Occidentis dissensum, quem sublatum pridem, ne Catholicissimus faceret jacturam, maluissent. Et Iesuitæ quidem, hic inter primas tubas P. Forerus nostras, qui privatam aliàs magnorum Theologorum Pontificiorum authoritatem ne cassa quidem nuce æstimavit dignam, novum hunc fœtum lambere, eumque, ceu authenticum, commendare voluit. Sic nempè credebant repertum Medicum, cujus peritia exitiale schismatis diuturni coalesceret vulnus. Vide opus posthum. *Forer.* cui nomen, *ovum ante Gallin.* pag. 364. Ita miriones nonnulli, & qui cibos ex stomachi sui vitio æstimant. Alii, quorum αἰσθητήρια γεγυμνασμένα, & qui quid distent æra lupinis; longo comperti erant usu, facilè viderunt, Σοφὸν esse φάρμακον; quo laboranti causæ subsidium quæreretur, in quo tamen ἐδὲν ὑγιές. Mirati potius sunt, *Virum Græcæ Latinæque Linguæ peritia instructum, ad illas ineptias à Zelotico in Romanam curiam affectu abripi potuisse: utque illis potius sit succensendum*

dum librorum censoribus, qui etiam Romæ talia edi, atque ipsi Papæ Alexandro offerri patiuntur, & approbant, cùm tamen sint conjuncta cum Pontificiæ sedis, & universæ Romanæ Ecclesia summo dedecore, quæ ejusdem magni Viri verba sunt. Ego fateor, cùm eo tempore, quoad meas liber devenit manus, in Historiæ Ecclesiasticæ seculi XVI. pertexendæ occuparer tela, me fortè modestiori, quàm merebatur judicio, conatum *nimis* appellasse *temerarium*, propterea, quod, *repugnante Oriente & Occidente, reclamante experientia, dissentientibus primis mediis, & postremis Ecclesia Romanæ Doctoribus, perpetuum sustineret Ecclesiarum Orientalis & Occidentalis consensum*; & tali quidem libro, qui, si pauca quædam 9. 10. & 12. capitum libr. 3. excipias, in certaminibus Græco-Latinis ita occupatus est, ut consensus titulus non meliori ei competat jure, quam I. Cæsaris commentariis de Concordia Romano-Gallica, aut Pace Civili.

III. Quo quidem elogio Leonis bilis ita irritata fuit; ut magno nuper volumine atra loligine, convitiis, & sarcasmis, persperso, dicam mihi impegerit. Potuissem facilè par pari referre; & insulsis scommatibus sales, ex Plauto, reponere festivos: qui fortè commodius de suo mihi aliquid largitus esset, quàm quod ex feculenta *Labbæi* (vel solo nomine Germanis suspecti, & helleboro indigi) palude, ruptis omnibus moderationis cancellis, ille hausit. Ne ipse quidem vel *Apulejus* suum mihi denegàsset asinum, vel *Aesopus* μορμολύκειον, κεφαλὴν ἄτερ ἐγκεφάλου. si convitiis, ὡς ἐξ ἀμάξης, dejectis, non argumentis res confici posset. Sed lixarum & calonum, non eruditorum hæc certandi Methodus est. Memores sint, qui literas tractant humaniores, quod

Didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Nihil equidem Viro gravi indignius est, quàm turpi divortio Musas à Charitibus separare. A Christiano cumprimis Doctore longè abesse debet sceleratissimum convitiandi, & quidlibet exscreandi cacoethes. Quæ enim post effrænem rabiem, & insaniam effusam talium merces? Candidati censentur Sophronisterii; *quos non tàm indignatione, quasi decocta fama & æstimatione insanos, quàm commiseratione optimi quique prosequantur.* Quam laudem nuper suo scripto *Leo*, magni viri judicio, obtinuit. Et certè, qui ἐξ ὀνύχων haberi vult *Leo*; insulso latratu, & horrido rictu, canem prodere se non debet.

IV. Dubitavi, quod cursum vel modestæ Apologiæ sistere meritò posset, an operæ pretium esset, de eo multum laborare vel confellendo, vel in ordinem

dinem redigendo, qui nullo Ecclesiarum Græcæ & Latinæ authentico munitus privilegio, tantò μαρτύρων νέφει, densæ testium nubi se audet opponere. Qui, quod totus affirmat orbis, unus conatur in dubium vocare. Qui *dissensum*, quem ad ravim usque *Thomas*, *Antoninus*, *Nauclerus*, *Bellarminus*, imò ipse *Pius* IV. & non ita pridem *Ioh. Baptista Casalius*, *Honoratus Fabri*, scriptores Romani inculcarunt, in *assensum* primus tentat convertere. Non satis est alios rejecisse, superciliosè contemsisse, Schismatis infame nomen maximis nominibus impegisse, turpem inscitiam iis, qui Antistites erant Ecclesiæ Romanæ ab aliquot seculis exprobrâsse, (qui *Allatii* coccysinus, & crambe toties reposita) documentis opus & tabulis signatis, quibus τὸ ἔξοχον ἄλλων, καὶ ὑπέρτατον πάντων probetur. Negat *Allatius*, adhibendam fidem vel multis, vel primis Ecclesiarum Orientalium Præsidibus; dogmata non privatis Doctorum; sed publicis Synodorum æstimandà judijs. *Solenne est hoc Græcis* (ita Allat. de Consens. utriusque Eccles. de Purgat. pag 5.) *singularium hominum, etsi dignitate præfulgeant, etiam Patriarchali; dogmata, nisi synodali calculo & votis reliquorum Patriarcharum constabiliantur, inter alia dogmata non admittere. Clamet Constantinopolitanus, perstrepat Alexandrinus, tumultus concitet Antiochenus, reclamet Hierosolymitanus, deridiculo sunt Græcorum Ecclesiæ, si in unum omnes non conveniant.* Ostendendum ergò, *Allatio*, ne Andabatarum more pugnetur, quo Synodi decreto hujus, de dogmatibus & ritibus, constanter hactenus negatæ consensionis probandi, onus ita sibi impositum, ut judicio ejus & cadere velit & stare. Sed quid si Græci tale quid largiantur? A Latinis difficulter impetrabit palinodiam, quasi per aliquot secula frustra Ecclesiam Romani turbassent, aliis imposuissent, quòd idem cum Romanis non sentientibus Græcis hæreseon & schismatum exprobarunt monstra. Hic Rhodus! hic salta! Hunc ante omnia Leo eximere debuisset scrupulum, antequam ad Monomachiam alios provocaret. Cautius enim indies mercari discunt, quibus, cum privatis Romanensium Theologis negotium est, experientia edocti, lubricum esse, & penè inutilem temporis, ἀναλώματος πολυτελεστάτου jacturam, privata Doctorum excutere judicia, ubi posteriores priorum semper jugulant authoritatem. Nec vitio mihi Leo vertere posset, si, qui sub gurgustiorum Helveticorum, ut loquitur, crasso aëre natus, nondum didici, meritis illum suis consequutum esse Romæ, ut fastuosum illud acclamare soleant Pythagoræ discipuli: Αὐτὸς ἔφα; alia cum eo lege aut conditione agere detrectarem. Ficulneum enim, quod prætendere posset, ordinariæ censuræ, est subsidium: cùm splendidiori longè, & speciosiori contradicentium commendetur vinum hedera.

V. Etsi verò μήτε δόξης τοῦτο, μήτε ἐλπίδος, (nisi fortè Calendæ Græcæ tale quid afferant) placebit nihilominus simpliciter θέσιν φυλάττειν, & quàm imprudenter temerarii conatus suspicionem Allatius à se amoliri conetur, dispicere. Brevis hac ero vice, prodromum tantùm daturus; quid enim prolixis verborum opus est amoagibus, ubi rerum adsunt testimonia? Modestiæ etiam studebo, Adversarii φλυαρίαν καὶ ἄθυρον σόμα miseratus potiùs, quàm imitatus.

VI. Duo autem sunt, quibus Apologiam hanc, invito penè mihi extortam, absolvere constitui. Generaliter primùm, & in thesi, rectè *Allatium temeritatis accusari*, quòd imprudenter argumenti suscipiat patrocinium, quo & toti orbi contradicit vehementer, & Ecclesiæ Romanæ vehementissimè, ad oculum demonstrabo. Specialiter postea, & in hypothesi, ad controversa descendemus capita, quibus dissensus Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis à nobis stabilitur.

VII. In *Genere* ergò perpetuo Ecclesiarum Orientalium & Occidentalium consensui obstat.

Ecclesiæ Orientalis & occidentalis dissensus probatur I. Constanti utriusq; Ecclesiæ praxi

A. *Constans utriusque Ecclesiæ ab aliquot seculis praxis.* Id quod probare tam mihi videtur superfluum, quàm negare Allatio, Solem lucere, cùm meridianis ejus radiis fuerit perustus. De Photii actis, à quo Schismatis incunabula accersunt; ipse hinc inde prolixè loquitur Allatius; nos alibi, de excommunicationis fulmine, à Leone IX. contra Michaëlem Constantinopolitanum vibrato, de parallelismo inter *Græcos* & *turpissimos* quoslibet *hæreticos*, ex Baronio quædam inseruimus Histor. Eccles. Sec XI. pag. 250. De Michaelis ad Patriarcham Antiochenum reposita gravissima *variorum errorum* accusatione pag. 252. Antiocheni, in rebus quidem adiaphoris moderatione, in aliis verò dogmatum Romanensium execratione, pag. 256. De rigida Leonis censura, quam in Constantinopolitanum strinxit ob *oecumenici detestabilem*, ut vocat, *lamentabilem*, atque *sacrilegam* usurpationem, pag. 254. Coll Secul. XII. pag 299. Nec obscura esse poterant Leoni Græcorum & Latinorum, *Nili*, *Nicet. choniat. Matth. Paris.* Concil. Lateranens. testimonia, quibus secul. XI. palàm fecimus, divortium Ecclesiasticum inter Græcos & Latinos continuâsse (idque potissimum ob *mores & leges Paparum* intolerabiles, de quibus prolixè Sec. XIII. pag 325. Sec. XIV. pag. 680. 690. 694.) tanto animorum παροξυσμῷ, ut, quod postea audiemus, neque baptismi neque Sacræ Cœnæ mutuam probare, aut admittere voluerint administrationem. Reliquorum, ad nostra tempora, praxin jam non attingemus. Nonne hoc est in diversum abire, & planè cóntrariis scindi studiis?

II. Theoria, sive testimonij,

VIII. Praxis hæc est superiorum seculorum; Theoria succedit, id est, Doctorum Græcorum & Latinorum de mutuo dissensu perpetuus consensus, qui

qui adeò obvius ubique est, ut ἀναντίρρητον sit, neque Romam credere, vera scripsisse Allatium, neque Constantinopolin. Et certè, *Roma credat*, perpetuam utriusque Ecclesiæ consensionem, quàm *Pius 14.* Bulla sua de Græcis in regno Neapolitano & Siciliæ secundùm mores & ritus Ecclesiæ viventibus, sustulit: *In diversas*, inquit, *hæreticas, nefariásque opiniones, & absurda deliramenta passim prolabuntur, asserentes inter alias eorum blasphemias, nullum esse defunctorum purgatorium, Romanorum Pontificem aliquam in eo jurisdictionem vel authoritatem habere negantes, indulgentias ab illo concessas damnantes, Ecclesiasticas sententias & censuras ab eo latas spernentes, sanctissimæ Dei genetricis Virginis Mariæ, Beatorum Apostolorum, & aliorum Dei Sanctorum festivitates ab Ecclesia Romana, Sanctísque Patribus ordinatas, non observantes.* Quid verò, si hic sit *error* facti? Hunc Pontifici tribui posse, olim docuit Bellarminus de summ. Pontif. l. 4. v. 2. *Baronius* ad an. Chr. 81. 6. 39. totáque propemodum Ecclesia Romana, prout ex nuperæ Theologorum quorundam, Gallorum Iesuitis opposita, manifestum est declaratione, cui titulus, *la novelle heresie des Jesuites Souteuïe publiquement à Paris, dans le College de Clermont par des Theses imprimes du 12. Decemb. 1661. denonce à tous les Evesques de France.* Sed alia jam obtinet Theologia, & quidem occasione Schismatis Græcorum, quod vocant, introducta. Verba theseos c. 19. & 20. ita habent: *Hoc tandem seculo schisma Photij invalescens Græcos ab Ecclesiæ capite disjunxit: Christum nos ita caput agnoscimus, ut illius regimen dum in cælos abijt primùm Petro, tum deinde successoribus commiserit: Et eandem, quam habebat ipse, infallibilitatem concesserit, quoties ex Cathedra loquerentur. 20. Datur ergo in Ecclesia Romana controversiarum fidei judex infallibilis, etiam extra concilium generale, tum in quæstionibus juris, tum facti. Unde post Innocentium. X. & Alexandri VII. constitutiones fide divina credi potest, librum, cui titulus. Augustinus Jansenij esse hæreticum, & 5. propositiones ex eo decerptas, esse Jansenij, & in sensu Jansenij damnatas.* Hanc quidem thesin, ceu hæreticam, qua fidei Catholicæ fundamentum & Ecclesiæ Gallicanæ doctrina concutiuntur, reliqui Theologi Parisienses Publico scripto damnarunt, cui mox Iesuitæ Expositionem opposuerunt, qua absolutam tuentur 1, Christum concessisse Petro, ejusque

A. Latinorum.

succes-

successoribus, cùm ex Cathedra loquerentur, eandem quam habebat ipse infallibilitatem. 2. Dari in Ecclesia Controversiarum fidei judicem infallibilem etiam extra Concilium generale. 3. Infallibilitatem illam in Controversijs fidei spectare quæstiones tum juris tum facti. 4. Inde sequi, post Innocentii. X. & Alexandri. VII. Constitutiones fide divina credi posse librum Iansenii cui titulus Augustinus, esse hæreticum, & quinque propositiones ex eo decerptas, esse Iansenij, & in sensu Iansenij damnatas; Sed mox reliquorum successit censura, *hac expositione Jesuitas non modò non ejurâsse assertam à se hæresin, verùm etiam confirmare, & eandem summo Pontifici, Clero Gallicano, ac Sorbonæ, nec non Doctori Angelico effingere* non vereri. Imò prolixiori scripto, *les illusion des Jesuites dans leur escrit intitule, Expositio* theseos in Collegio Clarimontano propositæ d. 12. Decembris 1661. *pour empescher la condemnation de leur novelle heresie* &c. quo authores ostendunt, mirandum esse, thesin adeò plenam impietatis & scandali non modò abijs assertam sed & plenius vindicatam. Sed hæc hujus loci non sunt, Roma credat vera scripsisse Allatium, quæ ex *Bellarmino* didicit, Græcos esse *hæreticos*? Bellar Tom. 1. l. 21. de Christo c. 21. Dogma Græcorum de processione Sp. S. à solo Patre expressè vocat *hæresin*. Nonne hoc est dissentire? Et c. 28. *Necessarium est ad salutem, non credere Spiritum Sactum à solo Patre procedere. Ergò orta hæresi, quæ docebat Spiritum à solo procedere Patre &c.* c. 30. concludit disputationem, ut ait, testimonio divino: *Deus multis modis post exortum Schisma*) per annos 800.) ostendit, utri *errent, Græci an Latini &c.* Tom. 11. libr. 4. c. 8. de Nota Ecclesiæ quinta; *Quòd apud Græcos non sit Ecclesia, probamus alio modo, quia nimirum convicti sunt legitimè in tribus plenariis Conciliis, Lateranensi, Lugdunensi & Florentino de Schismate & Hæresi.* Et Azor. Institut. Moral. P. 11. l. 4 c. 15. *Quo tempore & quâ ratione Græcorum Ecclesia à Romani Pontificis potestate & Jurisdictione se subtraxerit*; causas enarrat defectionis illius, quas inter prima, *levitas Græcorum vel in excogitandis vel in defendendis hæresium aut Schismatum occasionibus.* Quarta, *quòd Pontifex Romanus Græcorum Imperatores ob hæresin urbis Romæ & magna ex parte Italiæ privâsset Imperio.* Atque hoc constans & perpetuum Doctorum Romanorum, de Græcorum & Latinorum (non Schismaticorum; sed Ecclesiæ; quod ex antithesi satis manifestè patet) est, dissensione judicium.

IX. Neque

IX. Neque verò eorum hic tantùm stylus est, qui pluribus abhinc vivere desierunt annis, quique nova hæc Leonis mysteria nondum noverunt; recentissimi, etiam Leone posteriores, vel Synchroni saltem scriptores, & Romani quidem, Romæ nati & educati, veterum constanter defenderunt de perpetuo dissensu sententiam. Prodiit anno hujus seculi 47. *Iohannis Baptistæ Casalii*, Romani; de Veteribus Sacris Christianorum ritibus explanatio. Et patrem Romanum, & Patriam Romanam, & obstetricantes Romanos agnoscit hic fætus fautores. Extraneorum etiam Theologorum & Iurisconsultorum accesserunt judicia; adeò ut scriptum exceptione videatur omni majus. Quàm verò ignotum illi Leo minum de perpetuo consensu est monstrum? *Græcos* (sic intrepidè suis verbis meam contra Allatium jam tum expressit memem) *postquam renunciârunt Electioni, curasse, ut unus ex suis eligeretur Romanus Pontifex.* p.347. *Eosdem falsas criminationes in Ecclesiam Romanam induxisse*; Ib. *Sedem Constantinopolitanam multarum hæresium genetricem, credere dedignatam esse Romanæ Ecclesiæ.* Ib. *Ecclesiam Græcam* (*Ecclesiam*, inquit, non conflugem, aut colluviem Schismaticorum, quæ perpetua & sola Allatii exceptio est) *ab Ecclesiâ Romana sejunctam, iterum in Florentina synodo unitam; sed deinde omnia perturbata, & plurima, juniorum hæreticorum dogmata amplexatos fuisse.* pag.348. Et paulò post: *Damnatur Græcorum opinio, qui non credunt extare locum Purgatorii.* c.88 & c 90. *Primatus Ecclesiæ Romanæ contra opinionem Græcorum firmatur.* Cætera lectoris relinquo industriæ, quæ prolixa serie de Græcorum & Latinorum dissensu pertractat Author, tota P.V. operis citati. — Et post *Casalium*, Iesuita Honoratus Fabri, Romæ Anno 1656. scripsit: *Mira est hujusmodi hæreticorum aut Schismaticorum* (*Græcos intelligit*) *indoles, qui toties errores suos ejurârunt Ecclesiæ Romanæ reconciliati; ut deinde ad vomitum redierint. Quater & decies conversos ac relapsos esse, antiquis Historiarum monumentis traditum est*; Libr. 3. oper. Indifferent. hujus sec. oppos. I. nunc, Allatij, & Iudæo apellæ persuade, vera te scripsisse; Romanis tuis hactenus persuadere non potuisti.

X. Sed frustra numerus objicitur contradicentium: *Allatius Græcus est, inter Græcos enutritus. Huic uni major adhibenda fides, quàm sexcentis aliis. Cæteri remotiores & à regione, & religione Græcorum, rumore potiùs abrepti, quàm ~~de rei~~ veritate edocti scripserunt.* Ita ipse sibi blandit ur *Allatius.* Ita assentitur, vel assentatur potiùs

Forerus Quid verò, si ne illi Romanæ Ecclesiæ lumini, qui communem cum Allatio habent patriam Orientem, eandem Religionem, Pontificiam, viderint, quod emissitiis suis oculis tribuit *Allatius*? Vnus ἔξοχος ἄλλων, *Gabriel Sion.* de Vrbib. & morib. Oriental. c.14. *Melchitæ & Græci, qui per totum Orientem longè latèque sunt sparsi, Spiritum Sanctum à solo Patre procedere, purgatorium nullibi existere, pessimè crediderunt; indeque illis odium intestinum in summum Pontificem, atque in omnes ei in spiritualibus subjectos, ita ut eidem veracissimo Christi in terrenis vicario primatum pertinaciter abnegent.* Ita ingenuus ille vir scapham appellat scapham. Idem planè de Melkitis sive Græcis Arabibus judicium est *Ioh. Morini* de Ordinat. Eccles. pag. 478. Collat. cum *Ecchell.* Not. ad Ebed. Iesu, Biblioth pag. 168.

B. Orientalium, etsi Pontificiorum.

C. Eorum, qui conciliationem facilem esse ducunt.

XI. Quid? quòd illi etiam, qui conciliationem Græco Latinam facilem esse ducunt, & ad extenuandum dissensum omnem movent lapidem, non tamen propterea Græcos cum Latinis perpetuò consensisse asserere sunt ausi. Et talis quidem est ex Latinis *Antonius Possevinus* Iesuita, rerum & ingeniorum Græcorum minimè ignarus. Hic *Bibl. Select.* libr. 6. impendit totum Græcis, ibidemque, eos vel convertendi vel confundendi, rationes varias præscribit. c. 1. *Ostendit, quando apud Græcos religio fuerit corrupta? Cur post habitas Synodos in errore perstiterint? Cur ne ultimi quidem Pontificum conatus ad votum successerint?* c. 2. *Causas tàm externas, quàm internas exponit decem, cur inter Græcos & Latinos tanta sint in religione dissidia? Sed &* cap. 9. mentionem facit Thomæ, qui ad Vrbanum IV. libellum scripserit de Græcorum erroribus, cujus 32. c. asserit, *non minus solvi Jesum ab iis, qui Sp. S. processionem à Patre & Filio negarent, quàm solvi tentatum sit ab Ario, Macedonio, Nestorio, &c.* Ex Græcis *consulatur Joh. Plusiade. discept. pro Concil. Florent. Orth. Græc.* p. 600. 623.

XII. Quid verò singulorum Ecclesiæ Romanæ Doctorum opus est, testimoniis? Non credo vel Romæ, vel uspiam inter Romanos cordatos (eos enim, quibus pro sincipite cucurbita est, & qui delirorum instar, quod libenter vellent, suaviter somniare solent, libenter excipio) adeò hospitem tàm experientiæ, quàm Historiarum haberi velle, qui consensum utriusque Ecclesiæ perpetuum ausit urgere. Solus est Leo Allatius, qui, contra testimonium sensus & consensus, penè omnium, uno atque altero recentioti, iisdem ἀργυρέοις θέλεσι confosso, in partes tracto, asserere audet, Romæ cum Græcia per omnia convenire. Hoc verò annon est temerarium? Nonne alastorie

ſtoris eſt, ταυτῃ τῇ ὑποθέσει ἀδελφοῦν, toti ſe opponere orbi; cæteros ceu fungos & blennos contemnere, & in ipſos etiam purpuratos dictaturam exercere?

XIII. Atque ſic evidenter ſatis patet, Theologorum Pontificiorum, non Eurpæorum tantùm], ſed & (ut deſinat adverſarius patriæ privilegium, & natalium Græcorum prærogativam objicere) Aſiaticorum teſtimoniis, & querelis conſtare, diſſentire ab Eccleſia Romana, non manipulum Schiſmaticorum (quod frivolum Allatii κρηνοφύγετον eſt) ſed, *Bellarmino, Caſalio*, cæteris teſtibus, ipſam Eccleſiam; diſſentire, non χθὲς ἢ πρόχθες, *ſed inde*, concedente *Caſalio* l. c. pag. 346. *à tempore Iuſtiniani Imperatoris*, diſſentire non ex infirmitate unum & alterum annum, ſed teſte eodem pag. 347. à *Romanæ Eccleſiæ conſuetudine nimis pertinaciter*, p. 347. *adeò, ut præterea nihil fere inter Græcum Schiſmaticum, & hæreticos Latinæ Eccleſiæ intereſſe videatur*; Ib. *Tantis autem hæreſibus continuo fermentatam eſſe, ut mirum videri non debeat, quòd etiam de fermento immolet*, pag. 347. Denique pag. 347. blaſphemias illis tribuit, cujusmodi ſunt, *negare Purgatorium, negare Pontificem in eos habere jurisdictionem; Damnare ejus indulgentias & Eccleſiaſticas cenſuras*. Quid à me, quæſo aſſeritur, quod toridem verbis Romanus mihi Scriptor non ſuppeditet, Romæ editus & approbatus? Et tamen ego luo, ego ineptus, maledicus: Ille vir bonus, doctus, defenſor veritatis Catholicæ. Nempe Cajus Sejus bonus vir, ſed quia Chriſtianus, ſupplicio dignus!

XIV. Scio, ubi de ineunda concordia Latini agitârunt conſilia, paulò moderatiùs eos ſæpe, non ſemper (quo enim loco apud Latinos etiam tum fuerint Græci, dicat decretum Concilij Baſilienſis, quod ſecum attulerunt Conſtantinopoli Legati ejus, ubi Patres Concilij profitentur, ſe paratos eſſe τὴν παλαιὰν τῶν Γραικῶν αἵρεσιν, antiquam Græcorum hæreſin corrigere, *Sgurop.* S. 2. c. 28.) loeutos fuiſſe, impurum hæreticorum nomen vel excuſâſſe, vel planè à Græc. ſublatum voluiſſe, ſed ne ſic quidem cicatrix coaluit. Adeò obeſæ Græcorum nares non erant, quin fraudem ſubolfacerent. Tale lenocinium in *Actis* occurrit *Concil. Florent. Sylveſtri Sguropuli*, magni Eccleſiarchæ, qui, unus è quinque Crucigeris & intimis conſiliariis Patriarchæ Conſtantinopolitani interfuit, editis nuper & translatis per *Robertum Creygthon* S. S. Th. D. ubi Sect. 11. c. 28. decreto de Græcorum à multis annis, *inveterata hæreſi* ſuecidenda, Græci graviſsimè fuerunt offenſi. Ad pag. 9. πάνυ θαυμάζομεν πῶς λέγετε τοῦτο τίς γὰρ εἶπε ποτὲ τοῦτο ὑμῖν, ἢ ποίαν αἵρεσιν ἔχομεν ἡμεῖς, οἱ μηδὲν ὅλως παρεκβάντες, ἢ παραπαλαίσαντές τι ἀπὸ τῶν ἀποστολικῶν,

λικῶν, καὶ συνοδικῶν, καὶ πατρικῶν παραδόσεων; *Certè nunquam satis admirari possumus, quâ fronte hæc de nobis fingatis? Aut quibus unquam venit in mentem, præterquam vobis, nos infami hæreticorum nomine perspergere? A quæ, qualisve esset hæc prodigiosa hæresis quam alimus, qui nec unquam à profitendis Apostolorum scriptis, conciliorum regulis, aut Patrum traditionibus ne latum quidem defleximus; vel incerto aut vecordi animo inconstantius fluctuavimus?* Latini verò c.29. cùm omnem excusandi rationem injissent, culpâ in amanuensis incuriam translatâ: Ἀπλῶς, ὅτως ἐγράφη παρὰ τοῦ Γραμματικοῦ, obtulissent etiam, se id per publicum testaturos præconem, Græci protinus οὐκ ἐστὶ θεραπεία ὃ λέγετε ποιῆσαι πρὸς ἡμᾶς λόγος. πῦ γὰρ φανεῖται ἡ διὰ τῶν λόγων θεραπεία, ἢ πῶς ἔσται ἡμῖν τίμιον, ὅταν δεξώμεθα τὸ Δεκρέτον ὡς ἔχει, καὶ προτείνωμεν τοῦτο ὡς δικαίωμα ἡμῶν; vos, inquiunt, *non dicitis nos hæreticos, verbale solatium: at Decretum dicit: Et quid proderit fumosum in dictionibus malagma, cùm res ipsa clamet? Quomodo nobis non erit inhonestum, ut nunc id habet Decretum admittere, & ut innocentiæ nostræ præsidium protendere?* Qui etiam fluctus post longam disquisitionem, nihil non Latinis cedentibus, ægrè compesci potuerunt. Quòd tamen gravius postea vulnus recruduit, quando οἱ μὲν τοι λατῖνοι κατὰ τῶν ἑλλήνων, ὅτι ἔχωσι αἱρέσεις νόθους, καὶ γράψαντες ἐν τετραδίοις ἐπ' ἀγορᾶς πρὸς διάπρασιν προετίθουν, *Id est.*

Latini infamiam de Græcis sparserunt, quòd hæreses non minùs 54. profiteantur, nec verbis id modò asseruêre, sed & scriptis propalavêrè, in militum stationibus fori præsidio excubantium, programmata de his in foro venunda publicaverunt; utor verbis ejusdem authoris S.6.c.4. Quæ querela in fascinati Patriarchæ sinum deposita, etsi rejecta ab illo fuit, ignominia tamen cæterorum mentibus altè inhæsit.

XV. Ast enim, quid si Romæ elephas hic musca esset? microscopion Romam falleret? Græcia tamen multorum annorum flexu consensûs Allatiani suaviludium ignoravit. Et *primò* quidem illi, qui ἄσπονδον Romæ indixerunt bellum, magno referunt numero, tum in Discept. *Iohan. Plusiaden.* pro Concil. Florent. Græc. Orthod. pag. 591. ἔχομεν Φώτιον πρῶτον κατὰ λατίνων ἐκθέντα βιβλίον μετ' αὐτὸν ἐν πολλοὺς καὶ καλοὺς, τὸν Φιλόσοφον Μιχαὴλ, τὸν Ψελλὸν, Νεῖλον Καβάσιλα, Μεθώνης Νικόλαον,

P. Græcorum.

Νεῖλον

Νεῖλον Ῥόδιον, Μοσχάμπαρά τινα, Φουρνῆν τὸν Φιλόσοφον, Καματηρὸν τὸν γενναῖον, Βαρλαάμ τινα μοναχὸν Καλαβρὸν, παλαμᾶν τὸν σοφὸν, θεοφύλακτον Βουλγαρίας, ἄλλον Βουλγαρίας Ματθαῖον, καὶ ἄλλους πλείους. *Habemus Photium, qui contra Latinos primus librum conscripsit, post multos & probos, Philosophum Monachum Psellum, Nilum Cabasilam, Methonensem, Nicolaum Nilum, Rhodium Moschampara quendam, Phurnem Philosophum, Camaterum generosum, Barlaamum quendam Monachum Calabrum, Palamam Sapientem, Theophylactum, Bulgariæ, alium Bulgar. Matthæum, & alios plurimos.* Neque negat *Allatius* dissentire Stethatum Nicetam, Nilum Cabasilam, Marcum Ephesium, Iosephum Bryennium, Macarium, Ancyranum Gemistum, Scholarium, Coresium, *Tractatu* in me edito, pag. 8. quibus de *Purgat.* pag. 3. addit Barlaamum Monachum, Manuelem Rhetorem Peloponesum, Gabrielem Severum Philadelphiensem. Sed καθάρματα hæc Leoni sunt, & capita Sacra, quæ Ecclesiam Græcam non faciunt, schismatici, & pacis turbatores. Μέγα λίαν αἴτημα! Quis judicem Leonem constituit, ut de Ecclesia Græca vel vera, vel falsa judicaret? Si non faciunt tot magna Ecclesiæ Græcæ Antistitum nomina Ecclesiam Græcam collectivam, quod nolumus, eximia certè repræsentativæ columina sunt, quod nobis satis est. Quorum proinde authoritas tam diu meritò valet, valitura etiam est deinceps, donec publicis Conciliorum Græcorum decretis, suppressam esse, Allatius ostenderit. Sufficiat constare, & Græciæ φωστῆρας perpetuum Leonis ridere atque rejicere consensum, id quod prolixè alibi probatum à nobis est, *Histor. Eccles.* Sec. XII. p. 325. 328. secul. XVI. pag 62. & 74. &, qui sic de Ecclesia sunt meriti, in Divorum Catalogum esse relatos, quod exemplo probatur, Palamæ, *Orthod. Græc.* p. 809. Deinde illis etiam, quibus ex Græcis, ut schismatis cruda cicatrix coalesceret, curæ fuit, negare tamen unquam certatum fuisse, ne per febrim quidem aut somnium venit in mentem. *Veccus*, Patriarcha Constantinopolitanus magna semper contentione contra Romanos à Græcis fuisse pugnatum, observat Orat. I. de un. Eccles. pag. 68. Certamen fuisse *diuturnum* fatetur, p. 70. Græcos Romanis duo principia tribuisse; *Orthod. Græc.* pag. 226. *Hist. Concil. Florent.* 22. 34. pag. 35. Græcorum Imperatorum meminit σχίσματος πολυχρονίου φέγγεσι χρόνοις ἔχοντος, *Schismatis quingentorum fermè annorum.*

XVI. Imò & Latini de Græcorum rigore ubique movent querelas. *Azor.* P. II. lib 4. 15. *Eò usque; inquit; Græcorum odium & invidia processit adversus Romanum Pontificem, & Ecclesiam Latinam, ut Mi-*

III. Injuriæ Græcorum & Latinorum mutuas eandem probant.

chaël Theophili & Theodori filius, Constantinopolitanus Imperator, cum Ignatium Patriarcham inique è Pontificia dignitate dejiciendum curaret, & ob eam rem à Pontifice Romano jure reprehenderetur, *eò insaniæ proruperit*, ut Linguæ Latinæ injuriam irrogans, in Epistola sua eam appellaverit Barbaram & Scythicam. *Sub Constantino Monacho, Græci Constantinopolitani omnes Latinorum Ecclesias, quæ penes ipsos erant clauserunt, & Monachis cœnobia abstulerunt, nisi Græcorum viverent moribus & institutis. Imò eò usque furoris & dementiæ Græci devenerunt, ut si quando Sacerdotes Latini super eorum altari Sacris operarentur, non prius ipsi sacrificare vellent in illis, quàm ea, tanquam per hoc inquinata & polluta abluerent, & expiarent, baptizatos etiam à Latinis,* rebaptizare temerè solebant, &c. De quo anabaptismo, etiam Latinorum reciproco, consuli potest *Iob. Morin* De Ordinat. P. III. Exercit. 1. c. S. 12. qui & ipse de hoc schismate, quod ab anno 860. adeòque Photio accersit, ejus verò ἀκμὴν an. Chr. 1053. ostendit, operosè agit P. 1. c. 2. & seqq qua tota Disputatione ægrè tandem [illegible] cinationem, ab alterutra Ecclesia factam, utrinque ratam fuisse habitam, obtinere potest. De Baptismo certè illud simpliciter asserere non audet vide sup. disput. de *Baptis.* p. 94. Et *Genebrard* an. Chr. 1018. *Græci*, inquit, *ad pristinum errorem relapsi sunt, Sp. S. procedere à solo Patre insonantes, & Romanam Ecclesiam excommunicantes.* Quin, & Græci alios etiam, cum Romana Ecclesia pacem inituros, hæreseos statim labe asperserunt. Unde idem *Genb.* occasione Armenorum, quibus Monophysitarum errorem Græci impegerunt an. Chr. 1154. pag 609. *Illo*, inquit, *artificio Græci usi sunt sæpius, ut quos cernerent in sedem Apostolicam propensos, hæreseos infamia traducerent.* Nonne ergò hoc est κορυβαντιᾶν, & tenebras appellare lucem.

IV. Conatus & studia sanciendi concordiam.

XVII. Non diffitemur, sarciendæ & sanciendæ concordiæ Romanos navam impendisse operam. Inde verò colligimus, *non semper eam fuisse.* Nam quod resarciri debet vel restaurari, ruptum aut diruptum esse necesse est. Duodecies illud contigisse, aut quaterdecies fatentur Pontificii, *Anton. Azor. Casal. Fab.* Ne nunc quidem tollendis dissidiis, viam repertam tutam, *Possev.* querela est. Hujus argumenti vim, ut rectiùs assequamur, observandum est distinctè, *A. concordiam sæpè fuisse quæsitam.* Atque hoc extra controversiæ aleam ponendum est. Probant hoc acta Concilii Barensis an. Chr. 109. Lugdunensis. 1274. Florentini. 1439. B *Græcos, viribus attritos, & Othomannica militia oppressos*

oppressos, spe auxiliorum impetrandorum multa Romanæ Ecclesiæ obtulisse, ægrè tamen *aliquem è paucis pretio conductis, emendicare, à cæteris, quibus meliori de luto Deus præcordia finxit, nullum elicere potuisse assensum.* Legantur acta Concilii Florentini suprà citata, quæ, quanti constiterit Pontifici vel simulatam quorundam ad tempus unionem extorquere, palàm faciunt. Cùm (ut vel pauca quædam in medium ex illis proferamus) Patriarcha, cujus studia Romæ erant addictissima, à Papa templum vopoposcisset, in quo solennia Paschatis jam præ foribus, cum suis peragere, plurimis illud Græcis displicuit, maximè verò Gregorio Confessario: ὅτος διέπυρε καὶ ἐμέμψατο λίαν τὸ πρᾶγμα καὶ ἀπεστέρετο τοὺς τοῦτο ἀποδεχομένους ὡς διὰ τούτου τοῦ μετὰ τῶν λατίνων ἕνωσιν προμηθουμένων ὡς μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν τῶν δεικνυόντων αὐτὸν μὴ προσδεχόμενον τὰ τῶν λατίνων, εἶπε καὶ τοῦτο ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ πάντων ἡμῶν. Ὡς ἐγὼ ὅταν εἰς ναὸν εἰσέλθω λατίνων οὐ προσκυνῶ τινὰ τῶν ἐκεῖσε ἁγίων. ἐπεὶ οὐδὲ γνωρίζω τινὰ τὸν χριστὸν ἴσως μόνον γνωρίζω, ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνον προσκυνῶ, διὰ ὅτι οὐκ οἶδα πῶς ἐπιγράφεται *qui mirabilem detonuit, vehementerque in facinus illud despuit; quin & repulit à se, quos novit huic incepto favere, tanquam Sycophantas unionem cum Latinis ambitiosè nimis & intempestivè procantes. Quo argumento, & aliis quam plurimis satis evidenter, tum nobis innotuit* Gregorius, *quòd nec novarum factionum partibus studeret, nec omnino saperet Latinismum. Quin & hoc insuper adjecit memorabile dictum coram Patriarcha, Archiepiscopis & nobis omnibus: Quoties, inquit, ascendo in aliquam Latinorum ædem Sacram, nullam adoro imaginem alicujus Sancti, ex iis omnibus quos illic contemplor, quia illorum Sanctorum novi neminem: Christum fortasse solum novi; sed nec Christum in eorum templis adoro; quia nescio, quibus fidei titulis ac præscriptionibus definitus mihi proponitur adorandus.* Hoc animo coierunt Henotici Florentini! Quam difficulter impetrari à quibusdam, ipsis in subsidium vocatis Grammaticis, ne deesset suffragantium numerus, poterat consensus, in recipiendo, diu satis controverso additamento *Filioque*; illis approbantibus, his reprobantibus appendicem? Sect. 8. c. 15. Et cùm plura jam Graecis ipsis largiti essent, quàm cæteri in ipso etiam Imperatore laudarent, (usque adeò ut *Monembasianus* Imperatorem, unionis speciosum nomen importunè nimis urgentem, ita compellarit,

pellàrit, *Precor tuam Majestatem, ut sibi maximè prospiciat, ne rem ita nunc gerat, quemadmodum olim Dominus Imperator Michael dictus Latinissans, & cum pari successu)* movendi tamen scrupulos Latinis materiam tantùm suppeditârunt, ut ex Sect. 8. c. 16. patet. Cùm qui concordiam præ aliis commendârunt negâssent *Latinos haereticos esse*, concilio ter Ephesinus Episcopus tempestem illorum amari sale detricuit. Ἔφη αἵρεσις εἶναι, ἣ ὅτως εἶχον αὐτῷ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν. *Imò*, inquit, *& ipse ego haeresim proclamo, & idem senserunt, qui me seculis antecesserunt.* Iussus majori uti moderatione, respondit, ὃ συγχωρεῖ συγκατάβασις εἰς τὰ πρὸ τῆς πίστεως, *In propugnandâ fide nullam remissionem vitio carere*, Sect. 9. cap. 5. 6. Et quanquam ipsi Graeci subscriptionem suam ἀργυρώνητον vocari noluerint, certum tamen, eo illos loco habitos ab ipsis Latinis, ceu liquet Sect. 10. c. 4. Τὰ τοιαῦτα λάθρα πρός τινας ἀδιαφόρους, καὶ ἀναιδεῖς διδόμενα, τινὰ μὲν πρὸ τῆς ἑνώσεως, τὰ δὲ πλείω μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἔδοσαν ἀφορμὰς τοῖς βουλομένοις σκώπτειν, καὶ λέγειν ὅτι ἐλάμβανον φλωρία καὶ ὑπέγραφον. *Haec Papae missilia clanculum sparsa inter homines mediocris fortunae, & perfrictae frontis, nonnulla ante, sed multò plura post unionem, occasionem praebuere nostram Gentem hoc commente subsannandi, Graeci acceptis prius florenis tum demum subscripserunt, quòd falsò imputabatur.* Quibus artibus subscriptio unionis fuerit solicitata c. 6. S. 5. luculenter idem prodit. Observatum est, ad subscriptionem fuisse admissos, quos decreta veterum rejecerunt. Cæteri, quibus jure hoc competebat, subscribere jussi, *quomodo*, inquiunt, *subscribere poterimus, cui nec suffragati sumus, quod nec approbamus, sed credimus Ecclesiae dogmatibus contrarium ac adversum? Et quanquam ante mortem Patriarchae sæpe numero ad id nos solicitaverit, tamen ad extremum immoti permansimus. Et nunc eandem Imperator nos retinere mentem intelligat: Nolumus definitioni subscribere, aut unionis celebritatem condecorare.* Cumque ultrò citroque inter Imperatorem & Clerum de unione multa agitarentur, illi, quibus subscriptio suspecta semper erat & molesta, temporum periculis aliquid dandum rati sunt, præmissa tamen protestatione; *se nec sponte, nec consilio proprio, quod factum est, approbare; dogma Latinorum, ut orthodoxum Ecclesia Graeca doctrinam credere.* Οἶδε ὁ θεὸς, τὴν διάθεσιν τῆς ψυ-

χῆς

χης μου, ὅτι ὁ στέργω τοῦτο, οὐδ' ἑκουσίως ὑπογράφω. Καὶ ἀπέμενεν εἰς τὴν ἀνωλαγχνίαν ἐκείνου ποιῶ ὃν τοῦτο κατὰ τὸ παρὸν, καὶ πάλιν ἔξεστί μοι πρᾶξαι ὃ βούλομαι εἰς ἐμαυτόν. *Appello* (verba sunt *Sguropul.* S.10.c.7.) *omnia scrutantem Deum, qui animæ meæ penetralia pervaait, quod nec lubenter unionem suscipio, nec definitionem scribo, sed precans ad Divinæ Misericordiæ alas confugio: Et licet invitus hæc pro præsenti incommodo præstare impellor, postea tamen mihi licebit quamcunque velim canere palinodiam.* Memorabile cum primis est Legatorum Anglorum, cum Græcis de unita concordia, colloquium, quod extat S.10.c.18. Ampullas Philippus Diaconus Græcus, jactavit & sesquipedalia verba, de unione; rogatus verò ultra pars cessisset: ὅτε ἡμεῖς προσήλθομεν τῇ δόξῃ τῶν λατίνων, οὐδ' οἱ λατῖνοι τῇ τῶν γραικῶν. ἀλλ' ἐθεωρήθησαν καθ' ἑαυτὰς αἱ δόξαι παρ' ἑκατέρου μέρους καὶ ἐρέθησαν σύμφωνοι, καὶ ὡς μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀνεφάνη δόξα. *Neutra*, inquit, *neque nos Latinorum opinionem amplexi sumus, nec Latini nostram, sed utriusque Ecclesiæ dogmata ab utraque Ecclesia expensa, sic concordare videbantur; ut licèt diversa, tamen unum idemque dogma judicata sint.* Quod cùm Legati audivissent, οὐδὲ ἡ ἕνωσις ἣν ὑμεῖς λέγετε ἐστὶν ἕνωσις, οὐδὲ προσήκει ὅλως λέγειν αὐτὴν ἕνωσιν *profectò*, inquiunt, *nec ea, quam vos appellatis unionem, meretur nomen unionis, nec omninò convenit eam pro unione æstimare. Quod* judicium *prudens & argutum*, secúmque *commune* ipsi commendârunt Græci, Ἐπαινοῦσι. Ecquod aliud de tali expectari poterat Synodo, judicium, quæ tot infamis esset strophis & technis, ut ipse etiam *Sguropul.* aliorum sententiis rogatis, concludat, Sect.10.c.19. Οὕτως ὃν γεγονότος τοῦ ὅρου, καὶ τῶν ἐπισκόπων τοιαύτην εἴδησιν ἐχόντων, πρὸς τὰ ἐμπεφιλημμένων αὐτῶν, καὶ τοσούτων ῥαδιουργημάτων καὶ συσκευῶν γεγενημένων ὥστε κατασκευασθῆναι σκοπεῖτωσαν οἱ βουλόμενοι, εἰ χρὴ λογίζεσθαι τὸν τοιοῦτον ὅρον, ὡς ἀπόφασιν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ εἰ χρὴ τὴν οὕτω γεγενῆσαν ἕνωσιν ὡς ἀληθῆ καὶ ἀναντίῤῥητον στέργειν ἕνωσιν καὶ ἡ ἐναντιοῦν ἀποφάσει συνοδικῇ οἱ τὴν ἕνωσιν καὶ τὸν ὅρον μὴ στέργοντες. *Cùm ad hunc modum definitio compaginata prodiret, & Episcopi tam parùm intelligerent, quid in eadem comprehenderetur, & cùm tot facinorosæ [illegible] ac subdolæ machinationes usurpatæ concurrerint ad eam compingendam, judicent*

qui volent, an hac universalis Synodi definitio haberi debeat, aut illa duarum gentium vera unio; vel an illos proscribi oporteat, tanquam legum Synodicarum adversarios, qui utramque & unionem & definitionem confirmare recusaverint? Quid post reditum ex Concilio factum Sacris Constantinopoli, idem optima fide refert, πάντων αὐτόπτης καὶ αὐτήκοος. Quanta ἀληθοποιΐα in mentitam unionem Florentinam invehitur *Heracleensis* S. 12. c. 2, Quanta plebs religione à Sacris eorum, qui Latinis imbuti erant novitatibus, abstinuerunt? Frustrà auditores convocantur, mensę instruuntur, ab iis qui *Latinismi lepra erant tacti*; Sect. 12. c. 5 Qui subscripserunt, authoritate Imperatoria adducti, minis coacti, domum reversi pœnitentia ducuntur, subscriptionem rescindunt (imò ἀνθελλιτουργικῷ λόγῳ Latinos aggrediuntur; *Ioh. Plusiad.* discept. pro Concil. Flor. Orthod Græc. c. 1. pag. 611. 618.) veniàmque delicti à Deo supplices flagitant, Patriarchæ obsequia detrectant, officia publica resignant, unionémque qualibet data occasione proscindunt, eò usque, ut etiam Imperator ipse ad se sequestros vocatos, ita affatus sit: *Non est laudabile quod facitis, qui Patriarcham deseritis, vestras dignitates abdicatis, aliósque in vestrum errorem abducitis, quantum ad unionem, quam vos ipsi fabricâstis, & definitioni subscripsistis.*

XVI. Ita de Florentina Synodo, ipsi qui interfuerunt *Græci*. Neque certè aliter *Latini*, quod ex actis patet, quæ cum *Nilo* & *Barlaamo* prodierunt, *Naucler.* Generat. 48 pag. 278. Et *Genebrard.* Chronic. pag. 718. *Græci ferè omnes cum Johanne Imperatore Constantinopolim è Florentina Synodo reversi, fiunt infensi Romano Pontifici, quòd ab eo tantum auxilii, quantum erat pollicitus, non acciperent, & conventioni, quam cum Latinis de religione iniverunt, non stantes, iterum ad vomitum redeunt, auctoribus Marco Episcopo Ephesino, & Scholario Græcorum doctissimis. Quibus motus Eugenius misit viros doctos Constantinopolim, qui rursum disputationes de eadem re cum Græcis habere, sed ipsi re infecta discedere coacti sunt. Paucò post Isidorus Ruthenus, qui erat ex iis Græcis, qui ad concilium accesserunt, Cardinalis ad Græcos missus, ipsos cum Romano Pontifice reconciliavit; sed nimis serò. Metropolitanus erat Kiovensis, quare unione Ecclesiæ Romanæ perceptâ in Russiam rediit. Sed eum Moscovitæ obedientiam Romanam illis prædicantem spoliaverunt, & in necem extremam impulerunt.* Hæc ex testibus domesticis *Chalcocynd. l. 6. & 8.* de

rebus

rebus Turcic. *Matth. Michov.* li. 2. de Sarmat. Pergimus ad reliqua, quæ tentata toties concordia nobis suppeditat ἀξιομνημόνευτα, quorum C. est. *Neminem ad studia accessisse ἐνωτικὰ, qui non pœnitentia conatam suum redimere debuerit atque luere.* Omnes pessimam apud Græcos inierunt gratiam. Probant hoc acta *Iohannis* Imperatoris & *Patriarchæ* Constantinopolitani in Synodo Florentina Acta *Vecci*, Præsulis Constantinopolitani, cui concordiæ studium ita fraudi fuit, ut plurimæ solo illo nomine ei exantlandæ fuerint ærumnæ, *Or. hod. Græc.* pag. 375 D. *illi, qui ex Græcis concordiam*, præaliis, curæ habuerunt; discordiam certè, antecedenter saltem, celare vel palliare non potuerunt. *Iob. Plusiadenus* disceptat pro Concil. Florent. nihil intentatum relinquit, ut distractas Ecclesias uniat; distractas tamen fuisse, ex dissensûs capitibus, quæ libr. cit. pag. 600 & 623. extant, meridiana luce clariùs apparet. E. Vt *amantium iræ, amoris redintegratio; ita iratorum conciliatio, tenacioris sæpè latiorisque mali fomes extitit.* Vt plurimum ejusmodi tentamina Syncretistica perniciosioribus Schismatibus ansam præbuerunt. Ingenua satis *Casali* Confessio de riti. Christ pag. 348. *A concordia Florentina paulò post impudenter Græci desciverunt, neque solum enovârunt aliqua antiquorum hæreticorum dogmata, maximè Photii, circa processionem Sp. S. de qua Baron.* An. Chr. 883. *verùm & alia plurima juniorum hæreticorum amplexati sunt, nempe de Sacrificio tantùm infermentato, non autem in azymo faciendo, de purgatorio, de fruitione Sanctorum, de Petri primatu in Ecclesia Romana. Hinc factum, ut Græci qui Christi fidem profitentur; sed infectam erroribus gravissimis, post obedientiam Romano Pontifici subtractam, misera servitute oppressi &c.* Unde & *Possevini* solicita consilia, quibus in posterum modis & mediis Methodus cum Græcis agendi emendanda, ut majori cum successu illud fiat, ceu supra jam monuimus. E. *Si quæ unio inter Græcos & Latinos vel tentata, vel impetrata fuit, salvis illam semper dissidentium partium hypothesibus* susceptam animadvertimus. Hic primarius semper Pontificis erat scopus, ut pro œcumenico agnosceretur Episcopo reliqua ἐδὲν πρὸς ἄλφιτα. Vnde ne latum quidem Græci, (paucis exceptis *homolochis*, qui ut religionem venalem promtè habent, ita ad mutationem Sacrorum flecti sine difficultate possunt) unguem à dogmatibus suis recedere voluerunt. His conditionibus stetit unio Florentina; nec melioribus Ruthenica, de qua *Hist. Eccles.* Sec. 16. pag. 90. 91 ut rectè non nemo judicavit. *Ruthenos non tam à Religione Græca defecisse*

cisse, quam jurisdictionem Constantinopoli ante excussisse. Imò Vecco Patriarch de un. in Orthod. Græc. pag 67. expresse fatetur, ὅτι πᾶν εἴτι πρὸς αὐτοῦ καὶ διενοήθη, καὶ ἐλαλήθη, ἐπράχθη τε, καὶ ἐγράφη ἐπὶ συστάσει τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, οὐκ ἐπ' ἀθετήσει οὐδενὸς τῶν ἑλληνικῶν ἐθῶν καὶ δογμάτων ..... γέγονε παρ' αὐτοῦ Γίνεται γὰρ τις, ὁς ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ταύτην ἦλθεν εἰρήνην, ὡς τὰ ἡμετέρων ἐθῶν καὶ δογμάτων καταγνωκὼς, καὶ ὡς τὴν ῥωμαϊκὴν ἐκκλησίαν πρεσβεύειν διεγνωκὼς ἀσεβέστερόν τι τῶν ἡμετέρων, ἐκπεσοῦσα εἴη τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας, καὶ τῷ προδότῃ Ἰούδᾳ, καὶ τοῖς κοινωνοῖς αὐτοῦ, καὶ σταυρωσάσι τοῦ Σωτῆρος συντεταγμένος. *Quidquid à se excogitatum, aut dictum aut factum, aut scripto consignatum fuerit, ad stabiliendam Ecclesiæ pacem, non ad refellendum aliquod vel ex Græcis ritibus, vel dogmatibus à se pertentatum fuisse. Qui cum enim,* inquit, *ad Ecclesiasticam hanc pacem accessit, nostras consuetudines & dogmata contemnens; dijudicânsque, Romanam Ecclesiam nostra magis piè sentire aut credere, cadat è Christi regno unà cum Juda proditore, illius sociis, & Servatoris crucifixoribus, connumerator.* Hoc prologo galeato sibi viam stravit ad unionem ab ipso Ecclesiasticam commendandam. Hoc verò nonne est fumos vendere, & sub insidiosis involucris θανάσιμον μελίκρατον propinare.

V. Querelæ de incommodis exneglecta concordia ortis.

X-VIII. Huc accedit, quòd gemitus ubique, singulis ex imo pectore tracti, & accerbæ querelæ de incommodis atque calamitatibus, ex dissidio utriusque Ecclesiæ ortis, non minus arguant dissensus evidentiam, quàm effectus suam præsupponit causam. Ex dissidio Græci in rapinam cesserunt Muhammedanis, si Vecco Patriarchæ Constantinopolitano adhibenda fides, de un. Eccles. orat. 1. de Orthod. Græc. pag. 62. Huic dissidio, tanquam Pandoræ pixidi Græcia acceptam fert malorum iliadem Id. pag. 69. Et quod majus est, unam sui status hodierni afflictissimi, miseriarúmque fontem aliunde quidam non derivant. Id. pag 95. Ὦ τίς Ἱερεμίας ἔσται ὁ νῦν καὶ κλαύσει καὶ κόψεται, οὐκ ὡς ἐκεῖνος ἐπὶ τῇ καταβολῇ τῶν πυργωμάτων, καὶ τῶν βαρέων τῆς παλαιᾶς Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐπὶ φθορᾷ τε καὶ ἁρπαγῇ τῶν τῆς καθ' ἡμᾶς Ἱερουσαλὴμ θυγατέρων, τῇ καταστροφῇ φημὶ τῶν Ἐκκλησιῶν, ἃς εἰς φθορὰν καὶ διάρπαγμα ὁ ἀσεβὴς τὸν Ἄγαρ ἀπόγονον ἔθετο, ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ αἰτίῳ, ἀλλ' ἢ ἐπὶ μόνῳ τούτῳ τῷ σχίσματι τῶν Ἐκκλησιῶν. *Quis Jeremias tempori pioraret, non ut ille super turrium & murorum disjecta antiquæ Jerusalem, sed super vastitate atque direption-*

ptione filiarum nostræ Jerusalem, Ecclesiarum nempe subversione, quas in perditionem, rapinámque Agaris nepos exposuit, nullam aliam ob causam, quàm solùm ob hoc Ecclesiarum dissidium. Et tamen negatur dissensus?

XIX. Porrò, data & oblata occasione Reformatis maluerunt Græci quàm Pontificiis ἐμβάλλειν δεξιάν. Non repetit, quæ de Græcorum & Hussitarum colloquio Epistolico alibi jam monuimus: Vid. *Histor. Eccles.* Sec. XV. pag 29. *Topograph. Eccles.* pag 94. Constat, quid inde à Reformatione factum fuerit; ubi ex Græcis alii ἰσότιμον πίστιν ἡμῖν publicis etiam scriptis testati sunt; alii communem contra Pontificios nobiscum susceperunt causam. Cyrillus adhuc vel ex adversariorum hypothesi, γνήσιος ἕλλην, Patriarcha Alexandrinus hoc saxum serenuè & feliciter volvit; Id quod ex Epistola ad Vtembogardum, jam anno hujus seculi 12. scripta patet. Et quanquam his etiam compedes injicere multi sunt conati (nam nunquam defuerunt, qui, ceu ungues in ulceribus, omnia arroserunt,) benevolentiæque mutuæ studiis, moram injicere πάσιτε χερσίτε tentarunt; frustra tamen fuerunt, bona semper causa triumphat. Scias (verba sunt *zygomalæ* in Turco-Græc. Crus. pag. 4.8.) *multos è Fratribus seu Monachis, qui hic degunt, hoc est, qui Ecclesiæ veteris Romæ subjecti sunt, & se Papistas nominant, cùm rescivissent, isthinc missum esse libellum continentem capita religionis vestræ, mirificè infremuisse contra vos. Ego autem eis restiti, objiciens, vos dissentire ab ipsis propter ipsorum in Religione abusus, & novas opiniones absurdas, de quibus nos in multis vobiscum sentimus, in aliis verò valdè dissentimus.* Et p.488. *Doctrinam nostram in multis propter Sc. S. robur, carpere non audent. Pontificios pro hæreticis habent, Græcas fœminas, sive legitimè, sive illegitimè cùm Ital. Gallis aut Hispanis conjungantur, aliquandiu excommunicant. Medicus quidam certè* (p.495.) *se Augustanam Confessionem probare dixit, quia Scripturæ fundamento nitatur, & si quid Græci dissentiant, ignorantia, non pertinacia id fieri. Melius enim jam* (p.509.) *quàm antehac erga Ecclesias nostras affecti videntur Græci. Antea enim hæreseos, multórúmque errorum ipsis suspecti eramus. Nunc evidentia Scripturæ coacti, fateri coguntur (licèt non in omnibus nobiscum faciant) nos prætiosionem nihil sentire.* Quin & Græci Reformatorum causas & curas publicas felicèmque contra adversarios

Prærogativa Reformatorum, cum quibus facilius convenit.

versarios successum Deo ardentibus votis & precib. commendarunt. Habeo doctam ea de re ad magnum Reformatorum Principem Epistolam, *Meletii* Archi-Episcopi Ephesini, quæ alibi commodius poterit in lucem protrahi. Cùm enim videam, omnibus ita multos moliri arietibus, ut Cyrillum Patriarcham Constantinopolitanum, ejúsque in puriori fidei Confessione socios, viros & eruditione & meritis omnibus, plurimis præferendos nominibus, suspectos reddant atque exosos, ipsam Confessionem ceu ἀρχιερώνητον traducant, dabo operam, ut hanc, suo loco, plenius diluam calumniam. Sunt enim nobis ad manus scripta apologetica Græcorum & Latinorum, & ea quidem hactenus ἀνέκδοτα, quibus abundè satis cordatioribus, & qui partium studio non abripiuntur, probatur 1. Confessionem, quæ Cyrilli nomine edita hactenus & vendita est, alium authorem non agnoscere; nec quicquam ibi contineri, quod vel à voluntate, vel facultate gloriosissimi Martyris sit alienum. 2. Ipsum Cyrillum adhuc superstitem & Alexandrinum Patriarcham objectas heterodoxias suspiciones luculenter diluisse. 3. Confessionem à Græcis ipsis, non omnibus, (constat enim in duas à longo tempore Græcos abijsse classes; *rudes plerosque pedarios*, quibus inveterati mores legum instar sunt, quibúsque nihil placet, nisi quod proximorum seculorum invexit barbaries, & *parasitos latinisantes*, quibus voces habent venales, quique, ut Græcus nuper quidam, ὡδὶ ἐκεῖνος, apertè fatetur est, *multa in Græcam Ecclesiam evomunt, calamum Pontifici vendunt, Patrum scripta castrant*; tales autem *Græcis esse invisos, qui transfugæ in patriam dimicent, & ex adulatione victum quærant*) sed magnis atq; eximijs viris probatam & vindicatam esse, ipsumque Patriarcham, contra omnium injuriam & impactæ hæreseos suspicionem, liberatum. 4. Cyrilli eruditionem, pietatem, præclara in Ecclesiam merita ita fuisse decantata, ut publicis Græcorum testimonijs ornaretur luculentissimis. 5. Eos qui vel incestà linguà magnum persecuti sunt Martyrem, vel mercede esse conductos, vel religionis odio abreptos, adeoque indignos qui hîc propria judicent in causa 6 Adversarios Cyrilli αὐτοκατακρίτους plerosque, vel veniam petulantiæ suæ & temeritati, rogâsse, vel gravissimas ejusdem pœnas luisse. Sunt ad manum, literæ deprecatoriæ *Cyrilli Berrhoensis*, cujus artibus solio optimus senex erat detrusus, quibus se fatetur πάσης κολάσεως ἄξιον. Adsunt denique & monumenta Cyrilli, Meletij alia, quæ evidenter satis probant, frustra vel Confessionem Cyrillo quasi sive emendicatam, sive pretio redemtam, tribui, vel quicquam in eo deprehendi, quod famam ejus minuere meritò possit aut existimationem. Præstò sunt monumenta, quibus quicquid calumniarum in meritissimum Antistitem est conjectum, & ab eodem, & à Meletio etiam prolixis Epistolis, ad integras vel provincias, vel Insulas datis, abstergitur. Quæ quidem

dem omnia suo loco & tempori communicari poterunt, una cum justissima καθαιρέσει sive depositione τοῦ Ἀποστάτου καὶ Ἀντικαταστάτου μαρτῶν κακοβεῤῥοίας, totius Synodi suffragijs instituta; &c.

XX. Ipsis porrò Christiani nominis apertis hostibus, utriusque Eccl. dissensus minimè est obscurus; de quo clarum testimonium R. Benjam. itinerar. pag. 24. *Græci Papæ Romani Religioni non consentiunt.* Vt Othomanicos Muselmannos, quos Turcas vocant, consulamus, non est necesse. De Papa Romano ex Romanensium hypothesi scripsit author Geograph. Nubiensis, Muhammedanus p. 225. In urbe *Roma sunt ædes Regis, Papæ vocati; non est supra Papam superioritas in dignitate, & Reges sunt inferiores ipso:* ut de Patriarcha Constantinopolitano dici Turcæ hæc nollent, ita in se & suos Reges hanc ὑπεροχὴν nunquam admitterent. Discrimen igitur & dissensus, infidelium etiam calculo atque suffragio confirmatur. sus Iudæorum & Muhammedanorum.

XXI. *Experientia* superest, certissima rerum magistra, quæ & ipsa consensui *Leonino* reclamat. Quæ superiorum seculorum aliquot fuerit praxis; quæ constans Doctorum utriusque Ecclesiæ de perpetuo dissensu sit sententia; quam curam & studium ad obducendum vulnus multi, sed sine successu, rebus indies in deterius lapsis, contulerint; quas de acceptis cladibus & incommodis querelas alii moverint; quàm facilè reformatos in amicitiam, rejectis Pontificiis, Græci receperint, quàm omnis vulgi, Iudaici etiam, & Muhammedici, voce & calculo dissidium utriusque Ecclesiæ sit notorium, distinctis modò probavimus classibus. Illa tamen omnia præteriti tantùm rationem habere videntur. Hoc verò, quod ab experientia petitum est argumentum, tristem dissensus *continuationem* etiamnum evincit. Ergo & hodiè, & tamdiu Græcam Ecclesiam à Romana abire contendimus, quamdiu Patriarcha Constantinopolitanus Romano axioma *œcumenici Episcopi* non cesserit, eique in Concilio (hunc enim identidem Allatius characterem urget, in decretis, & dogmatibus, pondus habituris) publicè non renunciarit; quamdiu Melkitæ per totum Orientem Romanis legibus, moribus, dogmatibus non vixerint, quamdiu titulares Romæ creati Episcopi ἐνθρονισμὸν non obtinuerint, & in sedium Episcopalium possessionem fuerint introducti, &c. Interea oleum & operam perdet, quisquis hæc ἀζύγκλωστα connectere vel tentabit. Perpetuum proinde eorum somniare consensum, qui per tot secula perpetuo commissi & collisi fuerunt dissensu, non temerarium tantùm, sed delirum febricitantis somnium est, ἀνθρώπου τὸν μὲν νοῦν ἀσθενοῦς, τὸν δὲ λόγον ἀναιδοῦς, φρένα ἀσηρίκτου, τραχηλον σκληροῦ, πάντωστε σπερμολόγου ἀμαθοῦς, ὅπερ ἔδει δεῖξαι. VIII. Experientia.

XXII. Atque hæc quidem de *thesi*, quæ *quòd* dissentiant Græci & Latini, evidenter monstrat; ad *hypothesin* perg mus, breviter examinaturi

τὸ

τὸ καθόλου, quibus potissimum capitibus dissensus ille absolvatur. Sunt, qui magno controversorum capitum numero conflare videntur Græcis odium. Et tales quidem ex ipsis Pontificiis non pauci reperiuntur, nec postremi nominis Cauli Tabul Chronlog. secul. 9 p 604. numerat viginti sex. Azorius Institu. Moral. l. 5. c. 1. *Dubitari non potest, inquit, quin apud Græcos & Orientales multa sint vel usu recepta, vel etiam jure aliquo communi introducta longè contraria his, quæ apud Latinos jure, vel usu antiquo servantur. Hinc etiam Græci ab ipsis usque Apostolorum temporibus Sabbathum perinde ac Dominicam diem piè & religiosè colunt; ex iis qui sunt matrimōnii vinculo adstricti aliqui ad ordines promoventur; filii Presbyterorum quoque ordinibus initiantur, ter aut quater quotannis quadragenarium jejunium servant, in pervigiliis Apostolorum jejunium non suscipiunt, ante Sacros ordines Lectores tantùm Clericos præficiunt, non Ostiarios, non exorcistas, non acolythos, aliter divinas preces recitant, aliter divinum pensum exsolvunt, infermentato pane Sacrum Christi corpus conficiunt, iis, quos Presbyteri baptismatis Sacri unda proluunt, confirmationis Sacramentum ministrant, Eucharistiam parvulis etiam Infantibus præbent, multa denique alia tum in Missarum Sacrificiis faciendis & offerendis, tum in Sacramentis conferendis, vel etiam suscipiendis observant, cùm tamen longè aliis ritibus, moribus, & institutis utamur.* Et P. 11. libr. 4 c. 15. *Eo tempore Imperator Constantinopolitanus promisit se præmia daturum, qui ad ipsum deferrent aliquid, in quo Ecclesia Latina à fide & religione, ut ipse dictitabat, aberraret. Et delatæ sunt ad ipsum nonaginta novem sententiæ aut consuetudines, in quibus Latinos qui à Græcis dissidebant, à fide & religione errare dicebant; ut quod in Azymo pane consecrarent, quòd Sabbatho jejunium servarent, & non tanquam festum eum diem colerent, quòd à suffocato & sanguine non abstinerent, quòd Sp. S. ex Patre & filio procedentem asserrent, quòd symbolo fidei in Concilio Constantinopolitano edito, addidissent, Filioque. cùm tamen in eo Concilio & postea in Chalcedonensi anathemati fuerint subjecti ii, qui aliam fidem composuissent, aut symbolo prælecto quippiam detraxissent, vel adjecissent,*

quod

quod pueris Sacro Sanctum Eucharistiæ Sacramentum non darent, & id genus alia. Et paulò post: *Antoninus Florentinus Archiepiscopus* III. Par. Hist. tit 22. c. 13. S. 1. & 2. *scribit, præcipuas Orientis Ecclesias, & maximè Constantinopolitanam duodecies se ipsa Ecclesiæ Romanæ fide & potestate subtraxisse.* Ita qui in Ecclesia Romana de dissensu utriusque agunt Ecclesiæ loqui solent. Si ego fimbriam dissensus eo usque dilatassem, quæ ab Allatio mihi parata verbera? Melius tractandum videbatur hoc thema, non ut probarem, Ecclesiam Græcam per omnia Reformatis accedere, aut ἀπλωσίας illi privilegium vendicarem; Certum enim est, longo temporum tractu non Orientales minus, quàm Occidentales Ecclesias situm & squalorem contraxisse. Hoc tantùm intendi, frustra Ecclesiam Romanam consensum suæ doctrinæ in Græcia & extimis Orientis angulis tot ubique resistentibus testibus, promiscuè jactare.

XXIII. Nec quicquam habet, quod opponat *Allatius*, nisi I. *Non omnia scire omnes.* Leonem inter Græcos enutritum, multò securiùs de illis, quàm exteros & alienos scripsisse; *de consens. Græc.* pag. 209. Sed fallit & fallitur bonus vir ipsa suffultus hypothesi; quasi, qui antecesserunt, Scriptores Romani, incertis tantùm de Græcorum religione rumoribus decepti, imprudenter in simpulo excitâsset fluctus; quasi de hoc dissidio Latini tantùm; non etiam, qualis ille est, Græci sermonem ubique fecissent. Eadem utrorumque cantilena, quam ἀμφοιβάιως ita firmis lateribus cantant, ut pro palma certare videantur. *At Schismatici hi tantùm fuerunt*, quam jam elabendi rimam quæsivit in Concil. Florent. *Rossensis.* Act. Hist. pag 258. Ἤθελε ἀναγινώσκειν τοὺς ἑνωτικοὺς, ἢ τοὺς σχισματικοὺς καὶ διεστῶντας, *Mallet legi audire ex authoribus fœderum conciliativis, non ex schismaticis, qui Græcos à Latinis longius divellunt.* Ita tu, Allati, tuique similes, at qui veri sunt Græci, *intimo doloris sensu cum Episcopo Ephesino* Ἀγανακτοῦσι τὴν ἀπαμότητα καὶ τὸ θεῖον αὐτῶν, καὶ καταλαβόντες ὅτι πάντες σχεδὸν παρεδεδόμενοι καὶ ἕτοιμοι εἰσὶ πρὸς τὴν τῶν λατινισμοῦ συγκατάθεσιν, στενάζουσι, *ingemiscunt, hominum praruptam vacordiam & audaciam conspicati, cùm animo percipiunt; suorum civium singulos fermè ac universos ruere in Latinismum, & unionem stabiliendam, obstupescentes conticescunt.* Ipsi Imperatori, ubi periculum deserendi Græcismi imminuit, aurem vellicarunt, ne præcipitaret, & in discrimen se conjiceret, ut supra pag 12. observavimus. 2. *Differentiam inter Græcos & Latinos non esse magnam, aut momen osam. In ritibus potissimum*

tissimum consistere. Ritus verò & consuetudines in rebus Sacris peragendis non scindere Ecclesiam, sed dogma. Ita Σεμνὸς ἀλλάντου τόμος (ut *Athenæi* appositis utar verbis) c. 3. scripti in me vulgati. Imò verò non ritibus tantùm, sed & dogmatibus distare utramque Ecclesiam, & utè optimè [illegible]. Romani Theologi tanta ubique confidentia asserunt, ut nisi simul & semel eorum de ponte præcipitari Roma velit authoritatem, fides scriptis abrogari non possit. An ad Leiturgiam, ritus spectant, quæ de processione Sp. S. de Purgatorio, potestate Papæ hactenus ἀκατάλλακτα; Et quid? ritibus tantùm differrent; differrent tamen: Neq. levem hanc aut obscuram, quę in ritibus consistit, sæpè esse differentiam, tum plurimorum antecedentium, tum nostri etiam seculi probat experientia. Schismata certè non tam ex dogmatum, quàm rituum & regiminis pullulare discrimine, notius est, quàm quod prolixè probari à me debeat. 3. *Ex ipsis tamen Græcis sunt, qui negant alendi schismatis sufficientes esse causas?* Non diffitemur, in ipsa etiam fuisse Græcia, quibus vel dissidium hoc displicuit, vel qui, quantum in iis erat, elevare illud studuerunt, sed sic malo nondum medicina paratur. Neque enim propterea desiit esse dissidium, quod quidam, ne esset, vehementer vellent. Vident & ex nostris non pauci, triste inter Reformatos Schisma hominum malitia, quàm ipsius rei natura & capitum controversorum pondere majus esse, nec tamen hactenus, post tot vota & molimina tolli potuit animorum distractio. Præterea, quid pauci illi, suspecti, ipsisque etiam Græcis βδελυκτοὶ, quorum venter, ut aures non habet, ita ad obsequium facilis, ad tam numerosam secus sentientium catervam?

XXIV. Atque sic elucet, minori numero, majorique modestia me in recensendis capitibus dissensionis fuisse usum, quàm hactenus Ecclesiæ Romanæ stylo receptum esset. Ego dissensus capita simpliciter indicavi duodecim, Pontificii Doctores & numerosiori contradicunt apparatu, & momentum dissensus pressius urgent, de quibus, si displiceant Allatio, cum fidei suæ consecraneis ante omnia transigat. Alios interim, donec domesticas composuerit turbas, Theonino suo rodere dente cesset. Sunt satis censores Romani liberales in expungendis iis, quæ Ecclesiæ Romanæ incommodare videntur, & Purpuratorum non placent palato. Ubi *Bellarminum, Antoninum, Azorium, Casalium*, cæterosque dissensum Græcorum adeò fervidè & masculè propugnantes in ordinarias redegerint Cæritum tabulas, (*Indicem expurgatorium* intelligo) tum demum dignus videbitur Allatius, cujus novi conatus accuratiorem mereantur curam. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοῦτα.

XXV. Ad vindicias nunc prolixiores accedendum esset, *duodecim capitum*, in quibus dissensum utriusque Ecclesiæ consistere monuimus, *Hist. Eccles.* S. XV. pag. 45. Sed quando neque temporis ratio, neque etiam arcti disputationis cancelli

cancelli illud hac vice permittent, Deus & dies dabunt, quid deinceps futurum sit. Quanquam Celeb. Collegam D. D. Spanhemium elaborassimo examine, quod in fictum Leonis consensum, suo etiam tempore proditurum, speramus, & me & alios hac deinceps cura facilè liberaturum tantò nobis majori pollicemur fiducia, quanto majori & eruditionis & ingenii apparatu ad hæc tale cedere solet.

XXVI. Cæterùm de istis, quæ inter Allatium & me controversa sunt, cur laborem? Pueri nôrunt 1. *Græcos vocem Papæ in Scripturæ explicatione non audire.* Nec diffitentur vel Græci, integris tractatibus, qualis *Nili*, nec Latini, *Bellar. Azor. Antonin. Naucl. Casal.* Non negat 2. Allatius, *Græcos virtutem & efficaciam Ministerii à Ministro non suspendere.* Subdole tamen amolitur dissensum Latinorum, quasi quæ de *necessitate intentionis* Ministri in Sacramentorum consecratione, publicè docent, nos latere possint. Hæresis notoria impingitur secus sentientibus, qua de re doctè & prolixè *Forbes.* Instruct. Theolog. l. x. c. 1. Sect. 20. Sed & negant Latini, Sacerdotem dignè consecrare *lethalis*, id est, mortalis peccati reum. Dubitas? Inspice, præter plures alios, *Azor.* Instit. Moral. l. 10. c. 31 pag. 1306. Quæ 3. *De Cœna Domini* Leiturgiarum Græcarum mens sit, exactiùs suo tempore enucleabimus. Hoc pridem eruditorum etiam, τὸ ῥητὸν nimis rigidè flagellantium, fuit judicium, *Græcam Ecclesiam suâ partibus Reformatorum favere phraseologiâ.* Et quanquam ipsa quoque Græcia suas in Doctrina de Cœna habuerit Eclipses, certum tamen est, Allatium prolixa allegatorum suorum pompa non obtenturum, *Græcos sub speciebus panis & vini verum, reale, propitiatorium Sacrificium offerre.* Frustrè enim & Συκοφαντίαν in eo quærit, quòd toties Græci Cœnæ Dominicæ nomen προσφορᾶς, θυσίας imponunt, *Metonymica*, veteribùsque Græcis per propriam Συμβόλων, τύπων ἀντιτύπων expressa est nomenclatura, inde orta, quòd Sacra Cœna recordatio est, & commemoratio Sacrificii propitiatorii, semel in cruce peracti. 4. *Communionem sub utraque specie laicam Leo non controvertit*; sed qua fronte vel audeat? Repugnat & sensus experientiæ, & consensus ipsorum Pontificiorum. Negat tamen semper illud fieri. Quid inde? Fiat aliquando, apud Pontificios Tridentinos nunquam fit. Manet ergo semper aliquod discrimen. Quanquam ne hoc quidem largiantur Græci, quorum nomine, Leo falsitatis manifestæ convincitur, *Critopul.* Confes. Eccles. Oriental nuperrima, pag. 89. *Omnes*, inquit, *utramque speciem communicant, panis, inquam, & calicis, tam Ecclesiastici, quàm laici, tam viri, quàm fœminæ*; ratio pag. 99. *quia omnes vitæ indigeant.*

Exceptionem, quam in *præsanctificatis* quærit *Allatius*, ne ipsi quidem Romanenses magnifaciunt, ceu diximus *disp. de C. Domin.* vid. sup. p. 120. *Discrimen* ἀζύμου & ἐνζύμου multorum ipse probat *Allatius* authoritate. Sed cui bono? Sole meridiano clarius hoc dissensus est caput. Non ergò *Græcos panem azymum adhibere, scribere debuisset Hottingerus.* Vnde mirè tumultuatur, &, quasi reperisset non quod pueri in faba, εὕρηκα, εὕρηκα exclamat. Puerilis profectò in tanto viro castigatio. Qui vix tres ex libro meo descripsit, sermendo, voces, qua fronte oculos mihi objicere debuit plumbeos? qui vitiosissima pag. 21. *Sed & cumprimis negato papæ primatu, quem errorem in primatu* (Papatum ego scripsi) *errare periculosum est*, ceu mea mihi supponere fuit ausus verba? Qui pauca, salvo sensu suo saltem, ex Labbæo mutuare potuit scommata (certè *quisquilias me erasisse*, vix vel Tu, quod tamen scribis, velis, *Allati*, vel Labbæus ὁ ἀχάλινος) & in magnis meis, ut vocas voluminibus, ne unum quidem, unius elementi donabis παράγραμμα, vel Typographo meo levis παρόραμα dabis veniam? Si disputationem, *de Cœna Domini*, meam non vidit, ubi de hoc discrimine paulò prolixius à nobis actum est, ex *Hist. Eccles.* Sec. 15 pag. 19. discere facilè potuisset, non adeò nos in veterum ritibus peregrinari, ut novo aliquo Ariadnæ filo opus hic nobis esset. *Sed fatentur plerique* παπποφάγοι, *azymum esse unum ex adiaphoris?* Fateantur. Fatemur & nos, *Disput. citat.* p. 118. Diffitentur tamen παπποφιλῶν-τες. *Petrus Numagen*, Trevirensis, MSC. de erroribus Græcorum tractatu, sententiam illam *erroneam* vocat & *hæreticam*. De *igni purgatorio* quid suspatur *Allatius*? Vox populi, Græci & Latini, est, Græcos sua heic sibi pridem habere jussisse Ecclesiam Romanam. Extat ea de re integer tractatus *Nili, Archiepiscopi Thessalon.* Consentiunt *Casal.* lib. 1. p. 353. *Bellarmin.* Tom. II. p. 390. *Naucler.* generat. 48. Confer. *Histor. Eccles.* Sec. 13. pag. 338. Sec. 15 p. 19. *Hist. Concil. Florent.* 5. c. 13. Quin & ipsi hodierni Græci disertè testantur, eos, qui non ab ipso statim tempore ἀναλύσεως beata Dei fruuntur visione, *nullam pœnam sustinere neque materialem, neque organicam, neque per ignem, neque per qualemcumque materiam aliam.* Ex *precibus, aut* quacunque alia, pro mortuis, cura, quam *Allatius* tum in Tract. de Purgat. tum in scripto contra me edito ad nauseam usque inculcat, purgatorium incendere ignem, irritæ planè est operæ: utrumque enim non violentis consequentiarum fiduculis, sed verbis expressis largiuntur, cum reliquis Orientalibus, Græci, & purgatorium Romanum se ignorare, & tamen ritum orandi pro defunctis, ut ex viatoribus fiant beati spectatores, se retinere. Quanquam in Syrorum libris Leiturgicis observarim, precibus ideò potissimùm defunctos Deo commendari.

cari, ut tempore ultimi judicii clementem, resuscitati, experiantur judicem, gloriosaque adeò beentur resurrectione. 7. *Indulgentiarum mercatum* defendere non audet *Allatius*, Ecclesiam potiùs Romanam excusat, quasi injuriam hoc loco pateretur. Sed ignoscat, si Germani superiorum seculorum praxin universalem unius præferant, Græci, rerum nostrarum non satis gnari testimonio. Incommodo suo magno Majores nostri didiceruit & pene assueverunt ἄνθρακας ἀντὶ θησαυρῶν acquirere, id quod plurimis ex publicis archivis depromptis ostendimus monumentis, tum in scripto nostro Hodeget P. III. p. 382. tum in *Primit. Heidelberg.* pag 29. Neque, quam elabendi viam Leo quærit, si modus acquisitionis melior fuerit, & gratis indulgentiarum distrahatur merx, *Græcis* tamen aut *Armenis* etiam, qui Pontificis Romani curam aliâs œcumenicam agnoscunt, placebit. Rem, id est, ipsas rejiciunt indulgentias Græci, teste *Casal.* pag. 371. & *Pio* IV. sup. pag 5. Easdèmque, si quæ fortè imperitiorib. obtrusæ fuerint, *falsè rident. Sylvest. Sgiroput.* Hist. Concil. Florent. pag. 5. ὑπὲρ τῆς ἑξαμιλίου φυλακῆς μεγίστην πρόνοιαν ὁ μακαριώτατος ἐποιήσατο, ἥτις γε τοσοῦτον αὐτὸ ὤνησεν, ὅσον καὶ ὄνου σκιὰ, γράμμα γὰρ ἐκθέμενος ἔδωκε συγχωροῦν ἁμαρτήματα τῶν προαιρουμένων παραγίνεσθαι εἰς τὸ ἑξαμίλιον καὶ φυλάσσειν αὐτὸ, πρὸς οὓς ἡ συγχώρησις ἦν παρ' ἑαυτῶν αὐτῶν θέμενοι, βέλτιον ἡγήσαντο οἴκοι μένοντες ῥέγχειν, καὶ ταῖς συνήθεσι συζῆν ἁμαρτίαις ἢ συγχωρούμενοι φυλάσσειν τὸ Ἑξαμίλιον. Ὅθεν αὐτοὶ μὲν ἔρρεγχον οἴκοι, οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἀγδὸ τὸ τεῖχος συρρέοντες καὶ καταστρέψαντες, μυσῶν λείαν τὰ Ῥωμαικά τε, καὶ τὰ ἐκεῖσε λατινικὰ ἐποιήσαντο. πλὴν εἰδὲ καὶ τὸ τεῖχος ἔκτοτε δὶς καὶ τρὶς ἐκαλάσθη, ἀλλ' ὅμως ἐκ τῆς Ῥωμαικῆς ἐκκλησίας φυλακτήριον τοῦτο, ἔτι καὶ νῦν ἴσταται ἐνθάδε φυλασσόμενον τοῖς βασιλείοις. *Hexamilii faucibus, inquit, in Peloponneso tutandis maximam impendit curam Pater beatissimus, quæ tamen securitati loci non magis profuit, quàm umbra asini, ut est in proverbio. Edictum enim publicavit, quod scelerum expiationem pollicebatur, quotquot Peloponnesi angustias adirent cum armis, & Hexamilium à Barbarorum incursionibus defenderent. At illi quos indulgentia hæc Papalis spectabat, cùm istam criminum nundinationem semper suspectam haberent, domibus suis altum dormire maluerunt, & solitis vitiis assuescere, quàm illius condonationes peccatorum tot periculis ac vitæ discrimine emercari. Ita dum singuli in utramque aurem stertunt, & nulli adventant in præsidium*

dium Insulæ, Saraceni murum conscendunt, & evertunt, & quicquid illic vel Græci roberis, vel Latini inveniunt, agunt Mysorum prædam, ut vulgò dicitur, &c. utcunque celebre illud Romanæ Ecclesiæ diploma, Indulgentiæ, quod tam malè Hexamilium conservavit, nos in archivis reposuimus, ubi nunc cernitur in omnia secula conservandum. 8. *Græcos ad usum publicum sculptilia non prostituere,* scripsi. Grande scelus! Quasi domi hæc nostræ nata esset sententia! Græcos audis *Horum imagines*, inquit *Critopul.* Confess. pag. 125. *Ecclesia. (Orientalis) non sculptiles faciebat, neque excisas; sed pictas tantùm.* Quid evidentius? Vidit tamen *Allatius* inter *Cimelia Virorum Principum, & è collo suspensa.* Cur non in arculis & repositoriis, quo imagines exules recondere aliquando solebant Iconolatræ Constantinopolitani? Quasi de privata, & nuper demum orta quorundam superstitione esset sermo, non autem de publico statuarum situ & cultu? Adeò nihil in toto *Allatii* occurrit scripto, cui nervi succidi debeant, vel poplites. Insana strues sua ruit mole. 9. *confessionem auricularem Ecclesiam Græcam* pridem fecisse missam, ipsorum Pontificiorum Theologorum querela est, ἀδόμενον. Notus est textus *Gratiani* Dist. 1. de Pænit. c. 90. *Quidam* &c. Nota Glossa Dist. 5. de Græcorum Confessione soli Deo facienda. Notum silentium hujus carnificinæ apud veteres Græcos, in quo jejunè satis versatur excusando *Bellar.* T. III. pag. 298 feliciùs verò defenditur à *Forbes.* Instruct. Theolog. pag. 668. Aliquam paulatim obtinuisse Confessionem inter Græcos *privatam* non negamus: multum tamen diversam ab auriculari Pontificia, de qua quæstio, ex confess. *Critopul.* pag. 107. discimus. Et quem confessionis Græcorum agnoscant vel Latini, vel Latinisantes valorem, inde satis patet, quòd ne quidem morbi, sive peccatorum illis eam tribuant notitiam, quæ à Medico ad curandum malum requiritur; Vid. *orth. Græc.* pag. 557. 10. *Clerogamiam* (nam quod de Episcoporum supra Pastores παροχῇ multa *Allatius* garrit, illud verò est πρὸς τὸ μέλος ἄδειν cùm non ignoret *Allatius*, vel Bellarm. indice, ex reformatis non paucos Episcopos suos appellare Pastores, & simpliciter scopus meus fuerit, palàm facere, hoc etiam, de conjugio Clericorum capite, discrimen esse inter Orientales & Occidentales) *Græcos*, etsi limitatam, *permittere, Romanam Ecclesiam damnare*, extra controversiæ aleam positum. Agnoscunt hanc iterum differentiam manifestam scriptores Pontificii, *Morin.* de Ordinat. pag. 495. *Casal.* de ritibus veter. pag. 368 Defendunt Græci, *Critopul.* Confess. p. 111, Confer. *Histor. Eccles.* Sec. 12. pag. 229. Sec. 16. pag. 60. *Hornbeck.* Summ. Controvers. pag 820. 822. 11. *Sacra denique Ecclesiastica sua Græcos nonnisi Linguâ vernacula*

cula administrare, scripsi, fateor. Quid ad hæc *Allatius*, c.16. *Si cœcus non es* (ita more suo morosus Senex) *inspice libros, in quibus dicta Sacra continentur, quos tamen inspexisse debebas antequam de iis sententiam diceres. Tu, qui in omnium ferè Linguarum genere satus esse, deque iis judicium ferre oraculo præsumis, nondum Linguam Græcorum vernaculam à pura illa & antiqua distinguis. Si ita doctus es existimator & intelligens in Arabicis & aliis, nè tu miser admodum es, nescisque omnia juxta cum ignarissimis, qui adeò infans in Græcis repereris*; reperiris dicere volebas. Quæ hæc animi impotentia! Quid enim Linguæ reliquæ Orientales *homogeneæ*, cum *heterogeniis* (de qua distinctione alibi) habent affinitatis? Quasi necessario & indiviso nexu cohæreant Græca & cæteræ linguæ? Sed metuere desine. Nec in veteris, nec mediæ, nec ultimæ ætatis scriptorum Græcorum monumentis ita peregrinamur, ut mutuendum, te palpum nobis facilè obtrusurum. Eos, quod præfiscinè dico, septendecim annorum juvenis in literatura Græca habui progressus, ut neque ligatæ, neque solutæ orationis, quà scripto, qua typis, edere erubuerim specimina. Differentia etiam veteris & hodiernæ, Græcæ Linguæ tum ex lectione librorum, tum ex conversatione Græcorum, & quidem διὰ στόματος crebriùs, quàm διὰ μέλανος, ita mihi innotuit, ut Te Mercurio opus non habeam. Et quanquam curta sit mea supellex libraria, ipsis tamen, qui inter Germanos vixerunt, Græcis, ea recentioris Dialecti ostendi monumenta, quæ in Asia ipsi, quàm Europa maluissent. Sed hæc παρέργου ὁδόν. *Scripsi tamen, Linguâ vernaculâ peragi Sacra, cùm constet, & experientia & gravissimorum authorum sententia, Lingua tersa, pura veterum Græcorum & conciones haberi, Leiturgias prælegi, quas vel nulli, vel pauci intelligunt*; Ita Brerevvood. & Chytræ. apud Allat. pag 247. Resp. 1. Quando Linguam Græcorum voco *vernaculam*, illud intelligi volo 1. *radicaliter* 2. *oppositè*. 3. *contradictoriè*. *Illo* modo Lingua Græcorum veterum hodiè in Sacris usitata, *vernacula* vocatur, quia in Græcia orta & nata est, In Græcia usurpata, legibus, consuetudine à multis introducta seculis, quod verò paucis datum sit, eam hodie intelligere, aut assequi, non vitio illud fit Linguæ, quæ eadem semper Græcorum vernacula, sed injuria temporis, & desidia hominum, qui, quod tueri masculè debuissent, turpiter neglexerunt. Quanquam non desint inter Græcos hodie, à quibus illa sive per traditionem, sive institutionem retenta, intelligatur, *Turco-Græc.* p. 404. Sed & quibus conciones habendæ sunt publicæ, propterea *puram* observare malunt, quàm mixo-barbaram, quòd hæc cancellis Grammaticis arceri

ægrè

ægrè possit. *Oppositè* verò Græci dicuntur in obeundis Sacris uti Lingua vernacula, quia nec Romanorum more Latinam, nec ullam aliam à vernacula remotiorem, admittunt: adeóque *vernacula* Lingua non strictè hic sumitur, sed latè pro matre, cujus filiæ ita circumstantiis, & gradibus variant, ut eadem tamen omnium sit origo. Prorsus ut Hebræa Lingua *modò* pro ipsa ponitur matre; *modò* pro filiabus, Dialectis Syra, Chaldaica, Hierosolymitana, Galilæa, quæ omnes Hebrææ, adeóque vernaculæ Iudæorum, Linguæ nomen obtinent; etsi suis satis differant gradibus. Ita & Græca Lingua mater vernacula appellari potest, etsi non Dialectis modò, sed & *puritatis* gradibus variet. Tres autem à Doctis Græcæ Linguæ hodie observari solent species. *Prima* est *antiqua* illa, & in veterum scriptis obvia: Secunda *Ecclesiastica*, quæ puris mixta habet barbara, qua Sacerdotes aut Docti in scribendo utuntur: hujus gradus jam vestigia exstant a. Ch. 672. Tertia *vulgaris* & corrupta, quæ iterum tot distinguitur sive Dialectis, sive gradibus, ut alii alios faciliùs intelligere, quàm mutuò conferre possint. *Attici* hodie omnium impurissimi sunt. Vt ergo nemo dubitat, quin hodierna Græcorum Lingua *vulgaris & corrupta*, vernacula appellari possit, etsi vocibus, pronunciatione &c. ipsæ inter se urbes differant: ita quid obstat vernaculam à nobis dici eam etiam Linguæ Græcismi speciem, quæ tantum elegantiæ se commendat ὑπερβολῇ, quantum altera μειώσει; cùm neutra omnibus pariter Græcis intelligibilis sit. Sed plura de diversarum civitatum, vicinarum etiam, Dialectis adeò diversis, ut alii aliis etiam deridiculo sint; habet *Turco. Græc.* p. 99 216. 489. Adde querelam *Vecci* Orthod. Græc. p. 550. de ignorantia Græcorum. Vernaculâ igitur Linguâ *latè* sumtâ, Græci illi peragunt Sacra sua, qui puram retinent in concionibus & Leiturgiis; *strictè* isti, qui Ecclesiasticam in scriptis & diplomatibus adhibent; *strictissimè* hi, qui & N. T. & scripta symbolica Lingua impura, & κατὰ τὸ πολὺ recepta in Græcia legunt. Sed quorsum tot ambages? Satis est ad evincendum discrimen inter Orientales Græcas, & Occidentales Latinas Ecclesias, quod *illæ* Græcam in obeundis Sacris admittunt Linguam, Græcis utique vernaculam, non Latinis, non Germanis &c. si non omnibus, certè quibusdam, si non hodiernis, veteribus saltem, adeóque Græcam nuncupari vernaculam 1. *Originaliter*. 2. *oppositè* ad Latinos, qui Germanis, Polonis &c. Linguam peregrinam, & à vernacula toto cœlo diversam obtrudunt. 3. *contradictoriè* ad omnes alias Linguas, non Græcas. 12. *Papam denique* tesseram apud Græcos fregisse, *authoritate excidisse, eosdèmque Hierarchiam ejus & præeminentiam, ceu supremi omnium Ecclesiarum capitis in Spiritualibus, aversari & detestari*, non nostra tantùm, sed communis Pontificiorum querela est, qua de re tum illorum, tum nostratium etiam consuli possunt scripta *Cajet.* lib. c. pag 371. 358 *Azor* T. 11. p. 281. *Naucler.* Generat. 48. *Forbes.* Instruct. Theolog.

g. pag. 214. 115. Hornbeck. Summ. Controverſ. pag. 788. 802. 816. Turco-Græc pag. 46 ubi memorabilis Annæ Comnenæ, a. Chr. 1117. in Hildebrandinam Monarchiam ἐπίθλιψις: Dicit, *fruſtrà Latinos gloriari, Papam toti præſidere orbi, cùm ſceptrum totaque adminiſtratio Conſtantinopolin transiata ſit* Adde Acta Græcorum contra legatos Papæ πρωπκλισίαν ambientium, Hiſtor. Eccleſ. Florent. pag. 18. Μαθὼν ὁ πάπας τὴν πρὸς τὴν σύνοδον πρεσβείαν τοῦ βασιλέως, καὶ εἰδὼς, ὅτι πρὸς τὴν καταφρόνην αὐτοῦ ἔσται, εἰ ἀπιδημήσῃ, καὶ ἡ τῶν ἀνατολικῶν σύνοδος πρὸς τοῦς ἐν τῇ βασιλείᾳ, ἀθροὺς σέλλῃ ἐνταῦθα μετὰ γραμμάτων τὸν Κορώνης Χριστοφόρον, καὶ συντίθεται πρὸς τὸ γενέσθαι ἐνταῦθα τὴν σύνοδον. Ἀρέθη δὲ καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ πάντες ἡδέως πρόθυμοι πρὸς τοῦτο, καὶ ἐζήτησεν ὁ Χριστοφόρος, ἵνα ὁ ἐλθόμενος λεγάτος καθίσῃ πρῶτος ἐν τῇ συνόδῳ, ἐπεὶ εἰς πρόσωπον ἔσται τοῦ πάπα, καὶ τὰ δίκαια ἐκείνου, ἤτοι, τὰ πρωτεῖα ἔχειν ὀφείλει. Ἐγένετο δὲ σκέψις περὶ τόπου καὶ βουλὴ, μετὰ τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν ἀρχόντων, τῆς ἐκκλησίας ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου, καὶ ἀρον καὶ ἀπὸ τινῶν συνοδικῶν, καὶ ἔδοξαν, ὅπερ ἐδεῖ τοῦτο γενέσθαι. Ποῦ γὰρ ἐγχωρεῖ, καθημένου τοῦ γνησίου πατριάρχου ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, ἑτέρου τοποτηρητὴν ὑπερέχειν αὐτοῦ. ὅπερ καὶ ἐν τῇ πέμπτῃ συνόδῳ γέγονε τοῦτο παρόντος ἐνταῦθα καὶ τοῦ βιγιλίου πάπα σωματικῶς. Εἶτα μανθάνει τοῦτο ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐλὼν εἰς τὴν παλατιανὴν, συνάγει ἐκεῖσε ὀλίγους τινὰς ἐκ τε τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν σταυροφόρων, καὶ δημηγορεῖ, ὅτι κατὰ τοὺς καιροὺς, καὶ πρὸς τὰ πράγματα ὀφείλουσι γίνεσθαι καὶ οἰκονομίαν κατὰ τὸ ἐν συμφέρον τὸ ἵνα διὰ προστιμήσιν καθέδρας ἴσως ἐμποδισθῇ τοιοῦτον ἀγαθὸν ἔργον; καὶ ἐπαινεῖ πολλῆσα τὴν οἰκονομίαν καὶ προσίθησι περὶ ἑαυτοῦ, ὡς εἰ ἤδη κατορθώσων τὸ ἀγαθὸν, συγκατέβαινεν ἂν καὶ τὸ τῆς βασιλείας ὑπεροχῶν. ἐπὶ τοιούτοις τοίνυν πολαίνοντείς λόγοις ὁ βασιλεὺς, κατέπεσε τοὺς ἐκεῖσε παρόντας, ἐκ τοῦ μέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἔστερξαν γενέσθαι τὰ ἀναντία, ὧν εἶπον ἐνώπιον τοῦ πατριάρχου. Ὅπερ ἀκούσας βαρέως ἔφερεν ὁ πατριάρχης, καὶ δυσκόλως συνέπραττε τῷ βασιλεῖ ἔγραψαν δ' ὅν ὅμως καὶ ἀπεκρίθησαν τῷ πάπᾳ μετὰ τοῦ χριστοφόρου.

Verùm, cùm Eugenius perdidiciſſet, Imperatorem ad Baſileenſe Concilium legatos adornáſſe, veritus, ne id non modo ad imminutionem, ſed ad plenariam cataſtrophen culminis ſui tenderet, ſi cum

Basileensibus Orientales in synodum coalescerent, Christophorum Corones Episcopum, ad nos cùm literis festinanter direxit, & huc convenire nostros in synodum stipulatus est; quod & Patriarcha, & nostrum quotquot aderant, propensissimis animis amplectebantur: Et postulavi, Christophorus ut Legatus Apostolicus discumberet omnino summus: quandóquidem antecedentia prærogativa Papæ ab omnibus deferatur, ut orbis Christiani primario Antistiti, aut cuilibet vicario ritè suffecto, qui cum authoritate ab illo derivata personam ejus impleverit. Ut huic articulo satisfieret, quem ambiguum fecerat Christophori postulatio, itum est ad Concilium: & re acriter ventilata ab Archiepiscopis, & Principibus Ecclesiæ coram Patriarchâ, hoc tandem prodiit manifestum, à quam plurimis præscriptis synodalibus, quod petierat Christophorus concedi non posse: Nam quâ consuetudine aut exemplo? quo jure id unquam visum, ut Patriarchæ legitimo in sua Metropolicâ Ecclesiâ residenti, alterius deputatus supereminerent? quod ne contigit quidem in quinta synodo, cùm ipse Vigilius præsens officio & munere fungeretur, Eutychius Patriarcha Vigilio Papæ locum noncessit. Id ubi intellexit Imperator, rectà Palatianam ad matris conclave proficiscitur, quò convocatis aliquot è numero Archiepiscoporum, & crucigerorum Principum, prolixè concionatus hoc unum infert: Negotiorum momenta temporibus, rerùmque necessitati attemperare, summæ esse prudentiæ: quorsum igitur ad vana præeminentiæ privilegia tutanda, nobis tam eximij operis felicitatem inviderent? Discant sapere ac prudenter occasionibus obsecundare: Et multum ijs commendavit, hanc cum fructu & utilitate dispensandi rationem: addidìtque, si sciret, unde prædari quid ipse gereret, aut honesti emolumenti lucraretur, se velle de Jure Imperatoris, & suâ excellentiâ libenter discedere: Et cùm hæc diu multúmque insinuâsset, persuasit aliquam paucis ex ordinibus Ecclesiasticis, qui aderant, in sententiam priori planè contrariam descendere: Ut ipsi postea Patriarchæ significârunt: quòd ille animo tam accerbo & efferato tulit, ut ad præstandum postea, quicquid Imperator proponeret.

Patriarchæ

Patriarcha nonnisi obtorto collo pertraheretur: Nihilominus Papa responderunt, per literas Christophoro traditas, & ad Christophori mentem conscriptas. Confer. *Histor. Eccles.* Sec. 12. pag. 329. & 336. S. 15. pag. 19. 20. 24 Sec. 16 pag. 74 82.

XXVII. Constitueram brevi Ecclesiarum Græcarum Confessioni ab Allatio adornatæ, succinctum opponere systema Theologiæ Orientalis tripartum *de capitibus fidei, ritibus, & regimine Ecclesiastico*; sed digna hæc est materia, quę pleniùs alibi pertractetur. Συλλήβδην interim, quæ Topographiæ Ecclesiasticæ, ex symbolicis Syrorum, Arabum, Æthiopum, Cophtitarum eruta, inseruimus libris, repeti possunt, ex quibus manifestum est in *genere*. 1. Ecclesias Orientales, etsi injuria temporum gravem passæ sunt cladem, ita tamen hoc commune eorum fuisse fatum, ut, cùm nostræ non sint per omnia, nobis interim in Essentialibus propius accedant, quàm Pontificiis Tridentinis. 2. Aliam Occidentalium, aliam Orientalium in conscribendis Systematibus Theologicis aut edendis fidei confessionibus esse Methodum. *Hæc* generalior, simplicior, crassis tantùm & fundamentalibus Turcarum, Iudæorum, Nestorianorum opposita est, erroribus; *illa* specialis, fusa, intricata, sua sæpe principia evertens: ubi Romani Turcis & Iudæis persuadere volunt Christianismum, nostris potiùs, quàm suis utuntur armis. 3. Singulares sæpè personas vel fraude integrarum Ecclesiarum Syncretismum cum Romanis fuisse mentitas, vel paucorum consensum temerè integris Ecclesiis opposuisse, vel legatos, invitis principalibus suis, dextram injecisse, Alexandria, Florentia &c. testes sunt. 4. Quòd si tamen vel Æthiopes, vel Armeni, vel Græci, vel Cophtitæ, vel Maronitæ Romæ nonnunquam blanditi sunt, injuriæ temporum & spei impetrandi auxilii imputari debet. In *specie* verò, ubi ad singulorum dogmatum deventum fuerit examen, observamus, Orientales vel Reformatis per omnia accedere, vel in circumstantiis tantùm variare; vel ubi Pontificiis videntur favere partibus; illud aut ex principiis fluere, Pontificiorum etiam opinione erroneis; aut φαινομένως potiùs quàm ὄντως, verbis, quàm rebus assensum testari majorem. Atque sic non negamus, Orientales Ecclesias cum Romana aliquid habere *simile* (*idem* difficulter obtinebunt) plura tamen nobiscum. Sic. 1. occurrunt in Orientalium, *Græcorum* cumprimis & *Syrorum* scriptis variæ formulæ ad B. V. Mariam conceptæ; vel etiam ad alios Sanctos; quibus tamen, superstitionibus auctissima Pontificiorum ἀγιολατρεία non defenditur. Magnum enim utrinque est διάφημα, vel in eo saltem, quòd singulis urbibus, morbis, provinciis patronum suum Romani præficiunt. *Illæ* generales sunt, & Apostrophæ potiùs Encomiasticæ, *hæ* sæpe impiæ, & cum dedecore Nominis divini conjunctæ. 2. Petri Apostoli, sedisque veteris Romanæ honorifica hincinde apud *Syros*, *Arabes*, &c. fit mentio,

frustra tamen ad Monarchiam rapitur Pontificiam. 3. Habent & Orientales suos Monachos & Monasteria, nec tamen sine discrimine. 4 Patrum mentio & allegata obvia sunt in *Æthiopum*, *Syrorum* & *Græcorum* scriptis; neque tamen ut cynosura & Canon. Sed & plures, ad evincendam varietatem, diversos, dies festos, jejunia utrique habent, multum tamen, ipsis festibus & *Pontificiis* & *Græcis* distantia. Cæterum de Scriptura Sacra, ejus authoritate, integritate, necessitate transferendi in Linguas vernaculas, &c. De lapsu Adami, peccati primi enormitate, amissa imagine Dei, & effectis lapsus; legem servandi impossibilitate: de confessione peccatorum, cujus elegantissimas formulas ad Deum conceptas Syriaca habet Ecclesia, de Iustificatione, quæ absque verborum involucris ita proponitur, ut peccatori omnis gratiæ fons in Christi merito fide apprehenso ostendatur: de statu defunctorum extra purgatorium, cujus nulla planè in *Syrorum*, *Arabum*, *Æthiopum*, scriptis symbolicis mentio: de ordinatione Ministrorum ad præconium verbi divini, & Sacramentorum administrationem; de Regimine Ecclesiastico, Cleri conjugio, ea in promtu sunt Orientis testimonia, quibus ementitum *Allatii* & *Ecchellensis* consensum facilè pessundare, alia occasione, poterimus; sufficiant interea, quæ *Topographia nostra Ecclesiastica* habet. Manum ergò de tabula.



Cap. I.

De Variis inter Iudæos Sectis, Sadducæis, Karræis, Pharisæis, Samaritanis, Gaulonitis, Essæis, &c.

I.

Oportet, inquit Apostolus, *inter vos esse hæreses, ut probati inter vos manifestentur*, 1. Cor. 11. 19. Non Ecclesiæ tantùm N.T. fata hæc sunt. In Veteri etiam, & iis potissimum, quibus Servator in hanc lucem a *edi volebat*, temporibus, cum iisdem luctari debuit difficultatibus, juxta illud Veterum Hebræorum: *Temporibus Messiæ, regnum hæreticis obruitur opinionibus.*

In ipsa certè Iudæorum Synagoga hæreseos & hæreticorum nomine venerunt b *Sadducæi* & *Baithosæi*, à Zadoko & Baithoso, Antigoni discipulis, denominati, propterea infames ubique, & Synagogæ perniciosi, quòd & animarum immortalitatem negarent, & Epicuræismo viam sternerent (unde & κατ' ἐξοχὴν c *Minæi* i. e. hæretici, & *Epicuræi* appellantur) & providentiam quoque Dei tollerent: Quæ paulatim nomenclatura adeò in Oriente invaluit, ut in Imperio postea Muslimico d *zindikæi* i. e. Sadducæi Epicuri de grege porci promiscuè appellarentur omnes. Et tamen, non modò Magnatum semper favore suffulti, sed etiam quod meritò miremur, ad summos in Synagoga honores, e *Pontificatum* ipsum, erant admissi. Diu inter Iudæos hæc duravit Sadducæorum secta, an hodie supersint, *haud difficile* f *est conjicere.*

III. *Karræi* quidem, à קרא *legendo* sic dicti, quo major ipsis confletur

Ee in-

1. a. Edi volebat) *Nam & hæresium excrementa, præter alia, ad notas exhibiti jam Messiæ pertinere, ex hypothesi synagogæ, Talmudistarum verbis probavimus* Hist. Eccles. Sec. 1. S. 1.

2. b. Sadducæi, Baithosæi) *De quorum origine, dogmatibus compendiosè actum* Thes. Philol. pag. 34. 37. c Minæi *A verbo* מין c. 5. תמיין *Ar. Falso prætextu usus, callidè molitus est.* d. Zindikæi) *Quales in Saracenismo olim Koreischitæ erant, juxta illud authoris lib.* אלמתתרף *Florebat Christianismus in tribubus Rabiæ & Gassan, & parte Kodaæ, Iudaismus apud Hamyar, & Bani Kenanah, & Bani Tharetb Ibn. Caabæ & Cenda, Magorum religio inter Bani Tamim, Sadducaismo infecti Koreischitæ.* Poc. *Spec. p.* 136. *Post Islamismum frequens hic fuit inter Saracenos Zindicæismus, Vide Hist. Orient. pag.* 255. e. Pontificatum *Id quod manifestum est ex* Act. c 5. v. 17 f. Haud difficile est conjicere) *Exemplorum meminit Ioh. Mullerus in* Rab. 3. 71.

invidia, cum *Sadducæis* sæpe g *confunduntur*, vel, ceu propago, ab iisdem derivatur illud magna vel ignorantia, fit vel malitia. hoc à vero *non usque* h *adeò alienum*, ita tamen, ut impias de Resurrectione & Providentia sententias rejecerint. Nihil enim *Karræis*, qui & ipsi, ætate Maimonidis, מינים *hæretici* in Ægypto appellari consueverunt, bona fide à reliqua Synagoga diversum impingi hactenus potuit, quàm quòd Kabbala n, δευτερώσις, Verbum Dei ἄγραφον, Talmud, rejicerent solo Verbo Dei revelato contenti. Vnde necessariò in eorum Scripturæ locorum explicatione, quam Rabbanitæ suis acceptam ferebant Præceptoribus, & quæ per consequentias erat ab iis eruenda, cujusmodi sunt quæstiones de i *novilunio*, k *festis*, l *conjugio*, m *divortiis*, *mulierum* n *purificationibus*, o *licitis & vetitis*, p *usu anathematum*, *omniq;* q *adeò immunditie*; ortus dissensus, qua occasione Rabbanitæ non r *usum* tantùm; sed & necessitatem

g Confunduntur) *Vide* Thes. pag 41. h. Non usque adeò alienum) *Rationes vide* Thes. 41. *Adde Not.* Buxtorf. *ad lib. Cos. p* 193. *Temperamentum hoc Anani cuidam, ejusque filio Sauli tribuitur*, Cos. P. III. S. 64 R. Abrah. ben Dior, *cujus verba habet* Bux. l. c. p. 203. Hist. Eccles. Sec. 8 S 4. i. De novilunio) *De qua differentia prolixè* Selden. *de ann. civil. & nos compendiosè* Hexaëmer. pag. 153. *adde lib.* Cos. P. 3 S. 38. *ubi controversia illa ventilatur de Intercalatione & consecratione Novilunii, utrum juxta supputationem, quod volunt Rabbanitæ, an phasin, quæ Karraitarum est sententia, sit facienda*, Abarb *disp. cont. Karrait. ad* Exod. c. 12. v. 1. *quam Cos. suo inseruit* Buxtorf pag. 432. *Lib.* Nizz. pag. 61. *Not. ad* Cos. pag. 207. *k.* Festis) *Nam* 1. *Karræi non observant* עירוב *Mixtionem Sabbathi*, (*de qua* Primit. Heidelberg pag. 1331.) Cos. P. III. S. 49. pag. 224. 2 *Initium numerandi dies* 50. *à Paschate ad Pentecosten faciunt Karræi die* 22. *Nisan: i. e. die septimanæ primo, Talmudicè verò die* 16. (Seld. *de ann. civ.* pag. 34.) *i. e. die secundo Paschatis, cui se numerandi consuetudini opponit Auth. Cosri* pag. 217. 218. Lipm. *in Nizz.* pag. 60. 3. *Karræi festo expiationis duas dies impendunt*, Nizz. pag. 89 Buxt. *ad Cos.* pag. 210. 212. 4. *Addi forte posset differentia Paschatis, de quo* Thes. Philol. pag. 43. *Coll. cum* Disp. de Cœn. Domin. l. Conjugio) *Differunt enim* 1. *in materia de* יבום *sive leviratu. Permittunt Karræi nuptias viduæ defuncti fratris extraneo, nullo præcedente ritu* חליצה *exuitionis calcei*; Nizz. pag 94. *contra Deut.* 25. 5. 2. *Quidam in gradibus consanguinitatis admittunt* רכוב *insitionem, affinitatis nempe remotioris in sanguinis communionem; de qua prolixè* Selden. *Vx. Heb. Nos compendiosè* Heaxëm. pag. 301. *Nec tamen omnibus placet.* m. Divortio) Buxt. *ad Cos.* pag 197. n. Purificationibus mulierum) *Ib.* o Cibis) *Cosri pag.* 224. *Exemplum de esu carnis suillæ, quæ etiam medicinæ loco adhibita ab iis inter gravia referitur peccata. Contra, Naziræum inebriari inferiori habent loco, quam edere uvas. Vide & pag.* 225. 227. p. Vsu anathematum) *Ib. Leve est illis ex rebus Idololatricis veluti argento, auro, suffimento, vino percipere usum.* q. Adeò immunditie) *observantiores illi habebantur præcepti de Munditia & Immunditia, quod tum ex Cosri testimonio liquerē videtur P. III. S. 49. p. 222. tum ex rejectione limmitationum & exceptionum Talmudicarum Ib. p. 227.*

ssitatem consequentiarum ostendere studuerunt Horum in Oriente non modò, sed & f. *Transylvania*, Polonia magnus ubique numerus. Ferunt, Essenorum esse surculum, in quorum manibus scripta quædam dicuntur ἀνέκδοτα, tam Elenctica, quàm Historica, de 1. *Servatore* Iesu, ejus discipulis, occultis & manifestis, passione, quam omni nisu impedire voluerint, quæ quidem vera si sint, multis nos liberare possent difficultatibus, de quibus alibi. Karræorum etiam nomen, quod ceu convitium Reformatis exprobratur, non re significata tantùm, sed & origine se commendaret, faciliusque adeò objectum sustineretur.

IV. *Gaulonitarum* & *Herodianorum* nomina obscura, Hebræis tamen non planè sunt ignota: utrique Politiam primariò, secundariò Synagogam turbârunt.

V. Cæterorum, qui longè maximam vel per se, vel per discipulos constituerunt Synagogæ patrem, & à pietatis specie separatáque vita u *Pharisæi* Hebræis, Arabibus *Mutazalitæ*; à recepto Verbo ἀφέφω, vel בעלי משנה Δὲ πεῶται, vel מקבלים *Kabbalistæ* dicebantur, ut omnium, plebis, cumprimis oculos, externæ sanctimoniæ specie præstrinxerunt, ita etiam effecerunt facilè ut illorum Κύριαι δόξαι, sententiæ, placita, invalescerent, & ceu doctrina Catholica, in Synagogis & Templo obtinerent. Hæc una hodie ferè superest Secta, quæ numero valeat, Iudaismumque voce & scriptis defendat, eorum ergo Theologiam, qui Rabbanitæ, (Pharisaici ordinis *Theologos Scholasticos* non malè vocaveris) proponemus.

VI. *Samaritanorum*, qui notorii erant Apostatæ, gradibus tamen distinctis, ad externam primò, postea etiam internam delapsi Idololatriam, florentissimæ aliquando res erant. Paulatim verò sub Græcis & Romanis ita atterebantur viribus, ut vix hinc inde ἐξίτηλα ἴχνη superesse videantur. De x *Dogmatibus* & statutis eorum alibi.

r Vsum Consequentiarum) *De quo contra Karræos hinc inde Rabbanitæ, tum alii, tum* Lipm. Nizz. pag. 40. 41. 60 96. & Cos p. 226. f. Transylvania) *Vide* Thes. Philol. pag. 42. 1. Servatore) *Nituntur hæc prolixa relatione* Rittangelii, *qui se libros inspexisse confidenter asseruit, familiari ad amicum Epistolâ, cujus summam habeo.*

V. u. Pharisæi) *de quibus prolixè à nobis actum* Thes. Philol. *pag.* 25. *&c. Brevius,* Hist. Eccles. *S. I. S. I. Nuper admodum felicissimè* Pocock. *Miscell. ad Port. Mos. pag.* 551. *& deinc. ubi de Etymo vocis, hypocrisi ordinis, gravitate oneris traditionum.* Lightfoot. *Hor. Heb. pag.* 51, *Iuch. pag.* 139.

VI. x. Dogmatibus) In genere *quidem consuli possunt* 1. Exercitatio. Anti-Morini. *ubi fusè de Samaritanis.* 2. Thes. Philol. pag. 46. In specie *de* Pentateuchi *Samaritani falsario, Dositheo, Vsser. de LXX. Vir. append. Epist. ad Capell. pag.* 216. *Confer. Not.* Ecchell. *in Bibl. Eb. Ms. p.* 161. *Notis, corrupti Codicis*; Exercit. Anti Morin. *Iudicium de Pentateuchi Chald. Samaritani nævis & virtutibus*, Fascic. Disput. Heidel-

VII. *Essenorum* nulla quidem in sacris, profanis tamen & Ecclesiasticis authoribus mentio fit. Inter Sectas Iudaicas omnium innocentissima. A fastu longè abfuit & typho Pharisaico; nullas etiam vel Christo, vel Apostolis creasse legitur molestias. Non Theoreticis modò sed & Practicis y *vitæ austeræ* exercitiis ita vacavit, ut cum primorum Monachorum *συλληγωγίαι* paria fecisse observetur; unde & z *Eusebio* aliisque impositum, qui Essenos à Christianis non satis accuratè distinguentes, antiquiora, quàm conveniat, Monachatus Christiani ostendunt incunabula. aa *Hasidæi*, Rechabitæ, Naziræi huc non pertinent, de bb *Herodianis* alibi, quantum satis erat, diximus.

CAPUT II.

De Pharisæorum, Deuterotarum, Rabbanitarum Theologia in Genere.

I EX Historiæ Evangelicæ non uno loco manifestum satis est, hæc a *Pharisæorum* potissimùm fuisse studia, ut varias circa legem obortas quæstiones examinarent, deciderent, publicè proponerent, quos hæc occupavit cura b *Νομικοὶ, νομοδιδάσκαλοι*, *Γραμματεῖς* appellari consueverunt. Distinguunt quidem Evangelistæ nonnunquam Pharisæos & Scribas, non quòd Pharisæus non etiam Scriba i. e. Doctor publicus esse potuerit, sed quia non omnibus ex illo ordine munus Scribarum fuit assignatum, planè ut hodie Monachis, qua talibus, Doctores possunt contradistingui, non quod nulli ex Monastico ordine ad provinciam illam admittantur, sed quòd non omnes.

II. Accessit

Heidelbergens. pag. 114. *De reliquis dogmatibus consulatur tum* Smeg. Orient. *pag.* 442. *tum* Pseudepigraphia V. T. sup. pag. 19.

VII. y Austeræ vitæ) *Quam quidem tum alii prolixè describunt, tum inter Iudæos* Zacut. *in Sepb. Iuchas. pag.* 139. *& deinc.* z. Eusebio) *Quod ab aliis jam*, Hospiniano, Scaligero *observatum est. Vide* Thes. pag. 39. aa Hasidæi,) Thes. Philol. p. 23. 24. 25. bb. Herodianis) *Ib. pag.* 44.

I. a. Pharisæorum) *Non ratione quidem Etymologiæ, ut quidam volunt, tum quòd fæmininum admittit* פרושה *quo nomine* Monialem *exprimunt, tum quòd in Conjug. . demum verbum* פרשׁ *sit* exponere, *sed ratione usurpatæ clavis tam scientiæ*, Luc. 11. v. 52. *quam potestatis, cujus usus in* אסור & היתר Licito & illicito, *consistebat. Vnde & clavium symbolum in promotionibus Hebræorum, de quo Primit. Heidelbergens. pag.* 80. b *Νομικοὶ*) *De Scribarum & Legisperitorum ordine & munere, videatur* Thes. Phil pag. 74.

II. Accessit & altera cura, Traditionum παραδόσεων, de c jurramentis temerariis, d votis, e lotione vel totius corporis, vel manuum, f decimis, cæterisque, quæ jam usu invaluerant, eas suis discipulis tanquam divinitùs latas & datas commendarunt. Vnde obtinuerunt tandem, ut Traditiones ejusmodi vel pari g passu cum verbo scripto ambularent, vel etiam præponerentur. Certè, successu temporis Scripturæ Sacræ præ Traditionibus h sordere, & ignominiosè à multis tractari cæperunt. Hæc facies fuit circa ætatem Servatoris.

III. Ejecti ex solo patrio pervicacissimæ Gentis Doctores, scotomate majori percutiuntur, Academias quidem suas & in i Palæstina, & in k Babylonia extruunt, ad tempus studia sua prosequuntur, non tamen Biblica i.e. solida, imò vix critica seu Masorethica, sed Talmudica tantùm, quibus adeò Magistri erant inebriati, ut nec quæstionum modum haberent, nec respondendi medium. Fabulæ, elaboratæ fabulæ, de quibus Apostolus Petrus, illorum per annos propemodum mille, pabulum erant & alimentum.

IV. Annis verò mille, præter propter, elapsis, ad studia paulatim Exegetica animum verpi applicuerunt, Methodo tamen & successu valde diversis. Alii enim l brevius, alii prolixius in hac palæstra sunt versati, alii Grammaticum, alii Kabbalisticum eruerunt sensum. Et quantò major paulatim Linguæ Sanctæ irreplit m ignorantia, tantò etiam incertior in explicatione sensus literalis successit conjectura; quanto immanius in Christum & Christianos exarsit odium,

c Iuramentis temerariis) *Cujusmodi describuntur* Matth. cap. 5. *Per cœlum, altare, capillos &c. Fuisse autem ejusmodi formulas jurandi in usu apud Iudæos, sæpius jam probatum est. Videatur* Lexic. Talm. Buxtorf. שב Anal. Theol. pag. 232. Light. foot. *Hor. Heb. pag.* 101. d. Votis) *Quale illud est* Matth. 15. 1. Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, *de cujus sensu laboravimus in* Primit. *pag.* 47. *Confer.* Ligthfoot. *ad l. c. Matth.* e) Lotione) *De hac etiam traditione rigidè & inculcata, & observata consulatur* Pocok. *Miscell. pag.* 357. *&c.* Primit. *p.* 81. f Decimis) *Olerum nempe, de quibus Servator* Luc 11. *v.* 42. *vide Tractat.* Sixt. Am. *de Decimis.* g Pari passu) *Id quod tum jam probatum est*, Buxtorf. *Synagog. cap.* 1. Thes. Philol. pag. 554. *tum in sequentibus, suo loco propabitur.* h Sordere) *Patet ex impiis vel comparationibus, vel axiomatibus* Thesaur. Philolog. pag. 555.

III. i. Palæstina) *Quales erant* Tiberiensis & Iafnensis, (*Ioppensis*) *Zephoriensis*, (*quæ antiquæ Tiberiensi quibusdam æquipollet*) & *Cæsariensis, de quibus* Buxtorf. *Clav. Masor. c.* 5. k Babylonia) Nahardeensis, Sorana & Pumbedithana, *de quibus idem pag.* 5. *Schalsch pag.* 8. & *nos infra, ubi de studiis & Academiis Hebræorum.* l Alii enim brevius) *De hac diversitate commentandi ex professo agit* Aben Esra *Præfat. Comment. in Pentateuch. Expressimus ejus mentem* Primit. Heidelberg. pag. 24. m Ignorantia) *Quod quibus gradibus factum sit, observatum est à* Buxtorf. *Dissert. de Ling. Heb. Conservat.* κατ' ἐπιτομὴν *à nobis* Centur. Quæst. Theologicp ag. 147. &c.

odium, tantò etiam longius à vero sensu recesserunt, in iis testimoniis quæ de Messia agunt, ejus Nativitate, vita, morte, satisfactione, &c. Quin & calamum contra Christianorum *scripta* Exegetica impunè multi strinxerunt.

V. Est & hoc observandum, quòd eandem ab eo tempore; quo Arabum floruerunt studia, multi ex Iudæis, Asiaticis, Africanis & Hispanis, maximo suam illis adhibuerunt fervore operam; unde factum, ut Methodo disputandi ab Arabibus mutuata, Scholasticum magis magisque placuerit scribendi genus, tam quo ad rem, quàm quo ad verba. Et quanquam n *multi* huic resistierent Methodo, utpote quæ Talmudicam (illa enim *Rationibus*, hæc *Traditionibus* tantùm agit) de ponte penitus præcipitavit; adeò tamen nihil obtinuerunt, ut in ipsam etiam Theologiam Exegeticam i. e. Scripturarum explicationem paulatim illa irrepserit, & *Aristoteles* o *cum Mose*, ratio cum fide conjuncta fuerit. Hodie, in p *diversum* seinditur vulgus, & prout quisque suo ducitur genio, ita vel hunc libentius sequitur, vel illum scriptorem.

CAPUT. III.

De Methodo Studii Theologici Rabbanitarum quintuplici.

1. Est autem Iudæorum Theologia, ratione modi tradendi. A· *Topica*, eaque vel *pura*, quæ dogmatica & ritualia à forensibus distinguit, vel *mixta*, quæ forum cum choro, conjungit. a. *Hanc* Talmudici sequuntur, & quicunque Methodo Talmudica, res sacras & Civiles, Leges Morales, Ceremoniales & Forenses promiscuè tractant, & confusè. *Illam* verò, vel continua serie, adeoque *formaliter*, vel *materialiter* suppeditant, quicunque res Theologicas Scholasticè tractant & proponunt in certas Locorum Communium Classes digestas; Ex his iterum alii b *Catechetæ* appellari possunt; alii Tractatores Locorum Com-

n multi) *occasione præsertim notissimi Tractatus More Hannevochim*, *ceu diximus* Hist. Eccles. Sec. XIII. Sec. 4. Bibl. Orient. pag. 95. o Aristoteles cum Mose) *De quo multorum conatu consuli possunt authores expressi* Bibl. Orient. pag. 41. 42. *coll. cum p. 6.* p Diversum) *Quantum tamen ex Hebræorum multorum observavi confessione & Praxi Iarchii Commentarii, qui* Draschim, *sensus Allegoricos, & Talmudistarum authoritatem præ aliis urget, cæteris palmam præfert, de Majmonide & Abarbinele non nisi doctiores soliciti.*

a. Hanc) *Specimen* Σ. Θ. *habebimus* ad calcem *in Catalogo* 613. *Præceptorum ex Majmon. depromtorum, & per brevem* Σύγκρισιν *cum reliquarum Gentium Legibus collatorum.* b Catecheticæ) *Qualis est* לקח טוב *brevis libellus, qui de Virtutibus potissimùm Theologicis fide, spe, charitate agit.*

Communium; quorum *alii* vel *unum* c *tantùm* Locum Communem expediunt, de Scriptura, Deo, Providentia; *vel plures*, vel *omne*, quam operam aliis perspicuè tradidit author *Beth* d *Israel*, & *oblivionis* e *spicilegii*; quorum tamen ille Scholasticus magis est; hic confusus. B. *Exegetica*, sive *Practica*, quæ in S. Scriptura *vel* integris libris, *vel* certis tantùm, sive *Emphaticis*, sive *obscuris*, sive in specimen pugnantibus, cujusmodi f *Catalogum* alibi exhibuimus prolixum, versantur locis; Hispanorum Iudæorum solertiæ hîc primæ videntur deberi, utpote qui vel fusum & diffusum, vel ἀλληγορομανὲς commentandi genus restrinxerunt, & in ordinem revocârunt; vel felicius ea quæ ad sensum literalem, & Grammaticum faciunt, quàm Galli, explicuerunt: g *Kimchii*, certè Pater & Fratres, in hac palæstra feliciter versati, omnem propemodum, quæ circa literam est, obscuritatem aut difficultatem Lexicis, Grammaticis, Commentariis suis sustulerunt. *Ab arbanel* verò itidem Hispanus primus (ut *Majmonides* in Topica Theologia) in Exegesi rerum (nisi ubi h *apertè* nimis, adeoque impiè Ἰουδαΐζει) delirare desiit, præsertim si Methodus spectetur, tanto cum accessu, tantâque cum luce in hoc stadio occupatus, ut vel solus videatur dignus, qui in examine sententiarum Iudaicarum, quatenus earum in Theologia Christiana usus aliquis esse potest, adhibeatur. C. *Ritualis* seu *ceremonialis* est, quæ ritus, ceremonias, preces, solennitates, & si quæ alia ad מנהגים ut Hebræi appellant, pertinent, enarrat. Euchologia hic triumphant, & libelli ἐγκύκλιοι seu *Machzorim*. D. *Historica*. Prima fermè Iudæorum cura occupata est in demonstranda non Synagogæ modò, sed & verbi ἀγράφου, ceremoniarum quinetiam suarum *k antiquitate*. Historiam hic in subsidium vocant, & rerum gestarum monumenta, idque iterum *vel* ex professo, *vel* incidenter. Hinc certamina observes gravissimorum etiam inter Iudæos authorum, de concatenata Traditionum πατροπαραδότων propagatione, & conservatione: Vbi l *Majmonides* iterum eminet, præter illos, qui hæc m *studia* sibi fecerunt *peculiaria*. Reliquas, *profanas* præsertim Historias, n *Arabicis* exceptis & Tartaricis, sublesta fide tradunt, sacras o *fabulis* contaminant & insulsis figmentis. E. *Kabbalistica*, quæ *vel*, ex literali sensu allegorias eruit, vel *elementorum* p *conjunctione*, *transpositione*, *permutatione* mysteria elicit. Hæc quidem simpliciter q *allegoricasi* sit, vel aliquo sensu commendari potest, frustra tamen multi se fatigant, qui, ut commodiorem aliorum nugis & nænniis affingant sensum, ad hæs se proripiunt principia: r *Profana* verò ex Magorum Schola petita, noxia planè est, & inter Apostaticæ Synagogæ characteres referenda, ex qua postmodum Europa etiam sua habuit incommoda. F. s. *Practicæ* denique Theologiæ, quatenus vitam illa potissimum, variosque in ea eventus, & t *Casuisticæ* aliquam Iudæos habuisse rationem, ex variis, de utraque, authoribus obscurum esse non potest.

No.

NOTAE.

c Vnum tantùn.) *Indicem horum Theologorum ordine dedimus* Bibl. Oriental. p. 16. *de Theologia Didactica.* d. Beth Israel) *Totus absolvitur Tractatus XII. Columnis, quarum I. agit de Lege, ubi a. de dignitate Legis scriptæ: b. Discipulorum & Doctorum ejus. c. Tempore discendæ legi destinato. II. De cultu, ubi a. de cultu Sanctuarii, quem intendit Simeon justus. b. De precibus & confessione; quæ* עבודה *cultus Synecd. appellatur; ubi etiam de* תפלין *Phylacteriis. III. De* גמילות חסדים *Retributione Sanctorum, i. e. misericordiæ operibus, nempe a. Eleemosyna. b. Sponsalious. c. Ducenda uxore,* πολυτεκνία, *& non repellenda uxore. IV. Judicio, ubi a. De Excellentia judicum & judiciorum. b. De sententiæ* שמתא *&* נדוי *duabus excommunicationis speciebus. c. Modestia & humilitate tam Judicis, quàm aliorum Procerum. V. De Veritate; veritatem nempe amandam, & odio prosequendum odium: VI. De Pace; eaq; a. inter homines, erga alios, ubi de bello: dissidio, discordia, &c. b. Hominum inter se, ubi de bello & pace,* יצר טוב *&* יצר רע *boni & mali figmenti i. e. carnis & Spiritus. VII. Pœnitentia, ubi a. De natura pœnitentiæ, qua occasione Davidis exemplum proponitur. b. De causis pœnitentiæ, ubi de jejuniis ordinariis, præterea* יסורין *seu castigationibus. VIII. De gehenna & Paradiso, ubi de existentia rerum quarundam ante creationem Mundi, animarum item* Πτωμονῆ. *IX. De iis, quibus homo ad vitam æternam perducitur, i. e. operibus bonis, ubi de timore & amore. X. De solio gloriæ. ubi a. de Providentia divina, omnibus ejus partibus, de miraculis, Prophetia;* Spec. *Mosis: Filia vocis. Libero arbitrio b. de* מעשה מרכבה *opere currûs, Theologia* Μυστηριώδει; *Nominibus Dei & Angelicis. c. de Dæmonibus, nominibus, familia & similitudine cum Angelis. XI. De Sanctuario, ubi a. de Tabernaculo & AEde prima; b. de domo secunda, bellis & variis ejus accidentibus. XII. De Messia, ubi a. Adventus Messiæ, Eliæ, Resurrectio mortuorum, futurum seculum. b. Examen nominis Messiæ, quasi generaliter omnem significet missum sive Legatum; ubi etiam*

de

ex multis. e. Oblivionis (spicilegium) *Hebr.* לקט שכחה, *cujus capita sunt. c. 1. De Patriarchis ab Adamo ad Noachum &c. c. 2. de ætate Abrahami; ubi de sepultura Patriarcharum, c. 3. de pace & opposito bello. c. 4. de Regibus Gentium, eorumq; Prophetis. c. 5. de cibo & potu; officio conjugali. c. 6. de Elia & Elisæo. c. 7. de Aharone, filiis, ejus, & omnibus Sacerdotibus. c. 8. de veritate, & opposito ei mendacio. c. 9. de terra in genere; & terra Israëlis in specie. c. 10. de Creatione Mundi & hominis. c. 11. de Babyloniis, Medis, Græcis, Romanis. c. 12. de Templo, vasis, & sacrificiis ejus. c. 13. de Synagoga & lectione Legis; de benedictione & maledictione. c. 14. de Exilio. c. 15. de liberatione. c. 16. de Proselytis; c. 17. de vita & morte æterna. c. 18. de furto & rapto; malis decretis, eleemosyna, pluvia &c. c. 19. de Davide & semine ejus, præsertim Solomone. c. 20. de Prophetis; Cynæidis &c. c. 21. de Templi devastatione. c. 22. de Peccatoribus & pœnis. c. 23. de bona & mala concupiscentia. c. 24. de Isaaco; c. 25. de Jacobo. c. 26. de Josua. c. 27. de diebus festis. c. 28. de diebus tremendis. c. 29. de Israëlitis, eorum excellentia, & justis. c. 30. de magis & Dæmonibus. c. 31. de Tabulis & statione Sinai. c. 32. de Angelis. c. 33. de Circumcisione. c. 34. de morte & sepultura. c. 35. de Mose, ejus generatione & Prophetia. c. 36. de Messia, & mortuorum resurrectione. c. 37. de Regibus & Judicibus. c. 38. de Præceptis, eorum mercede & ratione. c. 39. de Votis & Juramentis. c. 40. de Miraculo. c. 41. de Prophetis & somniis. c. 42. de Anima & Metempsychosi. c. 43. de Noacho & generatione ejus. c. 44. de Vitulo. c. 45. de Humilitate. c. 46. de decem occisis. c. 47. de Actore & Reo. c. 48. Majestate divina,* שכינה *c. 49. de Sabbatho & Novilunio. c. 50. de Cœlo, & exercitu ejus. c. 51. de lege & Studiosis ejus. c. 52. de Precibus, Respiscentia & Jejunio. Addantur Authores de quibus* Bibl. Orient. pag. 19. 20. *Nec omitti debet pars. II.* Schalschel. Hakkabb. *quæ itidem Locorum Communium tam Theologicorum, quam Philosophicorum & Philologicorum habet seriem 1. de Sphæris cælestib·, adeoq; Astrologia, pag. 70, de formatione fœtus cujuslibet; de anima. 72. b. ingressu ejus in corpus, & facultatibus*

de præstigiis 83. de ratione hominis, vitæ & mortis cumprimis, ut de extremis multa 85. de Spiritibus malis; 87. de monetis & ponderibus 88. sequitur denique Patriarcharum, Prophetarum, Rabbinorum, Persecutionum Catalogus. f. Catalogum) *Bibl. Orient. pag. 2. & deinc,* g. Kimchii) *De quibus Hist. Eccles. Sec. XII. p. 2* 0. h Apertè nimis) *Quod tum alibi fit, tum Comment. in Esc. 52. & Prophetiam Danielis universam.* i. Ritualis) *De Leiturgicis & scriptoribus consulatur* Bibl. Orient. pag. 24. k. Antiquitate) *Quam cumprimis urgent, & Karræorum novitati opponunt; Rabbanitæ; Vide* Histor. Eccles. *Sec. XII. pag. 245.* l. Majmonides) *Tum alibi, tum præsertim in* Porta Mosis pag. 32. m. Studia peculiria) *Id quod serio fecit author. lib.* Iuchas. pag. 156. *Schalsch. Hakkabb. pag. 67. 68.* Zemach. Dav. *& alii* n. Arabicis exceptis & Tartaricis) *Quas felicissimè scriptas, debemus authori lib.* Iuchas. o. Fabulis) *Specimina habes in descriptione vitarum Patriarchalium, obvia, in* Smeg Orien. pag. 206. &c. p. Elementorum conjunctione) *Species* תמורה, גמטריא, נוטריקון *dedimus* Thes. Philol. pag. 447. q. Allegorica) *Qualis hinc inde, in Kabbalistarum scriptis, de quibus* Bibl. Orient. pag. 31. r. Profana) *Contra quam Majmonidis authoritate breviter actum est* Fascic. Disput. Heidelbergens. pag. 181. s. Practicæ) *Quam tractârunt authores, de quibus* Bibl. Orient. p. 27. t. Casuistica) *Quæ rarius tamen exculta;*

Vide interim Ib. pag. 31.

Cap. IV.

CAPUT. IV.

De Theologia Topica, sive totius Theologiæ Iudaicæ Locis Communibus.

SECT. I. *De Theologia Topica in genere.* Absolvitur universa Theologia Iudaica tribus capitibus, quorum illud de *dogmatibus* agit, istud de *regimine*, hoc de *ritibus*. *Dogmata* vel *generaliter* considerantur, vel *specialiter*. *Generalite* notandum, occasione literaturæ Arabicæ, ceu suprà jam monuimus, factum, ut Iudæi in Asia, Africa, multis etiam Europæ locis eam in tradenda Theologia Topica sequerentur Methodum, quæ ratiocinativa potissimum esset; unde & a *Scholastica* appellari solet, termino Arabum Scholis usitato. Legibus quidem cautum erat, ne quis b *lectione librorum* extraneorum, quo & c *Siracidem* referebant, periculum crearet Iudaismo; sed nihil profecisse hanc legem, eventus probavit. Ad Latinos, Græcos, Arabes cumprimis (*disertè* d *licet prohibitos*) Aristotelis potissimum Philosophiam, avidè multi provolârunt. Hinc variæ statim natæ controversiæ de Articulis *fundamentalibus*, & e *non fundamentalibus*; quam distinctionem alii f *admiserunt*, alii rejecerunt; alii g *latiùs*

S. I. a. Scholastica) *Hanc enim inter Judæos etiam obtinuisse, haud obscurè colligitur ex lib.* Cos. pag. 359. 360. *Vocant eam Karraitæ* חכמות הדברים Sapientiam verborum, *cujus nominis ratio duplex redditur, originis & usus Ib.* b. Librorum extraneorum) *De hoc interdicto videatur* Schal. Hakkabb. p. 19. 20. Thes. Philol. pag. 51. *Adde* Port. Mos. pag. 133. & 163. *Ubi, quid nomine* ספרים חיצונים *Librorum extraneorum, intelligatur, explicat.* c. Siracidem) Port. Mos. pag. 163 *ubi idem, quid Siracides scripserit.* d. Disertè prohibitos) *Arabica enim studia extraneis expressè accensent,* Port. Mos. p. 163. e. Fundamentalibus) *Hebr.* עקרים, שורות, *appellant. de quarum vocum usu & origine,* R. Ioseph. Albo, l. 1. c. 15. *& alii, de quibus Centur.* Quæst. Theologic. pag. 37. f. Quam distinctionem alii admiserunt) *Qua de re prolixè* R. Iosephus Albo *qui usum defendit, lib. 1. c. 20. & 15.* Abarbanel. *qui rejecit, prout compendiosè monuimus,* Centur. Quæst. Theol. pag. 36. *De fundamentalibus Legis regulis etiam agitur in* Akid. Iizh. pag. 183. a. g. Alii latiùs & latiùs] *Id quod ibidem probatum, p.* 40. 41.

tiùs & latiùs, alii strictius usurpârunt. Hinc tanta diversitas, in *numero* h *numerante*, & numerato. i *Majmonides* in Synagoga, Arabum exemplo, initium fecit; mox *Albo* secutus; *curâ interim* k *ramorum* i. e. non fundamentalium minimè *neglectâ*. Quæri etiam paulatim cæptum de l *causis dissidiorum* secundis; *permissiva* m *item prima*. Quid n *hæreticus*, quid o *infidelis*, quid p *Epicuræus*; quid q *Apostata*, quæ r *avocantes* à veritate sive causæ sive præ xtus, clarius expositum. De f *fide*, sive Religione, ejus t *notis*, u *unitate* atque x *principiis*;

h. Numero numerante) R. Alb. *tres constituit articulos* אבות principales, *Existentiam Dei, Legem Mosis, præmium & pœnam futurum c.4. 10. & 26. Libro verò 2. c. 7. quatuor ponit* שרשים *fundamenta; Majm. duodecim*; Quæst. Theolog. pag.40. *Confer.* Port. Mos. pag.164. i. Majmonides) *Arabes, ut in aliis, sic hoc loco secutus*; *Ib.pag.42.* k. Curâ non) *Neque enim illis derogandam fidem, docet* R. Ioseph. Albo, II.c.13. De causis dissidiorum) *Mere Hannev. P.I. c.31. quatuor recenset,* φιλονεικίαν, *difficultatem objecti, inscitiam, objecti, & consuetudinem:* R.Saad.pag.3. a. m. Cur Deus controversias permittat) *In causas inquirit* R. Saad. *Ib. c. d.* n Hæreticus) *Heb.* מין *vocatur, de quo* Thes.50. *adde* Alb. l. 1. c.23. *Monet, præter fidem in legem, præcepta & miracula, quæ in lege extant, specialem requiri fidem in sex alia, quæ ad Legis subsistentiam necessaria sint; hæc verò qui non crediderit,* מין *dicitur*; Infideles) *Heb.* כופר *Arab.* באפר *negans, scil. fundamentum, fundamentalia, juxta* R.Alb. l.1.c.2. (ἄθεος, *cujusmodi tamen, Theoreticum nempe, dari negant,* R.Saad. pag.13. a.) *de quo* Thes.pag.52. p. Epicuræus) *Heb.* אפיקורוס *de cujus vocis sensu & usu,* Port.Mos.pag.163. *ubi tamen malè vocem Syriacam appellat,* Thes. pag.51. q. Defertor) *Heb.* משומד Apostata, *de quo* Thes.pag.13. *vel* מומרים *mutati,* pag. 15: r. Quæ causæ à veritate avocare possint) R. Saad.pag.6. f. De fide) *Fidei definitionem habet* Saad. l. c. pag.4.col.3. t. Notis) *Notas alias desumunt ex parte Legislatoris, alias ipsius Legis*; Alb.l.1.c.18. u. Vnitate) *Vnam enim, ratione* Subjecti, *esse religionem divinam; varietatem tamen ingeniorum, adeoq; temperamenti, variam inter homines gignere religionem*; *Id.c.25.* x. Principiis) *Cujusmodi numerant* 1. Scripturam Sacram *ad 13. modos, vel plurium suffragia explicatam,* Port.Mos.10.13

cipiis; de *Religione* etiam y *communi*, plenius quàm antea disputatum; adeò Theologia Iudaica z *Loquentium* (ita aa *Syrorum* postea, & bb *Arabum* Theologi appellati erant) tradi debuit Methodo.

Sect. II. DE THEOLOGIA. Theologiam Iudæi etiam distinguunt in Naturalem, eâmque tum a *communibus ἐννοίαις insitam*, tum operibus b *acquisitam* supernaturalem. Illam vulgò מעשה בראשית *opus creationis* appellant; hanc מעשה מרכבה *opus* d *currûs*; utramque variis similibus, e *ranæ corvi* illustrarunt: unde & f *modos perveniendi* ad notitiam Dei monstrârunt varios. Naturalem Noachidis ferè tribuerunt, asserentes, præcepta *eorum*

2. Talmud. *Mischnam præsertim, quæ, ubi sine contradictione praxis obtinet, Principii locum habet; quo etiam in ceremoniis suis confugiunt,* Scheb.Ieh.pag.109.110. 3. Rationi *etiam multum deferunt, Judicio sensus & intellectus ut postea audiemus.* 4. *Accedun.* Rabbinorum תקנות *constitutiones* (*quædam tamen tantùm, non omnes* Thes. p.558.) גזרות *Decreta,* (*sepimenta sapientum* Port. Mos.p.94) מנהגות *Consuetudines, de quibus Comment. in Pirk.S.7.* Mosis Port.pag.50. *Nomina ejusmodi* מתקנים *exprimuntur.p.91. 114. In Juch.pag.14. Patri Mattathiæ multa tribuuntur* תקנות *vide & pag.20.* a. y. De religione etiam Communi) *Communem Judæos admittere religionem, patet ex* Scheb.Ieh.pag.283. *Confer.* Thes. pag.536. z. Loquentium) *De quibus* Majmonid. *More Hannev. P. I. cap.71.* Orient Hist. pag.556. Cosri. pag.360. *Judæos hanc sequi Methodum, habet* Port.Mos. pag.223. aa. Syrorum) vide Topograph. Ecclesiast pag.13. bb. Arabum) *De quibus* Hist. Orient.pag.560.

a. Κοιναῖς ἐννοίαις, Communibus notionibus) *Hæc enim sunt* מצות מושכלות *Præcepta intellectualia, de quibus* Cos. pag. 113. 114. Port. Mos pag.223. b. operibus acquisitam) R.Saad. pag.7.col. b. pag. 16. cap.3. *ubi expenditur, quomodo cœlis tribuatur loquela.* Akid.Iizh.pag.105. a. c. opus creationis) *De quo* Thes.pag.77. d. opus currus) *vide* Mos.Port. pag. 83 Thes. pag. 77. e. Ranis; corvis) *Festivæ satis allegoriæ de Theologia naturali & supernaturali occurrunt,* Scheb. Ieh. pag. 208. f. Modi adnotitiam Dei varii) Akid. Iizh. pag 51. b. Majmonid. *More P. I. c. 53.*

g *generalia* plu a sub se continere; Supernaturalem multa habere, quæ h *Aristoteles ignoret.* Et ut *tres scientiarum* i *fontes* definierunt; ita *Naturam sufficere* k *negarunt* ad omnimodam sive perfectionem, sive beatitatem, *revelatione seriò urgentes.* Sensuum testimonium non *planè* l *rejiciunt*; imò m *fundamentale* quidam illud statuunt, ita tamen ut *Legi* n *subjiciatur*; Theologiam rationem *objecti* & n *Theoreticam*, & o *Practicam* esse; *finis*, tendere ad vitam p *æternam*; *materiæ*, locos alios *puros* esse, alios q *mixtos.* Eandem scien æ *amplitudinem* r *ab omnibus non requiri*: fidem implicitam *simpliciter improb* [illegible] nfirmam confirmari posse concedunt: utque Theologis suis *multum* s *defer nt*, ita, ut alii ab *aliis in* t *conclusionibus distingui, & authoritate discerni possint, certas præscribunt regulas* & obser-

g. Noachidarum præcepta generalis) *Teste auth. lib. Chin. pag. 166.* a. h. Aristoteles supernaturalia multa ignorat) Akid. Iizh. pag. 87. i. Tres scientiarum fontes) *De quibus* Saad. pag. 4. k. Naturalem non sufficere) *Qua de re* Alb. l. 3. c. 7. *ubi hoc in specie applicat ad examen bonorum operum, quæ ex Verbo revelato æstimanda.* l. Sensuum testimonium non planè rejiciendum) *ut docet* R. Saad pag. 13. c. 2. *Dico*, non planè, *aliâs non diffitentur, testimonium sensus & intellectus à Lege sæpè mendacii convinci*; Akid. Iizh. 63. m. Fundamentale statuunt) R. Alb. c. 4. c. 2. 3. *ubi de hac materia prolixè agitur*; *Sensus autem testimonium urgent, etsi illius nulla dari possit ratio.* n. Theoreticam) *Nam & hæc requiritur, cùm nulla absque vera fide Deo placeant opera.* Nizz, pag 80. *Confer.* Alb. l. 3. c. 28. o. & Practicam) *Hanc Theologiæ partem vehementer urgent*; Thes. pag. 71. *Theoretica enim præcedit, ut Practica sequi possit*; Akid. Iizh. pag. 120. d. p. Vitam æternam tendere) R. Alb l. 1. c. 21. 22. q. Alios mixtos) *Quam distinctionem non tantùm; sed & discrimen inter illos ostendunt.* Id pag 45. r. Non eandem requiri amplitudinem) *Quædam exigunt simpliciter credenda, quorum Catalogus exhibetur* Nizz. pag. 80. *A* ספירות Numeris *Cabbalisticis & aliis* סתרי תורה Mysteriis *excipiuntur Idiotæ* Ib. Thes. pag. 81. *aliâs, utrum examen capitum religionis distinctum ab omnibus æquè requiratur, non eodem definiunt modo.* Albo *limitat l. 1. c. 24.* Saad. *affirmat, pag. 6* [illegible] *Confer.* Thes. pag 81 *Certum est, fidem simpliciter implicitam apertè damnari.* Nizz pag. 74. [illegible] 80. Thes pag. 3. s. Multum deferunt) *Utpote quorum simpliciter judicio standum esse censent*; Chin. pag. 195. Niz. 177. t. ut distingui possint con-

observationes. Inter eos Doctores, qui circa Christi tempora maximè floruerunt, *Hillel*, u *& Schammai* excellunt, quorum temporibus x *controversiarum numerus* valde *crevit*. Et quanquam non negent, Doctores suos in *hæresin* posse y *delabi*, attamen, ut ne facilè authoritas eorum vilescat, dicta eorum absurdissima, *Talmudistarum* præsertim longè petitæ z *allegoriæ*, emolliuntur, commodus illis affingitur sensus; ipsique inter se dissidentes aa *pro virili* ab illis *conciliantur*.

S. III. DE VERBO DEI scripto, ejusque partibus, Lege, Prophetis, & Hagiographis.

Verbi Dei a *distinctas* duas agnoscunt species, ἔγγραφον & ἄγραφον. Illius b *insignia* quædam habent *nomina*, quæ vel causam exprimunt efficientem, vel materiam, vel formam, vel finem. Generaliter Scripturam agnoscunt adeò solidæ authoritatis, ut ne quidem c *miracula* ei opponi possint. De materia remota

---

clusiones, præscribunt regulas) *Cujusmodi plurimæ sunt in* Halic. Ol. *Ita: E. G. ubi Hillel. & Schammai, æmuli, controvertunt, authoritas Hillelis præcedit.* Port. Mos. pag. 511. u. Hillel, & Schammai) *De quibus* Thes. pag 43. *Cur* בית הלל *Domus Hillel. vocetur, expedit id.* Port. pag 126. x. Controversiarum numerus crevit) *Cur Hillelis tempore auctæ fuerint Controversiæ, habet* Port. Mos. pag. 46. y. Doctores in hæresin labuntur; *Vide* Nizz. p 79. z. Dicta absurdissima) *Vide Nizz.* pag 66. 159. 168. Schebh Ieh. 207. 208. 294. Port. *pag. 144. ubi triplex de Rabbinorum sensu judicium.* Illi τὸ ῥητὸν *observant*; isti *propter* τὸ ῥητὸν *Rabbinos rident.* Hi *excusant, & parabolicum docendi genus neutiquam vitio illis vertendum judicant. Ita* Majm. *qui & Misnicorum* דרשות Explicationes Allegoricas *in specie explicat; p. 83.* aa. Pro Virili conciliantur) *Vide* Port. Mos. pag. 129. Nizz. pag. 450. *Non vult inter Doctores ullum discrimen essentiale.*

a. Distinctas) *Qua de re infra; Vide* Thes. pag. 54. b. Insignia) *Cujusmodi sunt* מקדשיה *Sanctuarium Domini*; Ib. 95. מקרא Lectura, pag. 88. & *Port. Mosaic. 217.* תורה *Meta, Institutio, Thes. 94.* ספרי הקודש *Libri Sancti 98.* מגלה *Volumen 99. &c.* c. Miracula) *Quod prolixè asseritur* Mos. Port. pag. 15.

remote, d *charactericibus*, *punctis* e *vocalibus*, & accedentibus, Scribarum f *ablatione* & g *ordinatione*, totaque doctrina Masorethica, variæ quidem inter ipsos Iudæos extant controversiæ: antiquitatem tamen *plerique* asserunt atque defendunt. Proximam agnoscunt Legem, Prophetas, & Hagiographa. *Legem* ut h *perfectam*, *subjectivè*, & *effectivè*, i *necessariam*, immutabilem, *æternam*, alii quidem k *absolutè* & ex parte rei, alii *secundùm* l *quid*, respectu voluntatis Dei, reliquarum *Scripturarum* m *normam* & regulam, ex qua omnes depromendæ *demonstrationes* n *Theologicæ*, venerantur. F[illegible] in to[illegible] *Angelorum* præsentia à Deo per Mosen latam, p *aliquoti[illegible]* [illegible] ab eo descriptam, sartam tectamque ad *nostra* q *asservatam* esse tempora, observatoribus temporalem tantùm meteedem. r *pauci*, s *plerique* etiam *æternam* admittunt. Eam *Israelitis*

d. Characteribus) *Sint ne Samaritani, an Quadrati Assyrii, de qua multa Hebræi*; Alb. l. 3. c. 16. *Confer.* Quæst. Theologic. pag. 123 Meor. En. pag. 171. 176. 178. e. Punctis vocalibus) *Ib. pag. 125. Confer.* Eliam *in Mas. Hammas.* R. Chajim *Præfat. in Bibl.* Buxtorf. *de Antiquitat. Punct.* Thes. Philol. pag. 399. f. Ablatione) *Heb.* עשור *Vide Thes. pag. 429.* g. Ordinatione) Ib pag. 422. Alb. l. 3. c. 22. Plerique) *Quod prolixè asseruit* Buxtorf. *Mas. Clav.* & Fil. *de Antiquit. Punct.* h. Perfectam) *Id, secundum omnia causarum genera*; Alb l. 3. c. 25. & 28. *De utraque autem hac perfectione agitur* in Port. Mos. pag. 202. i. Necessariam) Alb. l. 1. c. 16. k. Absolutè) *Ita* Majm. *qui inter fundamenta refert* שלא תנוסח התורה τὸ ἀμετάθετον ἐν Νόμῳ; *eandem Scriptura & ratione stabilire nititur* R. Saad. pag. 21. c. 2. *Confer. argumentum in* Schebh. Ieh. pag. 315. Nizzach. pag. 81. l. Voluntatis Dei) *quod prolixè asserit* R. Alb. l. 3. c. 13. 14. 20. *ubi contra Majm. agit.* m. Normam) *Haksp. Not. in Nizz. pag. 266.* n. Demonstrationes Theologicæ) *Quod fusè demonstrat, ex eo potissimùm argumento*, R. Alb. l. 1. c. 11. o. Angelorum præsentia) *Vide Pirk. Elies. c. 46. Confer.* Act. 7. 53. διαταγὰς ἀγγέλων. p. Ali quoties) *Tribuuntur ei exemplaria 13. autographa.* Port. Mos. pag. 9. q. Asservatam) *Eandem enim jam, quæ tempore Mosis fuit, esse Legem, probat* Alb l. 3 c. 22. *Esræ tempore nullam subiisse mutationem.* r. Pauci) *De qua materia* Akid. Iizh. pag. 194. b. *ubi quærit, cur Lex corporalia tantùm* [illegible] *mittat. Variæ ibi sententiæ.* s. Plerique æternam) *Legis enim promissiones vitam etiam æternam concernere, multis Hebræorum testimoniis*

Israelitis t *tantùm*, ut u *reddantur justi* (ita enim illi loquuntur) datam, variis distingui præceptis, tum ratione x *quantitatis* & y *qualitatis*, tum etiam z *durationis*, & aa *materiæ*. Et hujus quidem, alia esse חקים bb *statuta*, alia משפטים judicia, alia מצות præcepta, quorum si non omnium, cc *plerorumque* tamen reddi possit ratio. Non *externam* modò, sed & dd *internam* requirere obedientiam, quæ præstita hominem perficiat. Legis porrò ee *præstantiam*, ff *Majestatem*, per quam & gg *Mundus* subsistat, & hh *Israelitæ*, prolixè ubique commendant; ad eam intelligendam ii *certas præscribunt regulas*.

Gg Com-

alibi probavimus; *Vide* Fascic. Disput. Heidelbergens. pag. 14. *adde* Port. Mos pag. 155. Chin 203. Alb. l. 4. c. 29. *præsertim c. 39. 40. ubi objectiones solvit contradicentium.* t. Israëlitis tantùm datam) R. Alb. l. 3. c. 24. *explicat* Psalm. 147. vers. 19. *Hac enim discernuntur à reliquis populis*; Chin. pag. 141. a. u. ut reddantur justi) *Vid. Serm. 74.* Ces. Mezuk. x. Quantitatis) *Distinguunt enim in 613. præcepta, quam distinctionem divinæ tribuunt origini* Port. Mos pag. 8. *Aliæ distributiones occurrunt in* Iur. Heb. pag. 3. y. Qualitatis) *Ita sunt vel affirmativa, vel negativa, de quibus ibid.* z. Durationis) *Fatentur enim, quædam præcepta moralia esse temporalia,* Akid Iizh. p. 60. d. *Omnia, exceptis paucis, sub fadere Messiæ expiratura*; Vorst. *in* Abarb. p. 57. aa. Materiæ) *Legalia enim distinguunt in duas Essentiâ distinctas classes,* Akid. Iizh. pag. 88. a. bb. Alia חקים statuta) *De sensu, usu & discrimine harum vocum consule* Majm. *Mor. P. III. c. 26.* R. Alb. l. 3. c. 24. 28. Ces. Mez. 39 40. 41. 42. cc. Plerumque) *Quod præstitit* Majmonid. loc. cit. *& nos, oppositione cultus sacri ad Sabæorum superstitionem,* Hist. Orient. pag. 299. dd. Internam) *Vocant* כונת הלב *intentionem cordis*; R. Alb. l. 3. c. 27. ee. Præstantia) *de qua* Ces. Mezuk. S. 78 81. 108. ff. Majestas] *Id. S. 37, 38.* gg. Mundus subsistat) *Ut prolixè docetur in* Ces. Mez. S. 122. hh. *Ib. S. 93.* ii. Regulas præscribunt) *Cujusmodi hinc inde occurrunt, quo pertinent 13. modi, de quibus* Thes. Philol. pag. 560. Chinn. pag. 121. b. כל לאן שניתן להשלומין אין לוקין עליו Omne negativum, cui imponitur restitutio, non meretur flagellationem. *Item p. 122.* בכל מקום שיש עשה ולא תעשה הרחי לא ו Vbicunque occurrit affirmativum, repellit illud negativum, *Item, pag. 125.* לא בהכפל הלשונות תרבינה המצות Multiplicatus numerus non efficit multiplicationem præceptorum, *Alibi, in explicatione Legis Doctorum suorum*

Compendium designant Decalogum, in duas, pro ratione kk *objecti*, distributum tabulas, quæ tamen formaliter omnia *fundamentalia non* ll *exprimant*, mm *Effecta* insuper & Legi universæ, & parti ejus, Decalogo, *principali*, eximia; tribuunt aliaque tum nn ζητήματα de eadem, movent tum oo ἀξιώματα eidem assignant. Prophetæ & Prophetiæ succedunt, quarum origo pp *antiquissima est*. Dd qq *forma*, *variis* rr *modis* ss. *gradibus*, tt *no-*

---

judicio plurimum tribuunt, vid. Nizzach pag. 177. *ubi phraseologia ferè Pontificia.* kk. Objecti] *Ita enim non malè observat* R. Alb. lib. 3. c. 26. *ubi & discutit, cur non plura Decalogus habeat præcepta* ll. Non exprimat] *In cujus rei rationem idem inquirit. lib. 1. c. 14.* mm. Effecta] *De usu, fine & effectis variorum præceptorum legalium vide* Akid. Iizh. pag. 241. b. nn ζητήματα) *Variæ hinc inde de Lege in Judæorum Scholis agitantur quæstiones; Cur Lex esse debuerit?* Alb. l. 1. c. 16. *Cur Lex non sit data Abrahamo, Isaaco & Jacobo?* Id. c. 20. *Cur non æquè Gentiles pro observatione suæ Legis accipiant mercedem, atque Israëlitæ?* Ib. *Cur Israëlitæ Mosis sequantur legem, etsi contradicentem legi Noachidarum, quæ & ipsa divina?* Id. l. 3. c. 19. *Cur legi conveniat nomen* עדות *testimonii?* Ib. c. 21. *Cur etiamnum à sanguine abstineant, cùm tamen cultus Leviticus jam cessârit?* Schebh. Ieh. pag. 444. oo. Ἀξιώματα) *Cujusmodi sunt* 1. *Eandem præceptorum divinorum esse rationem*; Akid. Iizh pag. 426. 2. *Statuta atque Leges Dei esse mirabiles*; Id. pag. 124. c. d. pp. Antiquissima) *Imò Abrahamo priorem. Eorum autem numerus, qui ante Abrahamum vaticinati sunt videatur* Schalsch. p. 8. More, P. II. 39. *De Henocho in specie*, Smeg. Orient. p. 233. *Hebero* Ib. 261. & Hist. Orient. 27. qq. forma] *Quid propriè sit & in quo consistat, prolixè examinat* More Hanev. P. II. c. 32. *ubi tres proponit sententias, vulgi, Philosophorum & Legis*; c. 36. *De Natura Prophetiæ agit*; Alb. l. 3. c. 8. *Philosophorum sententiam exprimit, eos q. qui in phantasia eam collocant, refutat.* rr. Modis] Majmonid *P. II. c. 44. ostendit Prophetas vel videre Parabolas, vel Deum loquentem, vel Angelum, vel hominem, vel audire tantùm verba, & nihil videre.* Alb. loc. cit. c. 9. ss. Gradibus) *Quorum undecim nu-*

tt notis, veræ Prophetiæ, uu *subjecto*, xx *objecto*, yy *epimenitis*, *differentia* zz *tum ab aliis, tum inter se*, tum inter *veros* a *& falsos* Prophetas, b *obsequio* veris Prophetis debito, *privilegio* c *immortalitatis*, ipsis non concesso; *Prophetia* f *Gentilium*, prolixæ sunt disputationes in genere; In *specie* verò de excellentia g *Mosis*; ratione prophetandi h *Ezechielis*, differentia i *styli Iesaiæ & Ieremiæ*, vocatione k *Ionæ*, authoritate Prophetica l *Danielis*, multa Synagoga tradit.

numerantur & explicantur Mor. P. II. c. 45. Alb. *l. 3. c. 17.* Abarb. *in Dan. pag 18. ubi & de fine visionum agitur.* tt. Notis] *unde missio rata reddatur, expendit* Saad pag. 21. a. *unde ipse Propheta potuerit cognoscere Verbum Dei,* Ib. c. 3. *Veritas illa non à miraculis pendet,* Port Mos pag. 11. *Sed ex eventus certitudine*; Id pag. 16. 25. uu. Subjecto] *Commune est terra Israëlis,* Alb. l. 3. c. 11. *Proprium, homo, non tristis*; Port Mos. pag 229. *Sed sapiens,* Ib. 125. xx. Objecto) *De objecto visionis Prophetica consulatur* Akid. Iizh. pag. 47. b. yy. Sepimentis) Mos. Port pag. 49. zz. Ab aliis) Id. pag 207. b. *ab Astrologis præsertim, quod illi semper, hi nonnunquam verum dicant*; Port Mos. pag 21. *ubi & loca quædam* Ies. 47. 13. Ierem. 23. 27. *de Prophetis & Astrologis explicat.* a. Veros & falsos) *Missos & non missos*; Alb. l. 1. c. 18. *Vetant à Pseudopropheta petere signum*; Chinn pag. 182. a. *Pseudoprophetiæ duæ species.* Id. p. 199. b. obsequio) *Nam ubi de vocatione ejus certò constiterit, licet ipsi unius alteriusve præcepti affirmativi violationem, ad tempus, suadere, Idololatria excepta*; Chinn. p. 192. a. Port. Mos p. 27. *Confer.* Chinn pag. 166 a. c. immortalitatis) *Unde quæstio, cur mori eos Deus velit,* Saad p. 21. c. 2. *cur Moses non æquè mortis declinare potuerit telum, atque Elias,* Akid. Iizh. pag. 274. d. f. Prophetia Gentilium) *Gentilium Prophetis improprias tantùm tribuunt Prophetias*; Akid. Iizh. p 124. d. g Mosis) *De excellentia ejus supra reliquos Prophetas diximus* Thesaur pag. 568. *Adde* Port. Mosaic. p 170. *ubi quatuor prærogativæ asseruntur, &* 231. Alb. l. 3. c. 10. Akid Iizh p 91. d. *Sapientia*; Schalsch. p. 96. h. Ezechielis) *Ad Parabolas quidam referunt*; Port. Mosaic. p. 1[illegible]. i. Stylo) *De differentia utriusque styli; videatur* Thes. p. 470. k. Ionæ) *Quærunt, cur Deus eum elegerit Prophetam, quem prævidit fugiturum?* Saad p. 214. l. Danielis) *Negant quidam propriè dictum Prophetam*; Centur

Hagiographa (quæ tamen *latius* m *nonnunquam* sumuntur) non materiæ, sed n *formæ* respectu à Prophetiis distinguit; o *Apocrypha*, & N. p T. rejicit. q *Pseudepigrapha* contra, quædam fovet. Sensum r *literalem* sic satis graviter defendit, ut Allegoriis tamen penè f *omnia involvat*; de Translationibus t *Chaldaicis*, u *Græcis*, x *Arabicis* multa hinc inde tradit: Totius Scripturæ originem y *divinam*, perfectionem, z *integritatem*, aa *Masoretharum curâ* haud mediocriter custoditam, *lectionem* bb *promiscuam*, aliaque tum ad intelli[illegible] cc *Tropologiam*

Quæstion. Theologic pag. 156. *alii vindicant*, Abarb. in Dan. pag. 16. b. m. Latiùs sumuntur) *Exemplum habes* Thesaur. p. 519. m. Formæ) *Distinguunt enim inter* נבואה & רוח הקדש Thes. pag. 560. Append. Cosri. pag. 413. Majm. Mor. P. II. c. 45. o. Apocrypha) *Testes habet* Thes. pag 514. p. N. Testamentum(*Ib. pag. 511.* q. Pseudepigrapha) *Ut sunt* Iezirah *Abrahami, Medicinalia Solomonis &c. de quibus nostra Pseudepigraph. V. T.* r. Literalem) *Qua de re prolixè* Thes. pag. 330. *adde* Alb. l. 3. c. 21. *ubi asserit, varietate sensus tollit* הפשט *literatem.* Saad. 3. c. 4. s. Allegoriis] *Ipsis fatentibus Hebræis. Aben Esra testimonium habes* Thes pag. 74. *Quo tamen nomine prolixè excusantur; Vid.* Meor. En. *P. II. c. 15.* t. Chaldaicis) *De his Zem. Dav. Schalsch. pag. 53.* Thes. pag. 251. Fascic. Disput. pag. 93. *Differre Aquilam ab Onkelosio, operosè docetur in* Meor. En. c. 45. u. Græcis) *Præsertim. LXX. Interpret. de quibus ex professo* R. Azarias *in Meor. En. præsert. P. II. & P. III. p. 47. 366. &c. Mirum Majm. LXX. non meminisse: De eadem materia & nos prolixè* Thes. pag. 278. Fascic. pag 96. Schalsch. p. 24. x. Arabicis) *Saadiæ præsertim, de qua* Thes. 265. Anal pag. 85. Fascic pag. 110. *Quoties in universum translata fuerint* Biblia; *Vide* Schalsch. p. 104 c. 2. *De Latina* Meor. En p. 48. Schebh. p. a. y. Divinam) *Etiam quoad minutissimos apices*; Port. Mos pag 173. *ubi & Mosis Dei amanuensis vocatur*; More Ha nevoch P. III. c. 40. z. Perfectionem) *Unde & כל dicitur*; Thes. pag. 103. *Quo sensu nihil addendum, vide* Chinn. pag. 182. aa. Masorethorum) *De quorum studio, labore, successu* Buxtorf. *Chron. Mas. Lib.* pag. [illegible] El. Germ. R. Chajim. Thes. pag. 410. bb. Lectionem) *Hæc commendata semper fuit Judæis*; Thes. pag 99. Majm. *Jesod. Tor. c. 3. 4. & alibi* Chinn. p. 228. cc. Tropologiam) *Sic quomodo improprè dicta, Metaphorica vera sint, exa-*

pologiam, tum dd *conciliationem*, liberaliter commendat. Scripturam denique per ee *Scripturam*, ff θεοπνευστῶς, explicare jubet.

S. IV. De *traditionibus*. Traditiones Synagoga, tanquam alteram Verbi Divini partem, a *veneratur* & adorat, ceu b *divinam*, & cum ἐγγράφῳ necessariò c *conjungendam*; *somniant* enim Judæi, propterea Mosen *tam* d *diu* in monte Sinai fuisse moratum, ut e *pleniorem* legis acciperet explicationem, quæ traditione per hac orali posteritati commendaretur. Hanc Legem & f *perspicuam* magis esse, & g *authoritate* superiorem. h *singulis* ad tempus, postea & *binis* מקבלים ut vocant, hunc thesaurum ἀπὸ στόματος depositum, & in chartas ab i *aliquibus saltem*, Propheta, aut Præside Synedrii, sine ordine & Methodo digestum, donec, k *templo* & urbe dirutis, ne *jacturam tam pretiosi*

G 3

examinat R. Saad pag 26. c. 4. Nizz pag 97. dd. Conciliationem) ἐναντίων *ratione Judaismi*, *vel* ἐναντιοφανῶν *de quibus* Saad. pag. 23. c. Iach. [illegible] *n.* pag. 10. Schebh. Ieh. 397. ee. Per Scripturam) Ib. 204. ff. θεοπνευστῶς) Ib. 440.

a. Veneratur) *Quod hyperbolica eorum probat Phraseologia* Thes. pag. 557. Bechin. Happ pag. 6. b. ceu divinam) *A Deo accepisse docet* Majmonid. Port Mos. à p. 5. ad 8. c. conjungendam) *Ita urget* R. Alb. l. 3. c. 23. Port. Mos. p. 21. d. Tamdiu) *Hæc enim ratio moræ affertur* Pirk. Eliez. c. 46. *Confer. Not.* Vorst. pag. 242. e. Pleniorem) *Quod probant similia, Synag. Jud. pag. 1.* Thes. pag. 557. f. Magis perspicuam) *Solvendis proinde dubiis aptiorem.* Chinn. pag. 11. b. g. Authoritate superiorem) *Cedit enim ei Lex* ἔγγραφος Chinn. pag. 125. *Mori, quam violare eam malunt,* Iuch. pag. 36. *Negatio verò mortem æternam infert,* Nizzach. pag. 41. h. Singulis) *De quibus* Iuchas. Schalschel. Zæm. *Dav. pag. 10. f. 1.* i. Binis) *Vocantur* זוגות, duo; נשיא *Princeps & Pater domus judicii, s. numeratur ab Antigono ad Hillelem.* Iuch. pag 16. i. Aliquibus) R. Majm. *Præfat. in Misch. pag. 2. f. 1. a. hoc tribuit* לראש בית דין או נביא Præsidi Synedrii aut Prophetæ, *qui quæ audivit ab antecessoribus, in* [illegible] *constituavit suum privatim, ut aliis ea communicaret. Quanquam absolutè* ἄγραφον *asserere videatur* Iuch. pag 45. k. Templo) *Nam, occasione diuturni exilii hoc* a R. Iehuda *tentatum, habet lib. Juch.* pag. 45. Majmonid. *in Præfat.*

tiosi cimely facerent, in certas, ope à *R. Iehuda* l *Sancti* redigeretur in *classes*, quarum tamen sensus eam mox diversitatem fuit experta, ut perpetuis Disputationibus intricatior redderetur. Hinc nata Iuris utriusque Corpora, Babylonicum & Hierosolymitanum, quod n *Talmud*, voce germana appellari solet, illud, cui etiam o *innituntur*, p *Mischna* constat, & q *Gemara*, quod r *Additionibus*, s *Extravagantibus*. *Quodlibeticis* t *quæstionibus*, u *summis* auctum, postea fuit, vel,

---

in Misch. pag. 2. f. 1. a. Synag. Buxtorf pag 45. 49 *in* ore Nev pag. 268. Haksp. *in Nizz. pag. 423.* l. R. Iehuda Sanctus) *De quo* Histor. Ecclesiast. *Sec. II.* Port. Mos. pag. 36. m. Classes) *Cujusmodi sunt sex*, סדרים ordines, *appellatæ*, *nempe* זרעים *de* Seminibus, מועד Festis, נשים Mulieribus, נזיקים Damnis, קדשים Sanctis, טהרות Purificationibus; *Atque illi distinguuntur in* מסכתות Libros, *hi in* פרקים Capita. *Vide Bibl.* Buxtorf *Majmonid.* Port. 55. &c. 78. n. Talmud) *Heb.* תלמוד *Prop. Corpus* doctrinale, à למד *didicit*. o. Innituntur) Hist. Ecclesiast. S. V. pag. 272. *Fatente auth. lib. Chi. p. 11. c. 2.* M. Sonio *Præf. Misch. pag. 1. f. 2.* R. Esr. *Præfat. in Bibl. S. ult.* p. Mischna) *Heb.* משנה Δότερωσις, *absoluta hæc fuit* Sec. II. *Qua eam fide*, R. Iehuda, *quibusve subsidiis collegerit, indicat* Port. Mos. pag 36, 37. q. Gemara) *Heb.* גמרא Absolutio, perfectio, *vel* simpliciter *doctrina*, *consummata à* Rabina *& à Raf* Ase, *tanta cum laude, ut Sp. S. illud acceptum tulerint*, Port. Mos. 105. Hist. *Sec. V. pag. 290.* r. Additionibus) *Heb.* תוספות *Bibl.* Buxtorf. pag. 421. *vulgò* Tosephta; *ita liber vocatur* R. Chajæ, *cui propositum fuit Mischnam explicare, atque quæstiones illi addere, quæ nonnisi adhibito labore inde erui possunt*; Port. Mos. pag. 79. *Differt à Talm.* Schebh. Ieh. pag. 276. s. Extravagantibus) *Hebraicum vocabulum* ברייתא *non malè sic appellari potest: vulgò* Baraita, *sententia exotica*; *quarum magna quidem authoritas, ad Mischnam tamen non accedunt, sive quoad rem, sive quoad stylum*; Port. 79. Hal. Ol. pag. 24. Lexic. Talmud. pag. 348. Cos. pag. 250. t. Quodlibeticis) *Hæc enim cura fuit Doctorum illorum, quos* סבוראים Δοξασταὶ *vocant. Vide Lexic. Talmud.* Bux. *no. i. Heptaglott.* R. סבר Histor. Ecclesiastic. *Sec. V. pag. 273.* u. Summis) *Aliquot sive Summæ sive Compendia Talmudis extant* Bibl. Orient. pag. 14. *Quo cumprimis referendæ videntur variæ Geenæorum Ha-*

-ei, contractum, &c. Et ut varia *traditionum* sunt x *genera*, varii y *tituli*, ita & z *authoribus*, aa *tribus* potissimum *classibus* notis, distingui, cæperunt. Stylus Mischnæ bb *concisus* est Gemaræ obscurus & confusus, Iudæis proinde relinquendus, & ex Iad Chazaka Majmonidis compensandus; cc res *fabulosæ*, sæpè & impiæ, non dd *tamen* ubique inutiles.

Sect. V. De Theologiæ partibus, *Dei notitia, ejusdemq; cultu.* Theologiæ partes duas constituunt, *notitiam* primò Dei, postea ejusdem *cultum*. Notitiam a *necessariam* esse nemini apertè asserunt, non tamen eam, quæ *suis* b *ubique partibus sit* c *absoluta*; sed *quæ infirmitati nostræ* conveniat, à d *posteriori*, aliam quidem hauriendam ex *libro* e *naturæ*, aliam verò ex libro petendam Scripturæ. Cultum potissimum in *precibus*, unde & pro f *precibus* sumitur, consistere, quem ita soli g *Deo* vindicant, ut h *defunctorum* tamen intercessioni aliquem relin-

Halocoth seu Constitutiones, de quibus Port. Mosaic. pag. 106. x Varia genera) *Numerant quinque classes traditionum Judaicarum*, Port. Mos. pag. 44 52. y. Tituli) *Sic e. g. alia dicuntur tradita à Mose, aliæ constitutiones Mosis è monte Sinai, quæ differunt*; Port. Mos. 37. & *b. cvius. 44.* z Authoribus) *Vid.* Port. Mosaic. pag. 78. 113. &c. aa. Tribus gradibus) *De quibus* Port. Mos. pag. 127. *ubi alii suis simpliciter nominibus exprimuntur, iique primi; alii axiomate Rabbanim gaudent. Tertio ordini nomen Aba vel Rabbi præponitur.* bb. Concisus) *teste Majmonid.* Port. Mosaic. loc. cit. cc. Fabulosa) *Schebh, Jeh. pag. 56.* Fascic. Disputat. Heidelbergens. pag. 71. dd. Vbique inutiles) *Id quod prolixè per totum novi Testamenti Codicem probatum dedimus* Primit. Heidelbergens. Disp. 3 & *luculentius nuper Lightfoot in* Horis Hebraicis.

a. Necessaria) *Videatur* Nizz. pag. 74. *ubi thesin Scripturæ & Talmudis dictis confirmat.* b. suis ubique partibus) *Ob summam ejus perfectionem*; Port Mosaic. pag. 2[illegible] 7. c. Absoluta) *Neque enim homo Deum perfectè assequi*; habet, Schebh. 439. Port. Mos. p. 256. 257. Fascic. Disputat. Heidelbergens. pag. 306. d A posteriori) Nizzach. p. 78. Fascic pag 307. Akid. 144. b e. Libro Naturæ) Nizz. pag. 50. f. Pro precibus) Chinn. 196 b. *ubi ex[illegible], nemini cultus* [illegible] *intelligit* תפלה. *Co[illegible]fe.* Matth. 4. 9. g. Soli Deo) *Qua de re* Σ. Θ. *loco de precibus.* h Defunctorum) *Videatur R. Azar.* M[illegible] En. *P. 3. c. 60.* Buxtorf. *Append. ad* Cos. *pag. 42[illegible].*

relinquant locum. Interni p rtes duas tradunt, i *timorem*, qui k *duplici* apud ipsos venit significatione, & *amorem*. *Illum* quidem peccati l *frenum*, m *compendium* reliquarum virtutum, & n *fundamentum* totius Legis, *in* o *& cum cultu* Dei facilè posse subsistere. De amore, Dei p *cumprimis*, cui suas *prærogativas* quibus & illum quibusvis q *aliis*, & *cultus* r *speciem* ex amore profectam, reliquis omnibus præferunt :) unde hominem s *eo fatigari* posse, exemplo t *Abrahami* adducto, negant) prolixè commentantur. Definiunt *quid* & u *quotuplex sit*, & *in* x *quo consistat*. Et ut y *spem*, fiduciamque, ... iam autem z *triplicem* faciunt; *fidei ponunt effectum*, ita πληροφορίαν, seu fiduciam in Deum, cultus *divini partem* aa *potissimam* facilè concedunt. In genere opera pietatis ita urgent, ut tamen bb *charitatem & modestiam* præ aliis commendent : Inter *Legales*

---

i. Timorem) Thesaur. pag. 3. *His enim duabus partibus cultum absolvi, habet* More P.III.c.29. h. Duplici) *Formidine pœnæ, aut reverentia rei, quam utramque requirunt ad perfectionem hominis*; R. Alb. l. 3.c.32. l. Frænum) *Peccatum reprimi timore Dei*, scribit Chinn. pag. 169. b. *unde & pietatem Chalis*. Timorem peccatorum *vocant*. m. Compendium) *Docent enim, Præceptum de timore Dei etsi sit speciale, generaliter tamen omnia Dei præcepta continere*. R.Alb.l.3.c.31. n. Fundamentum) Akid. Iizh.pag. 245. o. In & cum cultu) *Quadere prolixè* Id.c.33.34. *ubi docetur quomodo timor cum gaudio in cultu Dei possit subsistere*. p. Dei cumprims) *Deus enim præ omnibus diligendus*; Port.Mos. pag.219. q. Aliis) Thes.pag. 30. Alb. l. 3. c.35. Ces. Mez. S.14. r. Species ex amore) *Quod fusè monstrat*. Alb.l.3. c.35. s. Fatigari posse) Ib.c.35. *quo ipso ab amore aliarum rerum, quarum satietas sponte sequitur, discernitur*. t. Abrahami) Ib. u. Quid, quotuplex sit) *Id. c.35. ubi triplicem amorem sistit*. x. In quo consistat) *Chinn. pag.161. eum absolvit, examine operum Dei attento, & diligenti præceptorum observatione*. y. Spem fidei effectum) *R. Alb.l.4. c.47. probat eam sequi fidem, fideli ... valde esse necessariam*. z. Triplicem) *Misericordiæ, gloriæ & fiduciæ, quam postremam, ceu veram & propriè sic dictam, reliquis anteferunt. Aliâs* in generalem & specialem *distinguunt, & ex ... pendere remunerationem universalis*; *Id. 47. 48.* aa. Partem potissimam) *Tempore ... & secundo primum est, fiducia magnâ acquiescere in Deo*, Ib.c.46. bb. Charitatem & modestiam) *Ceu fundamenta humanitatis*; Akid

Legales cc *& Philosophicas* virtutes distinguunt, & illarum, ut omnium *actionum* dd *nostrarum* finem, Dei gloriam destinant. Populi Dei; cui & ee *perpetuum* cum ff *concupiscentia bellum*, & gg *armamentarium* ostendunt; primam esse debere curam, vocem *Dei* hh *audire*. Ad paucos ii *numerum piorum* redactum, neque tantam perfectionem *eorum*, quæ non *kk nævos*, imò notorios ll *paulatim adnatos*, admittat defectus; apicem pietatis & mm *studio boni*, & fuga mali mentiri. Propter pios magna in hunc mundum *inferiorem* nn *redundare bona*; meritò proinde oo *mortem* eorum lugendam; Et quamvis pp *Angelis* eosdem habeant superiores, non impediunt tamen, quo minus & rei suæ qq *familiaris* gerant curam, & civiliter vivant.

Sect. VI. *De DEO; Nominibus, Essentia & Attributis Dei.* Prolixè hæc tractatio a Synagoga est occupata. Et primò quidem ipsa nomina Dei in a *Essentialia*, & *accessoria* distinguunt. Ex illis *maximæ* b *authoritatis* est, apud Iudæos c Τετραγράμματον, vel, ut ipsi quoque vocant, d שם המפורש

Hh *Expo-*

Iizh. pag. 197. d. cc. Legales & Philosophicas) *Id. pag. 70. b. & 77. c.* dd. Omnium actionum nostrarum) *Id. pag. 3. b.* ee. Perpetuum bellum) *Id. pag. 202. b. Præsertim* Port. Mos. p. 222. *ubi quædam apophthegmata de lucta carnis & Spiritus.* ff. Concupiscentia) *Qua de re infra S. de peccato orig. Vide* Ces. Mezuk. S. 70. gg. Armamentarium) *Consilium legale vincendi hostes ostenditur* Akid. Iizh. pag. 203. c. hh Vocem Dei audire) *Hinc enim dignosci populum Dei*; Ces. Mezuk. S. 37. ii. Esse redactum) Ces. Mez. S. 28. *probat, periisse hodie & justos & Sanctos, nostraq; tempora esse dies* בכי ואנקה *kk.* Nævos) *Vid.* Port. Mosaic. p. 209. *Ex duobus enim hominem constare posse, studio pietatis, & infirmitate notoria*, asserit Akid. Iizh. pag. 228. c. ll. Paulatim adnatos) *Neque enim statim deprehendi, sed tractu temporis observari, monet* Ces. Mez. S. 27. mm. studio boni) Id. S. 69. nn. redundare bona) *Ut sunt restitutio ad vitam, pluviæ concessio, &c.* Id S. 12. *Turris fortis, propter quam Deus seculo parcit*; *Id. S. 54.* oo. Mortem) *Id. Sec. 86.* pp. Angelis) *Quia Deus ab omnibus eos liberet malis*; *Id. S. 20.* qq. Rei familiaris) *Duas enim requirunt mensas, corporalem & spiritualem*; Akid. Iizh. pag. 11[illegible] rr. civiliter. Id.

a Essentialia) Accessoria) *Heb. ידע* עצמיון *dicuntur*, *hæc* כנויים Mose Hannev. P. 1. c. 60. b authoritatis) Vide Disput. pag. 251. c. Τετραγράμματον) *Cur sic vocetur*; *vide* ib. & Alb. l. 2. c. 28. d. המפורש *i.e.*

Expositum, cujus reverentia tanta ut *nec* e *pronunciare* illud, nec f *delere* (quam tamen & aliis relinquunt religionem) liceat. Quo sensu etiam creaturis tribui possit, *anxiè* g *quærunt*. h *Miracula* ei tribuunt Physica operatione, nulla subjecti habita ratione. Vnde ad i *Magicos* aliquando adhibent usus. Essentiæ, (quam, ceu k *commune* principium, & l *natura* notam esse, & à *quacunque alia*, cùm illius m *necessaria*, creaturarum *libera* sit, illa non *à priori*: sed à n *posteriori* tantùm concipi queat, differre asserunt,) o *simplicitatem*, strenuè adscruunt. Attributa, quæ in p *affirmativa* & q *negativa* (ut r *alias* m[illegible]ous, iis usitatas, distinctiones) dividunt; eaque *ab Essentia* s *promanantia*, adeoque t *æterna* vel per *ἀνθρωποπάθειαν*, cujus u *varias* enumerant *species*, Deo tribuunt, vel, κ̄ x *θεολογίαν*. y *omnipræsentiam*, (alteram præsentiæ speciem שכינה appellatam, gratiæ, & sedi z *terræ sanctæ* speciali alligant,) aa *omnipotentiam*, bb modi

Expositum) *Ratio nomenclaturæ alibi est excussa*. Lex. Talm. פרש Alb. l. 2. c. 28. e. Pronunciare) *Port. Mos. pag. 164*. f. Delere] *Quæ non sint delenda, vide Jes. Tor.* Majm. pag 75. 76. *Imò septem illorum nominum affixa delere non licet, sed præfixa*; Ib & Chinn. [illegible] 19. a. g. Anxiè quærunt] *R. Alb. l. 2. c. 28. Quomodo Altari, Hierosolymis, Angelis &c. conveniat*. h. Miracula] Buxtorf. *Lexic. Talmudic. R.* שם i. Magicos] Ib. *k*. Commune] *Omni qualemcunque religionem habenti*, R. Alb l. 2. c. 6. l. Natura) *Necessitatem essentiæ ex lege naturali ad constitutionem generis humani, demonstrari, docet* R Alb. l. c. C. 5. m. Illius necessaria) *Unde nec ab Existentia differt*; Fasc. p. 303. 306. n. A posteriori) Ib pag. 307 o. simplicitatem) Ib. 303. p. Affirmativa) *Quæ an Deo tribui possint, disputatur* Alb. l 2. c. 21. 22. 23. q. Negativa) *Quorum usum ceu tutissimum commendat Majmonid.* More P. 1. c. 58. Fascic. 308. r. Alias) *De quibus* Fascic. 307. *Adde* R. Alb. l. 2. c. 24. s. Promanantia) *Vid. Ib. c. 7*. t. Æterna) R. Alb. l. 2. c. 19. u. Species) *Quarum Catalogum dedimus* Fasc. pag. 343. *adde* Port. Mosaic. p. 166. Alb. l. 2. c. 14. 15. 16 *ubi de remotione corporeitatis, quo sensu Deo tribuatur ira, vindicta, gaudium, lætitia &c.* R. Saad pag. 18. c. 1. & c. 3. *quomodo* stare, sedere *conveniat*. x. κ̄ θεολογίαν) *Vel per Essentia, vel Effectorum notitiam*; Alb. l [illegible]. c. 23. y. Omnipræsentiam) Fascic. pag. 325. *Quomodo Deus unus dicatur occupare* [illegible] R. Alb. [illegible] 17. *aut ubique* R. Saad. pag. 18. c. 4. p. 19. z. Terra S.) *Vide* Nizz. pag. 138. aa Omnipotentiam) *Ib. pag. 3[illegible]4.*

bb *modificatam* tamen tum subjecti, tum objecti respectu, cc *omniscientiam*, quam ad dd *futura* contingentia etiam, & ee *singularia* extendunt; ff *vitam*, *sapientiam*, gg *veracitatem*, hh *justitiam*, ii *misericordiam*, KK *sanctitatem*, *ponunt*. Observant præterea, nec ll *Attributa* ab Essentia differre; nec mm *multiplicitatem* ex iis inferri; nn *Vnitatem* insuper oo *singularissimam* statuunt, quæ & communicationem Essentiæ excludat, & omnes compositionis species. Porrò pp *actum* esse *purum*, qq *immutabilem*, rr *causam primam*, definitionis ss ex-

bb Modificatam) *Videatur* Majmonid. l. c. Fasc. 324. Alb. l. 1. c. 22. *de speciebus duabus impossibilium* Saad. pag. 19. cc. Omniscientiam) *Fascicul. 328. Cosri pag. 365.* dd. Futura) *De hac controversia consule* Akid. Iizh. pag. 46. d. *Confer pag. 51. ubi discutit, quomodo præsentium & futurorum notitia nullam inferat multiplicitatem. P. 28. a. quæ scientia Deo, quæ Angelis, quæ hominibus tribuatur,* R. Saad pag. 19. ee. Singularia) Majmonid. More P. III. c. 16. Fascic. Disput. pag. 328. ff. Vitam, sapientiam, voluntatem) *Explicat* R. Alb. l. 2. c. 24. gg Veracitatem) *Quæ Deo, præ aliis convenit,* Alb. l. 7. c. 27. *unde* אמת *pro ipso Deo sumitur;* Primit. pag. 76. hh. Iustitiam) Fascic pag. 327. *Quam credere, fundamentale est, in cursu providentiæ;* Ces Mezuk. S. 91 *Exemplum mirabile* Schebh. Ieh. pag. 456. *suum cuique tribuit,* Ces. pag. 31. 32. *justitia inter prima attributa;* Ib. S. 22. *Quomodo amor prior sit justitia, quæritur in* in Akid. Iizh. pag. 49. a. ii. Misericordiam) *De qua* Ces. Mez. S. 52. *Solius Dei propria,* R. Alb. l. 4. 17. Akid Iizh. pag. 203. a Majmonid. Mor. P. 1. c. 54. *Cur Deus vocetur misericors.* KK. Sanctitatem) Fascic. 327. Akid. Iizh. pag. 180. *agitur de sensu Verborum Sanctus, Sanctus, &c.* ll. Attributa ab Essentia) Fascic. pag. 311. mm. Nec multiplicitatem) R. Alb l. 2. c. 8. *etiamsi diversas (imò contrarias, ut sunt exercitium misericordiæ & vindictæ* Cosri. 76. 77.) *operationes edat; quia illa* χάριν *tantum fiunt ad extra.* IB. nn. Vnitatem) *Quot modis dicatur unus, & quo sensu explicandum* קרית שמע *Alb.* l. 2. c. 10. oo. Singularissimam) Fascic. pag. 321. pp. Actum purum) *Unde negant Deum eodem modo vocari* פועל *agentem, quam creaturas,* R. Alb. l. 2. [illegible] Cosri p. 76. *Et quidem solum,* Alb l. 2. c. 19. *Confer c. [illegible] ubi quæstionem movet, an voluntas Dei nullam inferat in eo mutabilitatem* rr. Causam Primam) Cosri pag. 267. ss. Expertem]

pertem tt *Lucem inaccessam.* R motio omnis uu *imperfectionis*, xx *cumprimis* corporeitatis & in yy *Scripturæ* explicatione, & zz *systematibus* etiam Theologicis seriò ipsis curæ est. a *Emolliunt* etiam phrases & vocabula, quæ duriùs de Deo enunciari videntur: SS. Trinitatem non b *admittunt*; quæ verò ex c *eorum* scriptis pro ea afferuntur, d *suspecta* meritò esse debent.

Sect. VII. *De præscientia* DEI; De hoc themate, quantum mihi constat, seriùs Iudæi egerunt; Vbi verò & de hac disputare cæperunt materia, variæ inter eos agitatæ sunt quæstiones. Concessâ a *præscientiâ*, omnium omninò rerum, malarum etiam, b *præordinationem* tamen negârunt; Quæsitum fuit, quomo-

---

Qua de re prolixè Majmonid. P. I c. 12. Cosri pag. 313. tt. Lucem inaccessam) Cosri 77. 78. 380. 387. uu. Omnis imperfectionis) *Unde nihil de Deo* ἀνθρωποπαθῶς *dicitur, quod speciem habeat imperfectionis, ut edere, bibere, dormire, ægrotare,* More P. I. c. 26. Fascicul. p. 350. xx. Corporeitatis) *Quæ doctrina Judæis commendatissima esse debet*; Ib. p. 342. Cosri 46. 364. yy. Scripturæ explicatione) *Quæ laus Onkelos imprimis tribuitur,* Thes. pag. 255. zz. Systematibus) *Videatur R. Saad. Majmonid. R. Alb.* a. Emolliant) *certis loquendi formulis, cujusmodi est* כביכול Fascicul 345. b. Non admittunt] Schebh. Ieh. pag. 52. *Imò apertè illud impetunt,* Nizzach pag 83. *& Christianis ceu proprium fidei suæ characterem relinquunt*; More Hannev. P. I c. 71. c. Eorum) *Id est iis tributorum; cujusmodi est* גלי רזיא *R. Jehudæ, cujus vitulâ Galatinus in hac causa, & post eum alii, qui contra Judæos scripserunt, arârunt.* d. Suspecta) *Ob nimiam lucem & claritatem, qua ipsi Apostolo Paulo palmam præripiunt*; Anal. P. II. pag. 54. *Extat liber* גלי רזיא *recentior longè, & Kabbalisticus, quique ejusmodi nobis mysteria non pandit. Vidi non ita pridem exemplar.*

a. Præscientia) *Majmonid.* Port. Mos pag. 231. *& deinceps prolixè disputat, peccata hominibus non esse connata, sed ortum suum habere ex temperamento corporis per Arbitrium, quam hypothesin asserit* More P. 3. 17. c. *Unde ex professo disputat contra determinationem sive boni, sive mali ex decreto* [illegible]; *præscientiam* [illegible] *præordinationem negat,* pag. 237. 243. b. Præordinationem) *prædestinationem ad certos fines, quam etiam pretextu liberi arbitrii de*

quomodo præscientia rerum *cum* c *natura possibilium* potuerit subsistere? An præscientia Dei *sit* d *causa* existentium? Causarum secundarum *connexio* e *quomodo* cum Decreto possit conciliari? Quomodo Deus illis præcepta dare potuerit, quos credituros nunquam præneverit?

Sect. VIII. De CREATIONE. In operum divinorum numero primo statim loco ponunt Creationem; in qua singulare sibi quoddam a *privilegium* Synagoga pollicetur. Et ut de Creatore, unus an b *duo*, c *distinctione* verborum עשה ברא [illegible] rebus *ante* d *orbem* conditum existentibus, *creaturarum* e *speciebus* diversis, f *ἰσοδυναμίᾳ* verborum ברא & קנה, de creationis g *causis*, *impulsivis* & h *finalibus*, cur hæc & non alia, i *magisq;* excelsa, Deus, imò cur *Mundum* k *ita* creârit, variæ sunt Iudæorum observationes; ita posteriores Rabbini id sibi cumprimis negotii datum credebant, ut, contra Aristotelem & Aristotelicos, *novitatem* l *Mundi*, omniumque rerum creatarum evince-

de bonis negant. Nizzach. pag. 114. c. Cum natura possibilium) *Qua de* [illegible] Saad. & R. Alb. *in Ikkar. l. 4. c. 1. &c.* d. Sit causa) R. Alb. lib. 4. c. 43. e. Connexio) *Neque enim Decreto impediri studium & diligentiam, executioni necessariam, habet* Id. l. 4. c. 6.

a. Privilegio) *De quo* Saad. pag. 7. c. 6. b. Duo creatores) *Quod portentum refutat* Saad pag. 10. c. 1. c. Distinctione verborum) *De qua in lib.* Nizzach. pag. 2. *Confer* Hexaëm. pag. 17. d. Ante orbem conditum) *Cujusmodi numerant septem. De quibus* Schebh. Ieh. pag. 256. *quo sensu intelligi debeat* Nizzach. pag. 7. e. Speciebus creaturarum) *De Entium varietate in genere agit* Akid. Iizh. pag. 182. b. *De creaturarum classibus tribus*, Majmonid. Vorst. pag 14. f. *ἰσοδυναμίᾳ*) *De qua quærit* Saad. p. 9. c. 3. g. Impulsivis) *Tres ponit rationes* R. Saad. p. 13. cap. 4. *Gratuito & libero Dei munere mundum conditum, docet* Majmonid. More pag. 233. *Nihilq; Deo accessisse* Id. p. 233. Buxtorf. *de Ling. Heb. Orig. S. 6.* h. Finalibus) *De quibus* Menasse ben Israël *de Creat.* pag. 114. i. Magisque excelsa) *Ita quærit* R. Saad. pag. 13. c. 4. k Mundum ita) Nizzach pag. 6. l. Novitatem Mundi) *Quam variis rationibus Rabbini confutant, &* R. Saad. *quidem argumenta sunt 1. quod res creatæ [illegible] 2. [illegible] partivus creationis. 3. Ex accidentibus. 4. [illegible] tempore; nihil jū[illegible] ipsius esse po[illegible] causam efficientem; pag. 7. cap. 4.* Majm. P. 1. c. 73. 74. Nizzach. pag. [illegible] lib. Chinn. pag. 15. Cosri. 28. 31.

evincerent, fidemque de חדוש עולם m. ubique *ferè*, ab omnibus nationibus n *receptam* & o *necessariam*, adeoque & p *fundamentalem* afferent. Illud certum ratumque habetur apud ipsos; de q *tempore* tamen seu Epocha difficultates quædam oboriuntur. In universam Historiam Creationis & commentaria multa, & r *quæstiones* extant tam Physicæ, quàm Theologicæ plurimæ, de s *Tohu Vabohu*, quam t *materiam* primam vulgò definiunt; de u *astris*, x *usu* & y *substantia eorundem*; de z *Paradiso*, & quæ circa eum notantur, an a *Enoch* & *Elias* ibi asservatus sit, an b *Messias* ibidem detentus, quæ ratio arboris *scientiæ* c *boni & mali*, arboris item d *vitæ*? Præcipua tamen cura de Angelis

---

34.48. Schebh.Ieh.pag 206. *ubi contra Aristotelem ex professo agitur.* m. חדוש עולם Novitas Mundi) *sic appellari solet, opposita* קדמות *antiquitati i.e. æternitati.* Bux. *Lexic. Talmudic.* חדש, מצא Nizzach. p.2.n. Necessariam) Chinn. p. 194. o. ubique receptam) Scheb. Ieh. p 453. *ubi & ratio additur, cur illud fiat.* p. Fundamentalem) *Ita* [illegible] Josi pag.76. 2. *Ita alii.* Majmonid. *tamen omisit, cujus rei ratio redditur in* Alb. l.1.c.12. q. Tempore) *De quo varia judicia vide* Hexaem. pag.3. *Confer* Lex.Talmudic. תשר Hospin. *de Fest. Jud.p.5.* r. Quæstiones) *Qua potissimum Methodo Abarban. utitur.* s. Tohu) *Quod quid sit, variè varii definiunt. Vide* Full. Misc. pag. 294. El. *Tisb. R.* תהה *Hexaëm. 33.* t. Materiam primam) *Alii tamen* תהו *ad materiam;* בהו *ad formam referunt. Alii quatuor elementorum sedem ibi ostendunt; quos R. Saad. refutat, pag. 11. c.1.* u. De astris) *Vide* R. Alb. l.4. c.3.4. x. usu) *Vide* Hexaem.pag.127. *ubi de vero & falso astrorum apud Orientales usu.* y. Substantia) *Vitam iis tribuunt plerique Orientales, Heb. & Arabes: Vide Apologet. nost. cont. Ecchell. Alii contra, astra vivere, nec ex natura, nec Scriptura probari posse contendunt.* Akid. Iizh. pag. 7.c.2. z. Paradisi) *De creatione Paradisi* Menasse ben.Israel. *de Creat.p.71.* Diss. t. nost. *de Paradis.*p.74. a Enoch & Elias) *Vid. Schebh. Jeh.pag.259.* b. Messias) *Ib.* c. Scientiæ) *Alii vitem, alii triticum, alii ficum &c* Sanhed. *Cerc. pag.287. Un'* ברת אלייתא *ficus lugubris dicta.* Buxt. Lex Talm. [illegible] *Vide* Dissertat. *nostram de Paradis.*p.77. Akid Iizh.p.10. b. *ubi* [illegible] *rte*

Angelis & Hominibus. Illorum e *creationem*, causam f *finalem*, g *lapsum*, h *nomina*, i *distinctionem*, k *munia* prolixius (præsertim de l *Metatron*) & m *gradus* diversos prolixius quàm, reveiatum est, sæpè examinant; De homine ceu

---

ipso & speciebus arborum. e. Creationem) *An creationis eorum primo die fiat mentio; excutit* Akid. pag 7. c.2. *De existentia eorum, Natura, multitudine, varia sententiæ proponuntur* Alb. l.2. c.12. f. Finalem) *Angelos propter homines,* Akid. Iizh. p.529. c.3. g. Lapsum) *De quo variæ sententiæ; Pirk. Eliez.* Vorst p.30. 164. h. Nomina) *Suntque vel* bonorum, *ut* גבריאל *Gabriel, qui aliâs Itmon, Piskon, Sigaron.* Lexic. Talmudic. פסק, מיכאל *Michael*; אוריאל *Uriel*; רפאל *Raphael*; *vel* malorum *ut* סמאל *Sammael, quem volunt Protoplastos seduxisse*; לילית *Strix*; *de qua* Buxtorf. Lexic. עזאזל, בן תלמון, תזזית, Azazael, *pro Satana poni, patet ex* Nizzach. pag. 55. *Sui Amchazai, & Uziel de quibus in Pseudepigraph. V. T. pag. 8.* i. Distinctionem) *Alii enim* מלאכי קדש Angeli Sancti; *alii* מלאכי חבלה Angeli corrumpentes. *Vid.* Schalsch Hakkabb. pag. 84. k. Munia) *Alios enim singulis præficiunt hominibus. Adami Præceptorem constituunt* רזיאל *Raziel,* Eliez. Tisb. *Bibl.* Buxtorf. pag. 408. *Schemo* יופיאל *Abrahæ* צדקיאל, Reuchlin. *Kabb.* 8. 10. Bechin. Happ. 89. *Jacobo* פליאל *Hominibus ducem itineris assignant* יוהך Buxtorf. a. b. Lexic. Talmudic. 940. *ex Psalm. 91. 11. Grandini* יורקמו, *Cibis* נקיד, Lex. Talmud. נקד *Aquis, ne transeant terminum* עזריאל Lexic. Talmud. עזר *Ventis* דומה Sanhed. pag. 54. *quo nomine & Angelus mortis appellari solet, de quo prolixè* Lexic. Talmudic. מות & pag. 510. 118. Sanhed. Cocc. 432. *qui &* קזמוקרטור κοσμοκράτωρ. *Pluviis & irrigationis* רדיא Lex. Talm. רדא *Pluvia Vorst. ad Pirk. Eliez. pag. 226.* l. Metatron) *Messiam, Angelum increatum intelligi, ex effectis & proprietatibus ejus apparet, de quibus El. Tisb. R.* מ & Buxtorf. Lexic. Talm. *Sic &* סוריאל *æquipollere volunt* שר הפנים *quod continuum Deo versetur* in. Gradibus) *De quibus* Schalsch. pag. 90. *Ponunt semper* 1. חיות הקדש *Animalia sanctitatis.* 2. אופנים *Modes.* 3. אראלים *Leones fortes.* 4. השמלים *Chasmalim, Vorst. in Majmonid. 19. Majmonid. More P. 3 c. 7.* 5. שרפים *Serapihim.* 6.

ceu n Μικροκόσμῳ, omnium creaturarum o *eminentissima*, propterea, & p *sexto die* q *condito*, ejus r *perfectione*, s *creatione* ad similitudinem Dei, t *officio*, lapsu, secuta inde miseria, u *morte* cumprimis, fusius agitur in genere. In *specie* verò de anima, ejus x *immortali* essentia, y *Sede*, z *Creatione* tam prima, quàm

---

dicuntur מלאכים *Angeli.7.* אלהים *Dii.8.* בני אלהים *Filii Dei.9.* כרובים *Cherubim.* 10. אישים *Ischim, viri.* n. Μικροκόσμῳ) Nizzach. pag. 170. More P. I. c. 72. o. Eminentissimam) *Propter donum sapientiæ, Saad. pag. c. 1. Unde* R. Alb. l. 1. c. 1. *eos refutat, qui volebant hominem cæteris animantibus inferiorem.* p. Sexto die) *Cur hoc die creatus sit; Vide* Sanhed. Cocc. pag. 212. Bibl. *Rabb. p. 377.* q. Condito) *De Creatione primi hominis multa Rabbini; Vide* Majm. Mor. pag. 279. Buxtorf. Abb. pag. 23. Lex. Talm. 29. *Evæ, in specie* Lexic. Talm. [illegible] *Majm. diversas de ea recenset sententias* More pag. 280. r. Perfectione) *Quæ non in sola consistit Theoria; sed etiam praxi*, Alb. l. 3. c. 5. s. Imaginem Dei) *Quo sensu velint hominem ad imaginem Dei conditum, vide* Majmonid. P. 1. c. 1. Hexaëm. pag. 264. t. Officio) *Hominem conditum ut Deum colat, & præcepta ejus servet,* Ces. Mezuk. S. 67. & 76. *De fine creationis, juxta Philosophos; Vid.* Alb. l. 3. c. 2. 3. 4. u Morte) *Mortem peccati pœnam esse, fatentur Hebræi. Vid.* Sinegm. Oriental. 209. x. Immortali) *De immortalitate animæ ex professo agit Menasse ben Israel pec. tract. l. 1. c. 1. & deinc. ubi variis rationibus & testimoniis, ex Lege & Prophetis immortalitatem probat. Ex sensu l. 3. c. 1. ex natura l. 4. c. 1. Confer Not. ad Port. Mos. pag. 90. Item* Nizzach. pag. 73. Alb. l. 4. c. 41. Schebh. Ieh. p. 446. y. Sede) *Quomodo anima rationalis subsistere possit in corpore;* Akid. Iizh. pag. 84. d. Saad. pag. 32. c. 3. z. Creatione prima) *De Creatione animarum videatur* Schalsch. Hakkabb. pag. 82. Saad. pag. 31. c. 1. *qui de anima septem proponit sententias. Maximas autem creari volunt; Il mam non esse ex traduce, docet* Chinn. pag. 149. [illegible] Nizz. pag. 176. *De utraque etiam agit* Menasse. *de prima l. 2. c. 17. ubi*

quam orta, a *Habitibus*, b *morbis*, c *medicina* d *definitione* secundùm Scripturam & Philosophos, e *Metempsychosi*, quam Kabbalistæ ceu commune fidei principium defendunt, cæteraque, de quibus compendio consuli poterit nuperus Menasse ben Israel f *tractatus*, Hebræorum scripta obvia sunt.

Sect. VIII. De *Providentia*. Quemadmodum a *Gentes* & b *Sadducæos*, propterea, quòd Providentiam negant, graviter Iudæi reprehendunt; ita locum hunc, si quem alium, c *operosissimè* iidem pertractant, variis eam d *rationibus* probantes, e *omnia* illi, maxima, medioxyma, f *minima*, bona & mala

ad primum diem refert, de secunda c. 18. a. Habitibus) *De animæ habitibus* Port. Mosaic. p. 190. b. Morbis) *Non animam minùs, quàm corpus suos habere morbos, vide* Port. Mos. p. 192. c. Medicina) *Quomodo morbi illi sanandi Id.* Ib. *& pag. 95.* d. Definitione) *De qua prolixè* Akid. Iizh. pag. 18. b. *præsertim Menass. loc. cit.* e. Μετεμψυχώσει,) *Hebræi vocant* גלגול נפשות *Revolutionem animarum, de qua* Schaiz. p. 28. Menasse ben Israel. l. 4. c. 10. *& deinceps ubi expressò hanc materiam pertractat, originémque dogmatis ab Abrahamo deducit* Hackſp. *Not. ad* Nizzach. pag. 250. 251. Saad. pag. 32. *aliique plures.* f. Tractatus) *De animarum immortalitate supra jam aliquoties citatus, ubi non de immortalitate tantùm animæ agit, ex Scriptura, Natura, Gentium consensu; sed & varias definitiones examinat.*

a. Gentes) *Negare eos Providentiam, habet* Cosri pag. 300. *In specie quosdam Philosophos, Epicurum,* Majmonid. P. III. c. 18. b. Sadducæos) Thes. Philol. pag. 36. c. Operosissimè) *Videatur* More P. III. c. 17. *quinque recenset sententias de Providentia. Ipse hominem solum & humana ei subjicit.* Ces. Mezuk. §. 5. 6. 56. 84. 35. Chinn. pag. 116. b. Nizzach. pag 1. 96 Schebh. Ieh. pag. 453. Cosri pag. 169. 173. *Cur ad Gentes se extendat 262. Confer* 300. 301. 3[illegible]9. *De quatuor ordinariis clavibus Providentiæ vide* Lexic. Talm. 1873. d. Rationibus) *De quibus prolixè* [illegible] Alb. l. 4. c. 8. 9. 10. 11. e. Omnia) *De necessariis res est clara, de fortuitis postulatur. Negasse tamen dicitur Jobus specialem,* Nizz. 164. 166. Majmonid. *etiam l. s. plantas, bestias &c. eximit, suamq; prolixè sententiam stabilire nititur.* f. Minima) *Nec enim in formica.*

g *mala* (cum h *limitatione* tamen, seu restrictione) subjicientes. Vnde & i *distinctio* in *generalem* & k *specialem*, & hac quidem Deum l *pios* potissimum *respicere*, quos & à *malis* m *liberet*, & propter quos Mundo n *parcat*. Vtramque Majestati divinæ o *convenire*, qua Deo, ceu p *Regi*, omnia q *parent*. Liberimam esse & r *justissimam*. De s *modo* conciliandi libertatem cum Providentia soliciti sunt; influxum Providentiæ t *generalem* potiùs, quàm specialem urgentes. Variis insuper u *exemplis* probant, nihil existere, quod Providentiæ

---

minus, quàm in homine conspicuam esse, probat Cosri pag. 177. 178. 309. *Conferantur* Sanh. Coch. pag. 413. Lexic. Talmud. pag. 553. & 1393. Kimch. ad Psal. 147. 148. Chinn. pag. 204. a. g. Mala) *Non excipi, docet* Kimch. *2. Reg. 27. 28. & Jon. c. 1. ad verba:* Clamor eorum ascendit. h. Restrictione) *unde quærunt, quomodo Deus mala negat?* Nizzach. pag. 99. *An ad peccata excitet?* Id. 109. *Quomodo Deus dicatur occurrere facere hominem ad occidendum?* Id. pag. 129. *Confer* 104. & Saad pag. 26. c. 2. *ubi quæritur homicidium sit ne opus Dei an hominis. Definiunt, absolutè dici posse, Deum per se malum non facere* Mor. P. III. c. 10. i. Distinctione) *De partibus seu speciebus Providentiæ in genere vid.* Akid Iizh. pag. 145. b. k. Specialem) *Non esse erga omnes homines æqualem Dei Providentiam, sed secundum eorum sapientiam & pietatem, tradit* Mor. P. III. c. 18. Alb. pag. 4. 11. *Specimen Providentiæ specialis exhiberi volunt in mense Tisri erga peccatores* Chinn. pag. 156. b. *Confer* pag. 204. a. l. Pios) *Ces. Mezuk.* S. 7. 24. 29. 35. m. Liberet) 20. n. Parcat) Id. Ib. 5. o. Majestati) *Non repugnare ei,* Id. S. 4. p. Ceu Regi) *Quæ comparatio prolixè deducitur in* Cosri pag. 309. q. Parent) *Port. Mosaic.* pag. 109. & 165. r. justissimam) *Unde & Legem Talionis, i. e.* מדה תחת מדה *in ea ubique ferè observant.* Ces. Mez. S. 90. s. Modo conciliandi) *Quomodo conveniat regimen Naturæ & Providentiæ;* Akid Iizh. pag. 150. a. *Confer.* pag. 270. a. t. Generalem) *Vide Port. Mosaic. pag. 564.* u. Exemplis) *Sic de hæreditate præceptum docere, Deum sua Providentia omnia complecti, habet* Akid. Iizh. pag. 154. *Addunt conjugia* Lexic. Talmudic.

tia divinæ non subsit. De x *miraculis*, y *occultis*, z *afflictionibus piorum*, a *murmure Prophetarum* contra successum impiorum felicem, b *causarum secundarum*, & mediorum, *precum* c *cumprimis*, concursu & connexione, *fortuitis* d *eventibus*, termino e *fatali*, prolixa sunt Hebræorum commentaria. f *Loca*, quæ de Pro-

 videntia

p. 1873. x Miraculis) *Vide* Chinn. p. 204. *ubi & Canon:* הכל הסומך על הנס אין עושין לו נס Quisquis innititur miraculo, ei non faciunt miraculum. *R. Levi, 2. Reg. 12. asserit miraculis confirmari* פנות תוריות y. occultis Dei judiciis) *Quæ vocantur* דרכי יהוה *Viæ Domini, de quibus* Haksp. *ad Nizzach.* pag. 256. Mor. P. I. c. 54. z Afflictionibus) *De variis tentationibus, & quomodo Abrahamus dicatur à Deo tentatus,* Akid Iizh. pag 52. a. *Afflictiones bono inservire nostro,* Zeri Hajag pag. 12. b. *An bono eveniant mala, & contra,* Alb. l 4. c. 7. *quod concedit; justè tamen, ita ut homo conquerendi causam habeat nullam. Illius rationes redduntur quatuor Ib. c. 12. Hujus modum ostenat* [illegible] *ubi* נסיון *Tentatione &* יסורין של אהבה Castigationibus ex amore profectis. *Unde nomen Præcentoris Aquiba Gamzu, quod dicere solebat* על כל צרה גם זו לטובה ad omnem afflictionem, hæc etiam in bonum cedet. *Juch. pag. 35.* a. Murmure Prophetarum) *Id cur factum sit, excutit* Alb. l. 4. c. 14. 15. & c. 50. b. Causarum secundarum) *Unde Ser. in* Ges. Mezuk. 77. *Omnia opera Domini* צריכין סיוע מהתחתונים opus habere adminiculo inferiorum; *De rerum omnium existentia per causas suas,* Akid Iizh. pag. 4. *Confer* 118. 250. a. *Deum mediatè, per causas secundas agere, habet* Chinn. pag. 204. a. *De hac etiam connexione fusè agit* Alb. l. 2. c. 31. c. Precum) *Non tolli providentiâ preces, docet* Alb. l. 4. c. 16. d. Fortuitis) *Quos Gentilibus tribuunt, ipsi eos negantes* Cosri pag. 300. *Unde Majmonid. regula in Epist.* זהו עקר דתנו שכל מאורעות שארעו בעולם וכל יסורין שיבאו בדרך מקרה לכלל בני אדם דין ומשפט הם *Unde & moderatè omnia ferenda, Zeri Hajag pag. 14. a. Et in lib. Zoh.* אין דבר בא לעולם שאין מכריזין אותו מלמעלה Nulla res venit in mundum, quam non promulgent cælitus. *i. e. quam Deus sua providentia non complectatur. Et clarius Talmud.* אין נוקף אדם אצבעו מלמטה אלא אם מכריזין מלמעלה e. Fatali) *De quo Menasse ben Israël integro tract.* f. Loca) *ut Exod. Indurabo Cor Pharaonis.* Port. Mosaic.

videntia circa malum agunt, explicant. Fatum Stoicum & g *Astronomicum* evertunt; ἀταξίαν denique in Mundo Providentiam h Dei tollere negant.

Sect. XI. *De peccato, primo & orto, & hoc, tum originali, tum actuali.* Emphatica sunt a *nomina*, quibus Hebræi peccata exprimunt. Talia potissimum חטאה, עון b פשע quorum illud simpliciter ἀσυχίαν, istud perversitatem habitualem, hoc rebellionem, adeoque scelus gravissimum significat. Vtque Etymologiam peccati à c *pecude* non improbant; ita & ejus distinctionem in primum, & à primo ortum; illud ab d *Adamo* & *Eva* instinctu e *Satanæ*, instrumento f *serpentis* commissum, causam omnis miseriæ, g *mortis* cumprimis temporalis & h *æternæ*, statuunt. Hoc verò distinguunt in i *originale*, variis nomini-

---

pag. 245. Alb. l. 4. c. 25. *ubi* & קשיות לב *quæ Sichoni tribuitur.* Saad. pag. 27. 1. *Quomodo Senacherib. sit Virga Dei: & Nebucadnezar gladius ejus* Saad. 26. 4. *Quis sensus verborum Ego pellexi Prophetam, Impingua cor ejus, pag. 27.* g Astronomicum) *Nizzach. pag. 96. docet, à Providentia omnia, non ab astris dependere.* h. Ἀταξίαν) *Quam objectionem, ceu antiquissimum errorem prolixè diluit Majmonid.* Mor. P. III. c. 19. *Confer* Zeri Haja. pag 15.

a. Nomina) *De peccati variis nominibus vide* Chinn. pag. 138. *ubi de discrimine agit* פשעים, חטאים, עונות Fag. *ad Exod. 34. b. Levit. 16. 21.* b. פשע rebellio) *unde eodem sensu aliâs* מרוד *dicitur* Kimch. *ad Psalm. 51.* & סרח El. Tisb. ם c. A pecude) Chinn. pag. 40. Ius Heb. pag. d. Adamo) *De peccato Adami vide* Akid. Iizh. pag. 25. d. e. Satanæ) *Sammaelis, vel Asmodæi; de quibus* Smegm. pag. 210. Fascicul. pag. 215. f. Serpentis) *Organum enim tantum fuisse ipsi fatentur Hebræi* Smegm 210. *Rabb. Myller. pag.* g. Mortis) *Vide sup. & postea ubi de pœna peccati.* h. Æternæ) *quidam volunt peccatum fuisse spirituale, proinde & pœnam*; Hakspan. *ad Nizzach. pag. 463. Negat Abarb. in Es. pag. 14.* i. Originale) *Quod plerique asserunt; vide* Kimch. *ad Psalm. 51. Ecce in iniquitate. Unde phrasis* בחטא originaliter in peccato natus, *Vid. Lex. Talmud.* Buxt. pag 857. *quod nomen Diabolo etiam tribuitur. Imputationem tamen ejus negare videtur Nizz. p. 10. Majm. etiam peccatum non naturæ, sed*

nominibus, imò l *tempore* receptionis descriptum, & actuale, ex diversis profectum m *causis*, & n *gradibus* varium, pænis etiam diversum. Vnde o *alia* p *gravia* vocant, alia q *levia*; alia remissibilia, alia r *irremißibilia*. Alia s *ignorantiæ*, alia t *malitiæ*; alia spontanea, alia u *coacta*. Alia simplicia, alia *mixta*,

vitioso hominis temperamento adscribit. Port. Mosaic. p. 232. Abarb. *in Esaj. pag. 14. etiam negat. Primi peccati imputationem & auth.* Teschubh. Lamzajeph. pag. 49. *qui etiam asserit peccatum Kaini majus fuisse, quàm Adami.* k. Nominibus) *Cujusmodi sunt.* a. יצר הרע pravum figmentum, *de quo plurima Hebræi* El. Tisb. *quod negant fuisse in homine ante lapsum. Post lapsum precatiunculam ei opponunt* יסר הקבה היצהר מאונו Auferat Deus benedictus concupiscentiam malam à nobis, *opponitur ei Cogitatio bona, de utraque* Majmonid. P. 3. cap. 22. *Pugna utriusque, finis &c. prolixè describitur Not. ad* Nizzach. p. 467. b. ערלה præputium. c. טמא Immundis. d. שונא e. מכשול offendiculum. f. אבן Lapis g. צפונים abscondita. h. שאר בעסה Fermentum in massa. i. מנול Turpis; *de quibus Lex Talm. R.* יצר *Vocatur etiam* פגימת נפש Macula animæ. l. Tempore) *A formationis tempore hoc peccatum hominis animam occupare, habent Talmudici. Vide* Coch. Sanhed. pag. 313. Majmonid. P. III. c. 22. m. Causis) *Causæ quædam enarrantur* Saad. p. 32. c. 3. n. Gradibus) *Decem ponit Saad. pag. 28.* o. Alia) *Quadruplices actiones transgreßionum Legis distinctè proponit* Majm. More P. III. cap. 41. p. Gravia) *Hebr.* עבירות חמורות *quæ sub mortis pœna interdictæ sunt; de quibus* Majmonid. *Hil. Tesch. c. 1.* שחייבים עליהם מיתת כב או כרת q. Levia) *Heb.* קדות *quarum species enarrantur quatuor. Vide* El. Tisb. Buxtorf. *Lex. Talmud. R.* עבר Chinn. pag. 137. b. Nizzach. pag. 47. r. Irremissibilia) *Cujusmodi numerant alii septem* Saad. pag. 28. *alii* 24. Chinn. pag. 137. *Rabbini tria* Lexic. Talmudic. pag. 998. Nizz. pag. 134. *Peccati in Spiritum Sanctum meminit, pag. 118. Rationem tamen ejus non assequitur.* s. Ignorantiæ) *Ignorantiam excusare negat* Majmonid. T. c. 36. t. Malitiæ) *Graviora hæc esse habet* Majmonid. P. III. cap. 41. u. Coacta.) *De quibus* Nizzach. pag. 80. Majm. Vorst. pag. 58. 60. *Num quis ob ea puniatur Ib. Negant vulgò: ex illo: Coacto Misericors remittit*; Chinn, pag. 218. *De hac etiam distinctione voluntarii & coa-*

quæ ita sunt pæna peccatorum, ut tamen x *peccatum quoque* sint. Alia certa y *dubia*; pro diversitate z *subjecti*, alia magis, alia minus conspicua; alia a *cogitata*, alia dicta, alia facta. Subjectum b *totum* quidem (nemine c *excepto*) hominem maximè tamen d *animam* constituunt. De peccatis actualibus e *personalibus*, quàm f *realibus* judicium liberè ferunt; g *effecta* mali, variis exaggerant modis. Obtinet tamen adhuc veterum h *Pharisæorum* hypothesis, unicum peccatum commissum reliquorum *bonorum* i *operum* perfectioni nihil derogare.

Sect. XII. *De pœna peccati* in *genere*; in *specie* de *Libero arbitrio*. Non negant pænam peccati, quæ necessariò *sequatur*, generalem esse b *mortem*, c *necessariò* omnibus

---

coacti agitur ab Alb. l. 4. c. 21. x. Vt peccatum quoque sint) *Peccata peccatis puniri habet* Majmonid. Port. Mos. pag. 245. Nizzach. pag. 34. 117. y. Dubia) *Vocatur reatus suspensus, ut habet* Ius Heb. p. 158. z. Subjecti) *Loci & personarum; utrumque agnovit* Saad. pag. 23. a. Cogitata) *Nam & hoc peccatum seriò prohibent, & in quibusdam casibus supplicium capitis ei infligunt*; Majmonid Mor P. III. c. 40. *In confessione meminerunt cogitationum cordis*; *Id. Jad. T. 1. pag. 75. Agnoscunt concupiscentiam vetitam*, Nizzach. pag. 95. *ceu fomitem malorum* Chinn. pag. 23. f. 1. *Confer* Alb. l. 4. c. 28. *Cogitatio mala ipso malo pejor.* b. Totum) *ut eleganti simili illustratur in* Sanhed. pag. 312. c. Nemine excepto) *Vide* Port. Mosaic. pag. 209. Akid. Iizh. pag. 219. d. Saad. pag. 29. 2. Cosri pag. 246. Chinn. pag. 11. 2. d. Animam) *Ut quæ peccatis maximè obscuratur*, Saad. pag. 28. 2. Munst. *in Matth. pag. 66.* e. Personalia) *Ceu* Mosis *ad aquas Meriba*, Akid. Iizh. p. 219. R. Alb. l. 4. c. 22. d. Korachi; Akid Iizh. p. 213. b. 214. c. f. Realia) *Sic in specie de gravitate homicidii*, Chinn. p. 159. a. *Calumniæ* Saad. p. 29. *peccati repetiti*; *Ib. pag. 31. c. 2.* Effecta) *Cujusmodi sunt a. quod ceu velum nos à Deo separet*; Port. Mos. p. 225. g. Pharisæorum) *Cui Jacobus opposuit. Cap. 2. Hist. Eccles. S. 1. pag.* h. Bonorum operum perfectioni) *Hoc agit* Saad. pag. 28. c. 4.

a. Sequatur) *Ces. Mez. S. 94.* b. Mortem) *Vide Paraph. Chald. Ruth. c. 4. Per consilium i. e. lapsum Adami mortis constituti sunt rei omnes Mundi incolæ.* c. Necessariò) *Port. Mosaic. pag. 157.*

lumibus Adami posteris (qua occasione multa de Angelo d *mortis*, & e *cruciatibus sepulchri*, pœna f *excidii*, de qua varia Hebræorum judicia) subeundam; supplicio etiam legirupas scandalosos, (quamvis ratione qualitatis peccati, g *discrimen* quidam admittant) è medio h *tollendos*, parentum peccata in i *filiis* sæpè puniri; pœnam peccati non corporis tantùm esse; sed & k *animæ*; Eo quo quis peccat, ut plurimùm l iterum *puniri*; Fidelium m *castigationes*, tentationesque à pœnis n *impiorum* distinguunt, pios tamen cum impiis, iisdem sæpe o *involvi* pœnis volunt. Lapsu Adami negant homini ἀδιαφορίαν seu indifferentiam in Arbitrio, adeoque p *sufficientes* ad conversionem vires sublatas. Vnde pro eo tanquam *pro* q *aris* & focis pugnant, hominem cogitationum suarum r *Dominum* constituunt, f *præscientiam* libertati arbitrii, quicquam derogare negant; ad objectum Naturale & t *Legale* extendunt; hominemque adeò salu-

d. Mortis) *Hunc volunt tempore egressus animæ ex corpore igneæ apparere forma*; Saad. pag. 33. c. 4. Nizzach. pag. 20. e. Sepulchri) *Percussio sepulchri dicta, de qua* Fascic. Disput. f. Excidii] Heb. כרת *de quo prolixè* Abarb. *apud* Buxtorf. *de Spons.* Saad. pag. 43. c. 4. Majmonid. Tesch. c. 8. g. Discrimen) *Quomodo publicum, privatum; coactum, voluntarium puniendum sit peccatum. Vide* Majmon. Vorst. pag. 54. h. Tollendos) *De quibus hinc inde in Jure Heb.* i. Filiis) *Id quomodo fiat, vide Nizzach.* 10. 5. k. Animæ) *Vide Saad. pag. 33. c. 3. Sanhed.* l. Puniri) *Unde trita formula:* Mensuram pro mensura; *Exempl. Davidis* Saad. 26. 3. m. Castigationes) *Vocant Castigationes amoris, de quibus prolixè* Saad. pag. 43. c. 4. Nizz. p. 98. 99. Seph. Mitz. Kath. pag. 3. S. 5. *ubi egregiæ aliquot gnomæ.* Buxtorf. Lexic. Talmudic. R. יסר Alb. l. 4. c. 13. n. Impiorum) *Quos* יסורי עונש Τιμωρίας *appellant.* o. Involvi) *Vide Nizzach. pag.* 119. 120. p. Sufficientes) *Id quod asseritur in* Nizzach. pag. 115. q. Pro aris) *Fusè ea de re disputationes sunt* Seph. Miz Kat. 16. b. Nizzach. pag. 37. 56. 29 111. 114. pag. 115. Majmonid. Tesch. c. 5. & More P. III. c. 17. Alb. l. 4 c. 1. Port. Mos. pag. 253. Saad. pag. 26. c. 2. & c. 4. *ubi & veterum cum recentiorum sententia conciliare, & loca libertatem tollentia studet.* Akid Iizh. 96. 4. pag. 145. r. Dominum) *Vide* Chinn. pag. 165. & 166. a. s. Præscientiam) *Qua de re* Maimonid. Tesch. c. 5. & Port. Mosaic. pag. 237. Alb. l. 4. c. 5. Nizz. pag. 114. t. Legale) Saad. p. 25. cap. 4. *Unde & sufficere docent sibi hominem ad sui conversionem.* Nizzach pag. 11. & 129.

salutis suæ u *fabrum* absolutè constituunt. Tandem de discrimine x *Angelorum* (y *malis* etiam illud tribuitur) & hominum agunt.

Sectio XIII. *De pœnitentia, & confessione peccatorum.* In a *pœnitentiæ* laudibus adeò Iudæi effusi sunt, ut ne ab hyperbolis abstineant. Rationem antiquitatis, b *Mundo*; pretium c *pietati*, præferunt. Vtque d *originem* e *usum*, f *necessitatem hodie* g *maximè*, h *calcaria*, i *præstantiam*, k *effecta* ejus variis ratio.

---

u. Fabrum) *Hoc enim scopo datum esse homini arbitrium, sentit* Majmonid. Tesch. c.5. *Confer* Akid. Iizh. pag. 265. a. u. Angelorum) *De hoc discrimine* Akid. Iizh. pag. 24. c 3. x. Malis *Nizzach.p.111.* y. Modestius) *Modestiora certè sunt* Majm. Iad. Tom. 1. p.74. *verba ex Kadisch.* יפתח לבבנו לתלמוד תורתו ויתן בלבבנו אהבתו ויראתו ותורתו לעשות רצונו ולעובדו בלבב שלם ובנפש חפיצה למען לא נגע לריק ולא נלך לבהלה Aperiat cor nostrum, ad discendam legem &c.

a. Pænitentiæ) *Cujus definitionem habet* Majmonid. Tesch. c. 1. *Multa de ea* Akid. Iizh. pag. 263. c. 41. b. Mundo) *Referunt enim pænitentiam inter ea quæ ante Mundum conditum, extiterunt*; *Vide* Ces. Mez. S. III. c. Pietati) *Resipiscentem præferunt pio, opinione eorum non lapso*; Maj. Tesch. c. 7. d. Originem) *Lege Divina præcipi, etsi non expressè, reductivè tamen, habet* R. Albo, l. 4. c. 25. e. usum) *Eum vindicat & asserit,* Alb. l. 4 c. 27. f. Necessitatem) *De qua* Alb. l. 4. c. 28. R. Sol. Iarch. ad Psalm. 51. *Tibi soli, &c.* g. Hodie) *Quia sunt dies judicii,* Ces. Mez. S. 117. h. Calcaria) *Excitabantur potissimum diebus Sabbathi ad pœnitentiam*; Ces. Mez. S. 115. 116. *In cœtu solenni* S. 123. i. Præstantiam) *De qua* Talmudici *Cod. Imo p. 87. Taan. p. 16. Rosch. hasch. pag. 16. Kidd. pag. 4. Berach. p 36.* Majmonid. *Hil. Tesch. Sanhed. c. 11. pag. 360. & Not. Coco. pag. 384. Confer Luc. 15. 7.* Ces. Mez. S. 112. 113. 14. k. Effecta) *Cujusmodi recensent* 1. *Remissionem peccatorum*; *Nizzach. pag. 52. Rabb. ad Psalm. 51.* justificeris. 2. *Ipsa peccata in καταρθώματα reputantur* Alb. l. 4 c. 25. Seph. Miz Kat 17. a, 3. *Deus peccatorum non amplius meminit Ib. 8. 4. Peccator per pœnitentiam se digniorem reddit justo, Maimonid. Tesch. c. 7.* 5. *Homo Deo modò exosus, acceptus redditur, Tesch. Maim. c. 7.*

manibus commendant, l *gradibus* suis distinguunt, ita ad eam pœnitentes m *formulis*, atque n *monitis* instruunt. Dùmque satisfactionem Christi o *negant*, vel p *mortem* propriam, aliòsque expiandi modos q *excogitant*, vel ad solam absque interventu Mediatoris, r *misericordiam* Dei confugiunt. Nullam, utut ictam, & s *imperfectam*, modò sit t *seria*, pœnitentiam respuunt; De peccatorum u *confessione*, prolixi sunt, x *publicam* & privatam, liberam tamen, admittentes. Sed & de y *modo receptionis* & z *obstaculis*, discrimine item pœnitentiæ a *perfectæ* & imperfectæ, b *exempla* etiam pœnitentiæ quorundam commendant.

Kk Sect. XIV.

---

l. Gradibus) *Quinque gradibus* Saad. pag. 28. c. 2. Zeri Haja. pag. 11. b. m. Formulis) *Exemplar formulæ præscribit* Majmonid. in Tesch. c. 1. n. Monitis) *Cujusmodi sunt, ne differant pœnitentiam Seph. Mitz. Kat. pag. 16. Majmonid. Tesch. c. 7.* o. Negant) *Contra satisfactiones Christi scribit* Abarb. in Ef pag. 17. p. Mortem) *Morte omnia peccata expiari docent; Not.* Hakspan. pag. 433. Nizz. pag. 58. q. Excogitant) *De variis expiandi modis agitur in* Nizzach pag. 133. *Confer* Primit. Heidelbergens. pag. r. Misericordiam) *Ad quam etiam solam referunt receptionem pœnitentiæ* Alb. l. 4. c. 25. s. Imperfectam) *Nam & hanc recipi tradit* Nizz. pag 119. t. Seria) Mitz. Kat pag. 16. Majmonid. Cod. Tesch. c. 2. *Qui die mortis suæ resipuerit, remittentur ei peccata omnia.* u. Confessio) *De qua* Synagog. Iud. pag. 363. 364 Galat. pag. 279. Chinn. pag. 137. b. Fag. Lev 5 5. *Heb. vocant* Viddui, *quod ab Hodaah. differt; Formula extat* Majmonid. Tesch c. 1. *Ei præmitti debet restitutio, Chinn. pag. 137.* x. Publicam) *Non specialem intelligunt tamen peccatorum enumerationem contra Deum commissorum, ut patet* Majmonid Tesch c 9. Mitz Kat. p. 17. y. Receptionis) *Heb. vocant* קבול, תשובה *de qua* Nizzach pag 34 & 155. *ubi quærit, an cum discrimine recipiatur.* z. Ostaculis) *Septem esse peccata, de quibus pœnitentia non recipitur,* Saad pag. 28. 3. Majmonid. c. 3. a. perfectæ) *Appellant* גמורה *quæ est, cùm quis ad eundem lapidem, cum maximè posset, non impinxerit; de qua* Majmonid. Tesch. c. 2. b. Exempla) *De Ninevitis consulatur Kimchius Jon. c. 1.*

Sect. XIV. De *operibus bonis* in genere; in specie de *precibus, Jejunio, Eleemosyna*, & *Sanctificatione Nominis divini* per Martyrium, &c. Studium a *Pietatis* seu operum, in hoc b *seculo*, bonorum, in *genere* vehementer urgent, c *amori* tamen potiùs impulsu susceptum, quàm d *mercedis* intuitu commendant. Quod calcar vel e *Pharisæis* illi quibusdam relinquunt, vel f *Idiotis* conferunt. Opera g *supererogationis*, nimiam cumprimis, etsi paucorum h *exemplis* suffultam, ceu Verbo Dei i *contrariam*, apertè damnant, (כלפי עיקר); k *modos* bona opera explorandi præscribunt; l *Luctam* carnis & spiritûs non ignorant, exemplo Sanctorum ad imitationem proposito; m *Aliorum*, præsertim n *Majorum* plus, quam suis deferunt meritis; Distinctionem mercedis in debitam & o *gratuitam* non ignorant; quid de Orthodoxis scandalosè viventibus sentiendum sit, p *quærunt*: q *Effecta* bonorum operum prolixè commemorant:

---

a. Pietatis) Floril. pag. 263. *Qui pii, qui impii ex Judæorum mente vocandi, vide* Saad. pag. 28. 3. *Qui* חסידים Port. Mosaic. p. 182. b. Seculo) *Iam enim tempus esse laboris* Ces. Mez. S. 100. c. Amoris) *Nam Deus supra omnia amandus.* Port. Mos. pag. 139. *Requisitum ergò hoc in cultu divino præ cæteris urgent:* Thes. Phil. pag. 30 Port. Mos. p. 141. d. Mercedis) *Hanc interdixit Antigonus discipulis suis; unde postea natus Sadducæismus* Thesaur. pag. 35 *Quia nulla à nobis fiant bona opera, à quibus mercedem flagitare possimus.* Port. Mosaic. pag. 141. e. Pharisæis) *Tale genus dari diximus* Thes. pag. 28. Port. Mos. pag. 141. f. Idiotis) *Qua de re prolixè* Port. Mos. pag. 143. g. Supererogationis) *Quæ evidenter confellit* Majmonid. Port. Mosaic. pag. 207. h. Exemplis) *Hujus quorundam instituti esse rationes, quæ tamen in exemplum trahi non debeant,* Port. Mosaic. pag. 200. 201. i. Contrariam) *Etsi enim Lex perfecta sit, hujus tamen Politiæ non meminit*; Id. pag. 202. k. Modos) *De quibus agit* R. Alb. l. 3. c. 7. l. Lucta) *De qua Majmonid. Port. Mos. pag. 222.* Floril. pag. 42. m. Aliorum) *Schebh. Jeh. p. 339.* n. Majorum) *Vide Majmonid. in Cipp. pag. 3.* Kimch. Ezech. cap. 18. o. Gratuitam) *Hanc* פרס *illam* שכר *appellant in Abh. c. 1. Barten. & R. Chijun. variæ aliâs de retributione sunt sententiæ, alii eam affirmant, alii negant,* Alb. l. 4. c. 27. p. Quærunt) *Sic Nizzach. pag. [illegible] quærit, an, qui mala facit, & rectè credit, servetur?* q. Effecta) *Sunt 1. Mutatio judiciorum divinorum*; Ces. Mez. S. 120. 2. *Restitutio ablatæ pluviæ, quæ precibus cumprimis tribuitur*; S. 119. 3. *Boni*

intentionem operi r *exæquant.* In specie PRECES seriò ubique suis inculcant, varia vel ab externa forma, vel à materia, vel fine, vel effectis s *nomina* illis imponunt, præviam lotionem, t *propriam*, vel u *analogicam* manuum; decentes *gestus*, x *locum*, y *Linguam* intentionem z *cordis*, aliaque

---

pro bono acceptio; Akid. Nizh. pag. 205. (*Tria præsertim numerant bona opera, quæ mercedem necessario in hac accipiant vita*; Saad. pag. 28. c. 2.) 3. *Retributio ratione cultus*; Ces. Mez. S. 103. 4. *Eum etiam, qui præcepta Noachidarum observat, servatum iri, tradunt*; Nizzach pag. 193. *Confer pag.* 80. *& Not.* Hakspan. pag. 110. r. Exæquant) *Juxta Canonem: Accinctus ad bonum opus est quasi faciens bonum opus*; s. Nomina) *ut sunt* תחנה *supplicatio*: צעקה *vel* זעקה & שועה *clamor*; רנה *Cantus voce flebili editus*; פגיעה *Intercessio*; יללה *cajus, oraturi enim in vultum procidebant*, Synag Iud. pag. 216. עמידה *statio*; עבודה *cultus, quia præcipua ejus pars* Majmonid Hilch. Teph. c 1. Seph Mitz. *Kat. 5. 11. Nizzach. pag. 85. Chinn. pag. 169.* t. Propriam) *Quæ aqua fit*; Schulch. Ar. S. 129. Majmonid. Vorst. pag. 80. Synag. Iud. pag. 128. u. Analogicam) *Quæ peragitur, tergendo*; Majmonid. Teph. c. 4. x. Gestus) Hil. Teph. c. 5. *Ut sunt* a. *Elatio manuum*; *Schulch. Ar. p. 22.* b. *Situs ubi vel statio, vel* γονυκλησία, *Maimonid. Teph. c. 5. vel totius corporis prostratio locum habet*: c. *Dispositio corporis.* d. *Respectus vel Sanctuarii* Maim. Mor. P. 3. Mor. c. 45. Buxtorf. Lex. Talmudic. pag. 259. *vel cœli*, Nizzach. p 88. *Plura vide* Chinn. pag. 171. Maim. Vorst. pag 80. *ubi de obvelando capite, & tota carne agitur.* y. Loco) *De quo Schulch. Ar. S. 90. Mitz Kat. p. 18.* a. z Lingua) *Nullam excipiunt: Id. S.* 101. *Peculiariter tamen precibus assignatur Assyriaca* Ligtf. *in Matth. p. 16.* z. Cordis intentio) *Quam* עיקר התפילה *fundamentum precationis constituunt. De qua Maim. Hominem ejus ductu, vacuum ab omnibus cogitationibus, se ipsum cernere, quasi staret in conspectu Majestatis divinæ*: Hil. Teph. c. 4. *Aliter* Mitz. Kat. pag. 51. Esr. Psalm. 78. Synagog. Iudaic. pag. 148.

a *requisita* à suis exigunt. Certas formulas tum ratione causæ b *efficientis*, tum c *finalis*; tum adjuncti d *temporis*, tum e *objecti*, constituunt; ad solum Deum dirigunt. f *Mediatores* excludunt, & dum g *Sanctorum* invocationem in Ecclesia h *Pontificia* receptam, graviter damnant, ipsi tamen ab ea i *purgare* se prorsus non

Floril p 281. a. Requisita) *Ut sint* a. *Precatio sit præmeditata*: Nizzach. pag. 87. b. *Absit Battologia*; Fascic. Heidelber. pag 315. b. Efficientis) *De variarum precum authoribus, consulatur* Chinn. pag 171. a. *Plura habet Floril.* Buxtorf. pag. 280. *De precibus adscriptis Patriarchis, Vide* Schebh. Ieh. p. 394. Iuchas. pag 8. c 1. *Esræ multæ tribuuntur, & Samueli parvo, Schemoneh Esre vocabatur*: Chinn. 171. Gamalielis Spicil. Capp. pag 72. Majmonid. Teph. c 1. c. Finalis) *Quo respectu aliæ concipiuntur pro remissione peccatorum, &* סליחות *dicuntur*; Buxtorf. Lex. Talmudic. R. סלח *modò Deo gratiæ aguntur*: Schulch. S. 229. 221. *Novendecim singulis diebus Judæis recitandæ benedictiones*: *Formulam vide* Schulch. S. 224 Modò *defuncti Deo commendantur* Synagog. Iudaic. pag. 21. *Formula Kaddisch dicitur.* Modò *contra hæreticos peccantur.* *Unde benedictio contra hæreticos, id est,* עיאלה לפני השם לאבד המינים Precatio ad Deum pro extirpandis hæreticis, *Majmonid. Hilch. Teph. c. 2. Ejus meminisse videtur Justinus Martyr adverf. Tryph. Exemplar habetur in* Synagog. Iudaic pag 161. *Hoc tamen nomine Judæos excusare conatur* R. Lip. in Nizz pag. 191. 193. Modò *cibos consecrant, de cujus origine, modo, subjecto, formulis* Maimonid *Berac. c. 1. 2, 3. &c.* d. Temporis) *Tribus ordinariè vicibus Judæos convenisse ad preces concipiendas patet ex Act. 3. Vid.* Drus. *Præter. l. c. Quæst. per Epist. pag. 138. 114.* Buxt. Synag. Iud. c 5 *de matutinis fusè agit.* Spic. Cap. *Confer* Schulch. Ar. p. 16. b. *De vespertinis verò precibus vide* Synagog. Iudaic. p. 203. Primit. Heidebergens. p. 311. *Utrum verò ex Lege divina certa precandi præscribantur tempora, vide* Chinn. pag. 71. e. Objecti) *Sic aliæ sunt formulæ Deum laudandi, aliæ gratias agendi, &c. Exemplaria habent varia in* Schulch. Ar. 3. 4. 11. 12. &c. *Nomina & formulæ* Chinn. 171. f. Mediatores) *Quos non admittunt* Nizzach. 86. Synagog. Iudaic. pag. g. Sanctorum) *Qua de re in* Nizzach. pag 86 h. Pontificia) *Hoc enim*

pessunt. Esse precibus sua k *impedimenta*, l *fundamentũ*, formalia, tam in *generalia*, quàm specialia exauditionis vel suspensæ vel n *negatæ* suas esse rationes. Precibus privatis publicas o *præferunt*, p *Euchologia*, q *Methodum*, r *ordinem* precum, modum preces neglectas s *compensandi* suppeditant. Vsitatam formulam t *Audi Israel*, ceu compendium Symboli Iudaici u *religiosus* & x *frequentius*, quàm

nomine Judæos g. [illegible] offendi, alibi monuimus. Vide Hodeget. P.II. pag. 303. i. Purgare) *Viae sup.* k. Impedimenta) *Sex esse impedimenta, ob quæ homo non exaudiatur, habet Nizzach. 87.* l. Fundamentum) *Constituunt Providentiam Dei; Vide* Alb. l. 4. c. 16. m. Generalia) *Formulas tamen generales specialibus præferunt*; Id. l. 4. cap. 24. n. Negatæ exauditionis) *Cur non exaudita sit precatio Mosis, habet* Alb. l. 4. c. 21. *Ita c. 25. asseritur, quòd ut non omnis efficiens suum assequitur effectum, ita non necessariò preces exaudiantur: ubi & causa redditur. Utrum Christianorum æquè ac Judæorum exaudiantur preces, discutitur Schebh. Jeh. pag. 396.* o. Præferunt) *Eos enim semper exaudiri, etsi multi se turbæ Ecclesiasticæ immisceant peccatores, habet* Majm. Teph c. 8 Cosri p. 24. a. *Differentiæ rationem reddit lib.* Alb. l. 3. c. 29. *De* מנין *numero denariò* κατ' ἐξοχὴν *eorum qui ad preces concipiendas conveniunt, postea: qui verò à precum publicarum conventu abstinet, dicitur vicinus malus.* Maimonid. Teph. c. 8. *Confer* Cosri pag 24. a. p. Euchologia) *Vide* Bibl Orient. p. 15. q. Methodum) *Monent enim, Deum primum laudandum, postea demum necessaria petenda,* Nizzach. pag. 86 Cosri 24. r. Ordinem) *De quo* Synagog Iudaic. pag. 149. & seqq. Axid. Iizh p. 156. a. r. Compensandi) *Quod quomodo fieri debeat. vid.* Schulch. Ar. S. 118. r. Audi Israel) *Verba Deut. c. 6. vers. 4.* extant. s Religiosus) *De tarda ejus pronunciatione vide* Synagog. Iudaic. pag. 156. *Confer p. 259. & Nizzach. 83.* t. Frequentius) *Ex lege enim bis jubentur quotidie recitare* Schulch. pag. 13. Nizzach 82. Chinn. p. 162. b. *de necessitate verò hujus præcepti agitur pag. 16[illegible]. Præsertim Maimonid. Tractat. peculiari de* קדית שמע u Amen) *Quæ aliis asseverandi, aliis jurandi formula est:* Dedieu *Matth. c. 5.* Full. Miscell. l. 1. c. 2. *Hanc singulis subjiciunt precaudi formulis voculam.* Synag. Iud. pag. 17. x. Species) *Nempe acceleratum,*

tera recitant. Particulæ y *Amen*, cujus distinctas agnoscunt z *species*, vim magnam a *tribuunt*, utque singulare precum studium sibi b *arrogant*, ita alii suo nomine vices precandi b *committunt*, parvulos autem suos precibus cum primis matutinis c *alligant*. Iejunium & crebriùs suis d *commendant*, & frequentiùs e *celebrant*; præcepta etiam jejunia celebrandi præscribunt. Vident inter eos, Deum γυμνασίαις ista σωματικῇ placari non posse; unde inferiori illa quàm f *virtutes* habent loco. De g *Eleemosyna*, h *publica* & privata pro necessitate, i *effectis* & k *modo* obvia sunt Iudæorum judicia & encomia. De l *Martyrio* prolixi sunt Iudæorum scriptores. Et ut rel quas virtutes αὐτάρκειαν, m *hospitaltatem* n *humilitatem*, o *liberalitatem*, p *mansuetudinem*, q *misericordiam*, parentum r *honorem*, s *patientiam*, t *concordiam*, u *Veritatem*, egregiis inculcant monitis; sic à vitiis x *adulatione*, y *hypocrisi*; z *avaritia*, a *adulterio*,

---

amputatum & pupillare; de quo Lexic. p. 115. y. Tribuunt) *Vide Ib.* & Synagog. Iudaic. pag 188. z. Arrogant) *Schebh. Jeh. p. 76.* a. Committunt) *Sunt nempe decem illi* בטלנים *sive* ὀκνηροί, *qui stipendio conducti semper ad concipiendas preces in Synagoga comparere debent. Vide Lex. Talmud. pag. 292.* b. Alligant) *Schebh. Jeh. pag.* 450. c. Commendant) *Quoties necessitas urget, Ib. p.* 404. 408. d. Celebrant) *quod quoties per annum fiat, diximus in Hexaëmer pag.* 140. *De jejunio festi Cippurim dicitur* Iur. Heb. p. 267. e. Virtutes) *Qua de re Maimonid.* Port. Mosaic. pag. 203. 204. *Contra* ἀφροδίσιον *corporis etiam agitur* Nizzach. pag. 174. f. Eleemosyna) *De hac consule* Buxtorf. *Floril. Pag. 89 Lex Talmud. R,* צדק Primit. Heidelbergens. pag. 234. g. Publica) *Per eleemosynarios collecta, vide* Chinn. pag. 178. a. Primit. Heidelbergens. l. c. h. Effectis) *Longanimitas vitæ Ces. Mez. S. 15. Liberatio à malis, juxta Canonem: Non liberantur Israëlitæ, nisi merito eleemosynæ.* i. Modo) *Hilari fronte danda: Chinn. 177.* a. *clàm: Primit. pag. 324.* k. Martyrio) *Pro* יחוד *fieri illud agnoscunt: unde Heb. Sanctificationem Nominis appellant: Vide Schalsch. 119.* a. *117.* l. Αὐτάρκεια) *Floril. pag. 39.* m. Hospitalitatem) *Ib. 116.* n. Humilitatem) *Ib. 117.* o Liberalitatem) *Ib. 171.* p. Mansuetudinem) *Ib. 185.* q. Misericordiam) *Ib. 193.* r. Honorem 245. s. Patientiam) *Ib. 24°.* t Concordiam) *Ib. 13. & 255.* u. Veritatem) *Ib. pag. 370.* x. Adulationem) *Ib. 7.* y. Hypocrisi) *Ib. 7. & 121.* z. Avaritia) *Ib. 25.* a. Adulterio)

terio, b *calumnia*, c *ebrietate*, d *ingratitudine*, e *invidia*, f *ira*, g *libidine*, h *mendacio*, i *odio*, k *superbia*, l *furto*, suos dehortantur speciosiùs, quàm ipsi à multis abstineant. Ad hanc sectionem juramentum etiam pertinet, species invocationis Divini nominis, cui multum Iudæi deferunt, apud quos occurrit *juramentum* m *falsum*, juramentum n *leve*; juramentum o *depositi*, juramentum testimonii, juramentum judicum. Iuramento p *controversias* decidendas affirmant, cum discrimine tamen aliquo. Alii enim legis esse volunt, adeóque q *necessitatis*, alii r *arbitrii*. De s *emphasi* verbi נשבע non malè Philosophantur. Et quanquam alibi t *limitatè* negent per creaturas, jurandum, formulæ tamen per u *caput*. x *vitam*, y *coronam* Legis, per z *cœlum*, a *cultum Dei*, Decalogum, Mosen, vitam Rabbinorum, altare, partim in N. b *Testamento* extant, partim in Rabbinorum scriptis. De c *Valore* recentiores prolixè commentantur, d *tractatus* etiam de juramento scribunt, vel servandi vel e *solvendi* ejusdem rationem examinant: f *suspecta* tamen multis eorum meritò habita jura-

menta

Ib. pag. 8. Calumnia) *Ib. 35.* c. Ebrietas) *Ib. 82.* d. Ingratitudine) *Ib.* 128. e. Invidia) *Ib. 131.* f. Ira) *Ib. 133.* g. Libidine) *Ib. 173.* h. Mendacio) *Ib. 189.* i. Odio) *Ib. 236.* k Superbia) *Ib. pag. 351.* l. Furto) *Ib.* pag. 102. m. Falsum) *De hoc* Ius Heb. p. 43. n. Leve) *seu* vanum, *à præcedenti distinctum Ib.* o. Depositi) *Vide Lexic. Talmud. Buxtorf. pag. 626. & R.* שבע p. Controversias) *Lib. Chinn. pag. 171.* b. q. Necessitatis) *Id. Ib.* r. Arbitrii) *Ita Nachmanides. Ib. pag. 172.* a s. Emphasi) *De qua* Ius Heb. pag. 44. t. Limitatè) *Chinn. pag. 172. negat per creaturas licere jurare, nisi quis per eas ea juret intentione, ac si juraret per Creatorem.* u. Per caput) *Vide Lex. Talmud. R.* שבע x. Vitam) *Ib. & p. 744.* y. Coronam. *Ib.* z. Cælum) *Id. pag. 2441. Drus. quæst. per Epist. pag. 88.* a. Cultum Dei) *Lex. Talmud. p. 1565.* b N. Testamento) *Matth. c. 5. quod ex locis citatis non parum accipit lucis.* c. Valore) *Unde Canon* Seph. Mitz. Kat. pag. 20. b. הנשבע בשמים או בנביאים או בכתובים אין זו השבועה Qui jurat per cælos, aut per Prophetas, aut hagiographa, non edit juramentum. *Exceptione vide pag. 21.* d. Tractatus) *Extat liber*, Mispete Schevuoth. *Consuetudines, rationes juramentorum: R. Haji. De ritu jurandi veterum videatur etiam Fag. in Gen. c. 24. 2.* e. Solvendi) *Vide Nizzach. pag. 106. & 149* f. Suspecta) *Videatur Rabbin. Mysl. pag. 1482*

menta. Votum, quod à juramento g *differt*, & h *varium* est, & in Synagoga postremum habet locum. Vnde de ejus solutione k *maturanda*, cuiusq; l *conditionibus* multa apud Rabbinos præcepta & axiomata.

Sectio. XV. De Redemtione per Messiam in *genere*; Iesu Nazareno *specie*. Item de Anti Christo & Pseudo Messiis. Salutaris de a *Messia* doctrina, quam inter b *fundamentales* articulos Iudæi, ἐγκεφάλου, c *plerique*, referunt, semper quidem & seriò tam inter Iudæos, quàm d *Samaritanos* antiquitùs proposita fuit, variis tamen *à longo* e *tempore* modis corrupta. Iam ante Christum natum fides de persona & officio ejus ita obscura fuit, ut opinio de regno Christi terreno, ne ipsis quidem facilè Apostolis exuti potuerit. Et quanquam in Paraphrasibus Chaldaicis f *veræ* de Messia sententiæ non obscura extent vestigia, quibus hodiernorum pervicacia non uno modo obthurari; g *reliqua*

g. Differt) *Vide Jus Heb. pag. 44.* h. Varium) *Seph. Mitz. Kat. p. 20. Chinn. pag. 157. quatuor ponuntur species* coacta, erronea, expedita, hyperbolica, *Confer pag. 208. ubi de aliis speciebus.* i. Fine) *Frenum gulæ & appetitûs; unde vocant* sepes vitæ Sanctæ, *More P. III. c. 48.* k. Maturanda) *Vide lib. Chinn. p. 172.* b. l. Conditionibus) *Vide Seph. Mitz. Kat. pag. 21.* a. b. c. *de ratione votorum mutabilium & immutabilium, modo solvendi* Chinn. 57. 158. Nizz. p. 71. 82. *Confer Notas Pocok. ad Port. Mos. pag.* 414. 415. *ubi, quid votum sanctitatis, & quòd votis sit locus non tantùm in rebus arbitrii, sed etiam præcepti.*

a. Messia) *Nomen ut* ἐγκεφάλου *est, ita in Judæorum Scholis usitatissimum. Eandem vocem aliæ quoque retinent Linguæ tam Orientales, quàm Occidentales. Græcis est* Χριστὸς b Fundamentales) *Vide Cocc. Sanh. Pag. 376. Synagog. Pag. 13. Alb. l. 4. c. 42.* c. Plerique] *Alii enim docent, ex fide Scripturæ de ejus adventu nihil certi adduci posse, sed ex Kabbala tantùm. Qua de re disputat. Albo l. 4. c. 42.* d Samaritanos) *Joh. 4. v. 25. ubi mulierculæ Samarit.* οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται. e Longo tempore] *Patet ex Onkeloso Paraphrasta, aliisque & qui locum Genes. 3. & alia de Messia, malè aliò torquent.* f. Veræ] *Id quod ordine monstravimus append. ad* Grammat. Chaldaico-Syr. nostræ. g Reliqua] *Quæ Galatinus hinc inde citat, præsertim ex Gale Razaja; quo nomine etiam à Pontificiis reprehensus fuit, præsertim Joh. Morino, ut alibi jam monuimus.*

qua tamen scripta, quæ de Messia agunt clarius, sublestæ ut plurimum sunt fidei, quæ aut ex Christianorum aut Iudæorum conversorum verisimiliter prodierunt officinis. Post Servatorem in cælum sublatum, de Messia, ejus h *nominibus*, i *proprietatibus*, k *adventu*, l *Nativitatis* tempore, m *loco*, n *signis*, o *diebus*

h Nominibus] *Qualia sunt Schilo, Hinnon, Menachem, Chanina,* חיורא *quod leprosum notat; de quibus* Sanhed *pag. 380. Lexic. Talmudic. pag. 446. Lex. Bib. R.* נון *Quidam addunt* מדרך Lex. Talmudic. pag 711. *Metatron,* Synhed. pag. 215. 233. Lex. Talmud 1192. *Quid de voce* מימרא, λόγος, *habendum, utrum ex Schola Judaica petitum sit, & quot modis accipiatur. Vide* Hexaem. pag 53. i Proprietatibus) *Qualis est, quòd esset facilè olfacturus impios; quod in Cocabo desiderârunt;* Iuchas. 356. k Adventu) *Vocant* ביאת משיח *de quo* Nizzach. *pag. 94. & alibi passim.* l Nativitatis) *De qua Nizzach. 94. Abarb. Vorst. pag. 70 Sanhed. p. 325. 356. Jam tempore Christi magnæ de ea tenebræ. Nesciebant, unde venturus; è vivis an mortuis proditurus esset, ambigebatur; Talm. Hierosol. Berac. Vide* Ligtfoot *p. 31. Hor. Heb.* m. Loco) *Bethlehemi nasciturum, constanter asserebant; vide* Matth. 2. *& auth. cit.* n. Signis) *Decem numerant; de quibus Synagog.* Buxtorf. *pag. 443. Rabbinis. Myller. pag. 173. 174. quo referunt* 1. Prodromum *Messiæ, quem alii designant* Eliam, *Cocc. 377. ex Albo. Ligtfoot. Hor. Heb. pag. 205. alii* Enochum, *Nizzach. pag. 200. alii principem quendam. Talem se finxit agyrta ille, cui Maimonid. opposuit Epistolam.* 2. Dolores Messiæ, *de quibus Alschech in Esai. p. m. 228. 232. Saad. pag. 38. c. 2. Synhed. Cocc. pag. 375. Lexic. Talmud. p. 700.* 3. Armillam, de *quo postea.* 4. Bellum Gog & Magog *Saad. pag. 38. c. 3.* o. Diebus) Dies Messiæ *vocant generaliter tempus, quo regnaturus est, de quo* alii, *quòd tunc impii omnes sint abolendi,* Kimch. *Esai. 1. v. 26.* Alii, *quòd inter dies Messiæ & reliquum tempus sit discrimen factura subjectio imperiorum, Maimonid. Tesch. c. 9. Nizzach. p. 140.* Alii *omnium voluptatum corporis & animæ conjunctionem expectant; Schalsch. Hakkabb. p. 86.* a. Plures *vide* Port. *Mosaic. pag. 135. & 138. qui dies Messiæ refert inter articulos fidei; Ib. pag. 176. In specie fatentur, Papatum statum futurum*

bus, p regno; regnandi q spatio [quæ r chiliasmum paulatim invexit disputatio] s convivio, cui & t Leviathanem, & inusitatæ magnitudinis u avem [præter vinum x vetustissimum] & y bovem destinant, z victoriis, a felicitate, b typis, filio c Ephraim παθητῷ, Davidis, ἀπαθεῖ, tantò plura commentantur, quantò, justissimo Dei judicio, graviori cæcitate à tempore κυριοκτονίας ruerunt percussi. Vt enim antea de venturi Messiæ liberè satis (ut ex Eliæ, non d prophetæ, sed Rabbini cujusdam patet testimonio) conjecturas suas edixerunt adventu, ita postquam tot sibi impositum animadverterunt Pseudo Messiarum, quo-

---

suum superare, Schebh. Ieh. pag. 240. Vltimi dies vocantur עקבות i.e. calcanei, de quibus Sanhed. pag. 97. Lexic. Talmudic. R. עקב Triplicem ingressum in terram Sanctam somniant Josuæ, Esræ & Messiæ; Chinn pag. 124. Tunc restitutionem Schemittarum expectant. p. Regno) Quod concedunt multi spirituale, Abarb. Vorst. pag. 68. pacificum Nizz. p. 126. Davidicum, quòd certò sit revocaturus, Nizzach. pag. 157. adeóque tribui Judæ alligatum Nizzach. 137. bellorum immune, Id. 139. 140 q. Spatio) De quo variæ veterum Hebræorum concertationes Abarb. Vorst. pag. 70. Nizzach. 187. Quidam volunt Messiam planè non moriturum Cocc. pag. 365. Alii contrà, & moriturum, & posteritatem relicturum, Port. Mosaic. pag. 159. r. Chiliasmum) Qua de re Hist. Eccles. Sec. 3. pag. 155. Fascic. Disput. pag. 46. Anal. P. II. pag. 11. s. Convivio) De quo Synagog. Buxtorf. p 456. t. Leviathan. Synag. Judaic. pag. 457. Tropicè tamen illud intelligendum monet Nizzach. pag. 168. Akid. Iizh. pag. 162. 6. 3. u. Avem) Vocant bar-Jucneh; Synag. p. 457. Lexic. Talmud. p. 950. x. Vetustissimum) Ab initio Mundi asservatum; Synagog. pag. 460. Lex. Talm. pag. 950. y. Bovem) Vulgò Behemoth & בר תורא bos silvestris, de quo Synagog. Iud. pag 456 Lex. Talmud. pag. 347. z. Victoriis) Præsertim contra Gog. & Magog. a. Felicitate) De qua ex mente Judæorum Synagog. Iudaic. pag. 462. b. Typis) Qualis liberatio ex AEgypto Ces. Mezuk. pag. 65. c. Ephraim) De utroque hoc Messia prolixè Bu[illegible] Synag. pag. 439. Lex. Talmud. R. משח Hakspan. in Nizzach. pag. 344. 352. Myller. pag. 145. 945. Saad. pag. 380. 4. d. Non Prophetæ) Vide Pseudepigraph. nost. V. T. S. ultim. Confer Schebh. Jeh. pag. 235. 248

(quorum famosissimi erant *Bar* g *Cosba*, ex ciade h *Bitterensi*, celebris; Moses i *Cretensis*, David k *Alroi*, aliique plures,) de quibus Iudæorum quoque annales, l ræstigiis, solenni tandem decreverunt l *statuto* ne quis in posterum, utpote m *incertum*, & investigatu n *difficile*, o *venia* proinde, si calculus falleret, (ligenum) in tempus Nativitatis p *inquireret*. Cura etiam aucta non una in q *Veterum*, de Messia, explicandis dictis, quorum judicio terminus pridem esset elapsus. Unde articulum quidam de adventu Messiæ non suo amplius habere loco, alii Scripturam r *pervertere*; alii eum non s *satis æstimare*, alii

e. Testimonio) *Extat ibi . ex Sanhed. & prolixè de eo Meor-En. pag. 143. cui simile ex Lact ntio affertur in Meor-En. pag. 142. b.* f. Adventu) *ut supra jam monuimus. Ejus terminum alii præteriisse affirmant; Hor. Heb. Ligtfoot pag. 23. Rabb. Myll. pag. 170. 487. Alii negant; Id. pag. 181. Nizzach. pag. 93. 116. 118. 119. alii natum volunt, sed delitescere, Synagog. Judaic. p. 442. Schebh. Jeh. p. 259.* g. Bar Cosba) *De quo* Euseb. l. 2. c. 11. Drus. *Quæsit. per Epist. p. 93.* Synagog. Iud. pag. 440 Nizz p. 137. 184. h. Bitterensi) *De qua Histor. Ecclesiast. Sec. 2. S. 3. Lex. Talmud. p. 371. Rabb. Myll. pag. 528.* i. Cretensis) *Hist. Eccles. Sec. 5. S. 3.* Elmac. *Misc. p. 247.* k Alroi) *Ita plerumque: aliàs David. Al-David Schebh. Jeh. pag. 16. De ejus fascino & confluxu ad eum. Ib. Magus & præstigiator insignis; Itiner. Benjamin. p. 81. Plures de quibus Schebh. Jeh. p. 169. Juchas. p. 151. b. Schikh. Ius Reg. p. 190.* l. Statuto) *Ut rumpantur ilia ejus, qui in adventum inquirit, Meor-En.* pag. 138. 139. m. Incertum) *Nizzach. p. 125. 126. In specie ad annum 338. non magis attendendum, quàm quemcunque alium Meor-En. p.* 138. n Difficile) *Nizzach. p. 187. Abarb. Vorst. p. 67. Meor-En. pag. 141.* o Venia) *Sic Nizzach judicat. l. c.* p Inquireret) *Non nimia curiositate inquirendum, habet* Majmonid. *Port. Mos. pag. 176. Schebh. Jehud. p. 244.* q Veterum) *Tum* Hillelis; *qui dicebat, Judæos tempore Ezechiæ Messia potitos; Vorst. Abarb. p. 65. Tum* Eliæ *de sex mille annis; Schebh. Jeh. p. 233. 234.* r. Pervertere) *Videatur Ab[illegible] & Alsch. in Esai. Kimch. append. ad Psalter. Nizzach. per totam Scripturam; in specie verò Genes. 49. Nizzach. 27. 28. Schebh. Jeh. 266. contra 70. septimanas Saad. 40. Abarb. in Dan. p. 66. & Schebh. Jeh. 246. Psal. 22. Schebh. Jeh. p. 204. Imò ex Scriptura*

nter terminum exhibitionis t *distinguere*, alii vaticinia veterum vel rejicere plane, vel excusare cæperunt. Vbi in u *specie* & in hypothesi ad Iesum Nazarenum, Deum benedictum in secula, perventum est, virulentum ubique stylum à septendecim propemodum seculis contra ejus u *parentes* x *Nativitatem*, y *miracula*, z *discipulos*, a *doctrinam* vel integris libris, vel δόγματα σωματικοῖς

---

contra adventum Messiæ quidam argumentantur, ex Joël. & Hos. Nizzach. pag. 135. 136. Saad. p. 39. 3. Vaticinia non completa tum ex eo quòd extra terram Sanctam degunt, Nizzach. 119. Gog non venit, Ib. 121. s. Non satis) *Negant enim illi fundamentalem esse:* R. Alb. l. 1. c. 2. t. Distinguere) *Alii enim volunt distingui in adventum potentialem & actualem: Schebh. Jeh. pag. 253. terminum finis & pœnitentiæ: Saad. pag. 37. 3. obstante peccato, Nizz. pag. 119. 187. factum cur Messias non venerit:* u Parentes) *Mariam impiè* תלויה *&* חויא *appellant* Munst. *in Matth. pag. 153.* Hakspan. *ad Nizz. 276. Virginitatem ejus impugnat Nizz. p. 112. 116. Confer Munst. pag. 90. oppone* Rabb. Myll. *pag. 613. & 1000.* x. Nativitatem) *Hanc turpissimis parachronismis involvunt. Lipmannus modò dicit eum natum sub templo secundo* Nizzach pag. 11. 84. *modò scribit contrarium pag. 181. unde quæstio, an Jesus Nazarenus idem ille sit, quem Judæi vel parachronismis, vel aliis nominibus reddunt suspectum, Cocc. Sanh. pag. 365. prolixiùs Primit. Heidelb. pag. 73. Fabulam de eo inauditam habet Tesch. Lamz. pag. 34. Confer Schebh. Jehud. p. 76. Difficultates etiam contra ejus genealogiam movent: Schebh. Jehud. p. 43. Adventus tamen ejus ex Talmude probatur Ib. p. 226.* y Miracula) *Magiæ eum insimulant, ut videre est tum ex Histor. Evangel. tum ex scriptis Hebræorum. Vide Lex. Talmud. pag. 2436. Toled. Jeschu, cujus exemplar habemus. Tesch. Lamz. p. 42. Christus resuscitat mortuos, Schebh. Jehud. pag. 391. Negant tamen esse opus solius Dei, Ib. 292.* z. Discipulos) *Quorum in Talmude [illegible]. Unde Schil.* Alting. p. 258. a. Doctrinam) *Quod cumprimis studuit Luth. lib. Nizz. Teschubh. Lamz. Sieph. Concedere tamen Judæos, per Messiam novam latum iri legem, novum fœdus, constat. Vide Schil. Alt.*

ευαπτοις aggressi sunt. b *Nomina*, quibus eum exprimunt, varia sunt, & plerique impietatem redolent. Rarò de Messiæ effectis & meritò c *sobriè* βλασφημοῦσιν, blasphemiæ tamen à Christianis accusati, vel subdolè ea d *omiserunt*, vel aliis atque aliis Etymologiæ *afflictis* e *rationibus* elabi conati sunt. Quæ f *Armillo*, id est, AntiChristo, suo fabulantur, aliunde nota sunt. Vtque Passionem & mortem Christi contra Muhammedanos veram & non δοξαστικὴν g *asserunt*; sic à h *christiani is* sæpè, Iudæorum accedente i *calculo*, Iesus Nazarenus, per Scripturas, Messias probatus est.

pag. 419. b Nomina) *Appellant enim illum* 1. Κατ' ἐκφωνισμὸν ישו *Fag. Exod. 23. 12. Buxt Abb. pag. 101. Rabb. Myll. pag. 90.* 2. Τοῦτον τὸν ἄνδρα hunc virum Act 5. 28. Benjamin. *Itiner. pag. 42. Nizz. 172.* 3. Filium. Panderæ. *Galat. p. 233. Confer Histor. Soc. pag. 63. Talmud. Lex. pag. 1755. Baron. appar. S. 42. Rivet. Apolog. pag. 14.* 4. Filium Stadæ *Lex. Talm. pag. Grasser. in Dan. pag. 318.* 5. Filium נצר, *Abarb. in Dan. c. 7. Lex. Talm. R.* נצר 6 Dii extranei, *Gal. 270. b. 7.* מנזר *Lex. Talmudic. pag. 1184.* 8. Tauth; *Error, Idolum Ib. 9.* Vanum. 10. Abhoda Zara; pag. 902. *Lex. Talmud.* 11. Suspensum *Lex. Talmud. R.* תלה c. Sobriè) *ut cùm a. agnoscunt per eum acquiri remissionem peccatorum Nizz. pag. 117. Abarb. in Es. pag. 193. b. Ei miracula tribuunt Abarb. pag. 69. a. Sanhed. Confer Rabb. Myll. p. 180. De abolitione* יצר הרע *tempore Messiæ. Vide Meor-En. p. 143. a.* d. Omiserunt) *Exempla & omissionis & restitutionis magno numero habet* Pocok. *Not. Miscell. ad Port. Mos. c. 8. pag. 306. Confer etiam* Meor. En. pag. 69. b. e. Afflictis rationibus) תלוי *suspensum volunt factum, quasi suspensæ seu dubiæ naturæ; Nizz. p. 149. & 276. Nazarenum, non ab urbe Nazarēth: sed à* יצר formavit; *Nizz. 192.* f Armillo) *Vide Lex. Talmud. p. 222. Histor. Ecclesiast. Sec. 7. S. 1. Saad. pag. 38. c. 2. De Anti-Christo Christianorum videatur* Abarb. *in Dan. pag. 74.* g Asserunt) *Verè enim Christum à Judæis interfectum ipsi largiuntur; Vide Abarb. in Es. pag. 23. Sanhed. Cocc. pag. 365. Propter[illegible]lio sunt multati, Schebh. Jeh. pag. 135. Schil. Alt. pag. 70. 2 3. Maj. nonid. ipsi imputat calamitates gentis suæ Id. pag. 268. De crucifixione etiam agit Tesch. Lamz. pag. 23. 27.* h Christiani) *Christum verum esse Messiam, Dei filium, Mundi Redemtorem contra*

Sectio XVI. De *Ecclesia*, sive *Synagoga*. Iudæi jam inde à multis seculis, etiam ante natum Christum, suorum semper privilegiorum & prærogativarum præcones, & tibicines, præ se cæteras contemserunt nationes omnes. a *Gentes*, b *Vrbem Sanctam*, c *terrámque* suam quot parasangis aliis præferunt? Quam superbes

---

Judæos evicerunt prolixis scriptis auth. Fortal. Fidei; Pugio. Fid. Galatinus; nuper Joh. Myllerus in suo Rabbinis. & recentissimè Cl. Viri Hornbeck. & Alting. Confer Schebh. Jehud. pag. 206. an θεάνθρωπος pro nobis mori potuerit, quatuor Christianorum de Messia sententias esse asserit R. Saad. pag. 15. c. 3. (i. Calculo) Ea enim V. T. loca quæ de Messia, Christianorum judicio agunt, & de Jesu Nazareno ab Apostolis explicantur, in hunc sensum admittuntur. Ita Psalm. 2. de Messia explicatur, Port. Mosaic. pag. 160. Not. Pocok. pag. 306. Confer L'emp. ad finem Alsch. pag 281.

a. Nationem) *Vide Præfat. Synagog. Buxtorf. Primit. Heidelbergens. pag. 232. unde sibi tribuunt varia miracula,* Schebh. Ieh. 411. 412: 392. *In specie cœlo elicitas pluvias,* Ib. 392. *Facultatem interpretandi somnia,* Ib. 419. 421. *Singularem Dei amorem, ut qui eos diligit etiam cùm peccant,* Cef. Mezuk. pag. 94 2. *Præ omnibus aliis ab eo electos, & à quorumvis libidine liberatos;* Id. 122. c. 4. *qui proinde non patiatur, ut quisquam illos lædat;* Id. pag. 142. c. 3. *Providum enim & vigilantem in eos Dei oculum;* Id. pag 202. 3. *Ita ut gratiam etiam inveniant coram hostibus suis.* Id pag 194. c. 1. *Arabum hinc commendant amorem;* Schebh. Ieh. pag. 5. *Soli gubernantur* θεοκρατία, Chinn. pag. 134. a. *Unde de gradibus Israelitarum, & reliquarum Gentium;* Akid Iizh pag. 180. c. 4. *Item de discrimine eorundem;* Abarb. *in Dan. pag. 5. & 6. 2. imò Judæorum & reliquarum creaturarum,* Scheb. Ieh pag. 46. *Soli homines esse volunt. Cur præ aliis sit benedictus populus Judaicus* Akid. Iizh pag. 273. c. 4. *Plura de præstantia populi Judaici garrit* Chinn. pag. 124. b. & 130. b. b. Locum) *Quam proinde religiosè visitant;* Schebh. Ieh. pag. 411. *magnam æstimatam à Christianis & Muhammedanis Ib. pag. 21.* c. Terram) *Cui multum tribuunt dignitatis & præcellentiæ* Nizzach. pag. 62. 84.

superbos ubique de se concipiunt titulos? In d *christianos* (Pontificios præsertim, quorum e *dogmatibus* graviter offenduntur) contra, eorum f *sacra*, g *templa*, h *Libros*, i *Sacramenta*, k *Sanctos ordines*, l *politiam*, m *studia*, convitiorum omnia plena. Quibus tamen alibi colorem m *inducunt*; alibi meritò n *offenduntur*. *Karræos* apertè n *damnant* & rejiciunt. Samaritanis o *insultant*; p *Muhammedanos* clàm potius, quàm palàm traducunt. Gratiam Dei

---

In qua Deus domicilium suum elegit, cujus etiam incolæ remissionem peccatorum consequantur, Ces. Mezuk. S. 89. *Cujus proinde repetendæ magno feruntur desiderio*; Schebh. Ieh. p. 270. Christianos *Quos nominibus onerant probrosis*; *Vide* Thes. Philol. p. 49. *negant iis datam legem* Schebh. Ieh. p. 41. *Quo animo in eos sint. Vide Not.* Haxspan. *pag. 275. ad 282. & pag. 292.* Maimonid. *Av. Zar. c. 20. Schebh. p. 48. 27. cur verò de Christianis ita sentiant*; Id. pag 454. e Dogmatibus) *De qua re infra, loco de Academiis, & studio Theologico.* f. Ritus) *Crucem vocant* stamen & subtegmen, *Buxtorf. Abb. p. 199. Nizzach. 27. 35.* g Templa) *Quæ vocant* Domos fatuitatis, loca secreta, domos turpitudinis, irrisionis, *domicilia immunda*; *de quibus Lex. Talm. p. 1080. Præfat. Synagog. Jud.* h. Libros) *ut Evangelium: Vide* Tesch. Lamz. 32. Thes. Philolog pag 511. i. Sacramenta) *Sic baptismum vocant aquas fœtidas: contra baptismum agit Tesch. Lamza. pag. 24. 26. 29. 34.* aquas superbas; *vinum Missæ*, vinum libaminis; *qua voce omne vinum Idolis libatum dicitur, cujus gustus fustigatione eluendus. vide* El. Tisb. *lit.* ג. Panem S. c. Panem immundum; pollutum, *quem significatum emollit* Nizzach. *Alias Venenosus dicitur*, Fortal. *fid. l. 3. p. 120. Unde nec bibunt vinum Christianum* Schebh. pag. 34. 82. k Sanctos) *Quos* קדשים profanos *appellant.* k Ordines) *Contra Monachos & Anachoretas ex professo agunt*; Saad pag. 45. c. 1. l Politiam) *Quam regnum Edomitarum vocare solent: Vide de hac nomenclatura* Thes. Philol. pag 50. *prolixius Abarb. ad finem Cosri Edit. Buxtorfianæ* m Studia) *Scholas eorum ignominiosè appellant* בתי אבירן Domos perditionis; *quamvis ut emolliant aliis, nomen proprium esse velint: Lexic. Talm. p. 8.* m. Inducunt) *Vide Schebh. Jeh. p. 144. 145.* n offenduntur) *Profanatione diei Solis Schebh. pag. 63.* n. Damnant) *Seld. Syn. P. 3. pag. 335.* o *Præsertim ob controversiam de Templo, illis*

Dei, vocationemque ad Communionem Ecclesiæ suæ, exclusis cæteris Gentibus, *Synagogæ* q *alligant*. De suis proselytis, quos in *duas* r *classes* Proselytos justitiæ & incolatûs, distinguunt, multa crepant; s *Reges*, Principes, Philosophos iis (ubi tamen notandum, negare eos, t *Mosen* quemquam, aut Iosuam ad recipienda sacra sua, modò in Noachidarum præcepta consenserint, adegisse; u *domi* aliâs suæ famulum ultra 12. dies non ausi fuerunt detinere, nisi admittendi per circumcisionem & baptismum Iudaismi spem fecerit) annumerant. Ipsi inter se vel ratione x *climatum Mundi*, vel diversitate non y *rituum* modò, sed dogmatum, divisi, Iudaismum ad z *pertinaciam* usque a *commentis* suis defendunt. Vtut autem multa de b *defensa* contra quoslibet

pro Garizim, his pro Hierosolymis certantibus. Vid. Iuchas. 138. b. & Exerc. Anti Morin. *Seld. Syn. 3. pag. 292.* p. Muhammedanos) *Quos* Ismaelitas & Kedarenos *appellant. Hist. Orient. pag. 7. Thes. Phil. pag. 63. quibusq; Judæi sunt exosi; Schebh. Jeh, pag. 136. alias amplitudinem Imperii & successus exaggerant.* Schebh. 402. 407. q. Synagogæ alligant) *Qua de re nonnulla* Primit. Heidelbergens. pag. 233. Thes. Philol. pag. 7. r. Duas classes) *Vide Thes. Phil. pag. 17. Plura* Chinn. 28. 2. 169. *ubi de proselytis in genere, pag. 124. de inquilino. De discrimine inter Justit. & inquilin.* Akid. Iizh. *pag. 78. a.* s Reges) De Helena *vide Meor-En. pag. 164.* R. Aquiba *Juchas. pag. 34. a.* R. Mejr. *Ib. 41. a.* Monachi *Judæi mentionem facit Schebh. Jeh. pag. 142. De* Antonino, *Juch. pag. 45. a.* t. Mosen) *Vide Schebh. Jeh. p. 96.* u. Domi) *Hoc axioma extat in Chinn. pag. 96.* b. x. Climatum) *Unde alii Græci, alii Babylonici* Thes. Philol. 20. *Alii Hispani, alii Itali, odio in se mutuo flagrantes, Schebh. Ieh. pag. 328. prout neque inter Hispan. & Germanos satis bene convenit, quòd aliis alii antiquitatis in Iudaismo palmam dubiam faciant. Hispani enim Davidis posteros se jactant: Schebh. pag. 39. Gothos ex tribu Gad derivant, Ib. 40. & se Hierosolymis translatos dicunt pag. 316.* y Rituum) *unde diversa non modò habent Minhagim; sed & in apertas dogmatum abeunt* διχοστασίας; *Unde Pharisæi, Sadducæi, &c. de quibus supra.* z Pertinacia) *Vide exemplum in Schebh. Ieh. pag. 324. Imò si vel maximè a Christianismum transierint, clàm retinent Iudaismum*, Ib. pag. 367. *Confer p. 54. Conqueruntur enim, se cogi transire ad Christianos* Ib. 224. *unde nomen* Coactorum. a Commentis) *Quale recenset author* Tesch.

bet fide Iudaica, e *favore* Principum & Regum (d *papas. Episcopos* & Clerum suum Roma excusset) hinc inde splendidè mentiantur, inficiari tamen non possunt: Synagogæ suæ, e *accessione* multorum ad Christianismum decessisse multum; f *calamitates* (g *colloquia* honori duxerunt) h *exilia*, clades, i *sup-*

Lamz.pag.47. b Defensa) *Hic enim scopus fuit scripti. Schebh. Jeh. colloquiorum præsertim pro Religione Judaica susceptorum: de quibus infra.* c. Favore) *De quo idem author passim, & nos hinc inde in Histor. Eccles. Sect. de Judaij.* d. Papas & Episcopos) *Episcopi innocentia eorum testimonium perhibent,* Schebh.Iehud.pag.159. *De Epistola Pontificis Schalsch.113. 2. Schebh. Jeh.pag.289. Cleri etiam pro se intercessionem jactant, Schebh.pag.104. Unde Pontificem laudant; Schebh.pag.124. ut qui eos liberaliter excipit Ib.229. eos defendit ceu Legis observatores 270. Confer 457.463.* e Accessione ad Christianismum) *Qua de re hinc inde in Hist. Eccl. in specie* Lyranus, *Schebh. Jeh. pag. 62.* Hieronymus de S. fide *Id. pag. 225. De* Hispaliensibus *Vide Ib.313. De* aliis, *pag.108.141.147.* f. Calamitates) *Quas majori sibi quàm aliis Gentibus tribuunt numero, Ces. Mezuk. pag. 227. c.2. Cujus rei varias enarrat rationes Schebh. Jeh. pag 50. & 339. Prolixè eas describit Abarb. ad c. 26. Lev. v. 14. Fame premuntur Fessæ & alibi Schebh. p. 341.326.317. Damnantur in Insulas, p.332.* g Colloquia) *Qualia in Schebh. Jehuda hinc inde prolixa; pag.259. 389.* h Exilia & clades) *Quas prolixè describit auth. lib.* Schalsch. Hakkabb. *pag. 109. tempore Raf. Iuda; Raf Joseph Ib. & pag. 110. R. Maimonid. p.111. 113. Superiori seculo pag. 116. Prolixius* Schebh. *qui ordine eas enumerat.* Abarb *tum in Lev. tum in pecul. tract. Jemoth Olam; de quo disput. de Melchis. In* specie *Castiliense & Siculum commemorat Comment. in Dan. pag.5.c.3. De persecutione Nebucadnezaris* Schebh.Iehud.pag.67. *Sanballati, Titi, pag.74, Castella. pag. 98 [illegible]. Manetis Ib. & 111. Pontificia 123. Hispanica 128. Anglica 139. 140. Gallica 142.147.148. Asiatica & Europæa 162. Granatensi 218. Romana 224. AEgyptiaca 405. Germanica 316. Communi in Asia & Europa pag.162. aliis, p. 213.214.224.308.318.417.*

i *supplicia*, k *interdicta*, l *edicta*, m *Monachorum* potissimum impulsu extorta, attrivisse: n *vindictam* contra persecutores divinam, o *excusationes*, quibus tum diuturnitatem exilii elevare, tum ab impactis sceleribus se p *purgare* student, majori conatu, quàm successu, obtendunt; Et ut conversionem ad Christianis-

---

i. Supplicia) *Torturæ*; Schebh. Iehuda pag. 137. 159 160. Αυτοφονίαν, *sæpè enim, vel sibi in mare se præcipitando* Iuchas. pag. 161. b. *vel aliis violentas intulerunt manus*, Schebh. pag. 228. 415. *Et hoc casu* αὐτοφονίαν *defenderunt*, *Juchas. pag.* 47. *unde tot martyres tam privatos Schalsch. p.* 113. *quàm publicos* (*cujusmodi sunt* Occisi Regni, *de quibus Lexic. Talmud. pag.* 629. *Hist. Eccles. Sec.* 2. *pag.* 69. Schalsch. pag. 30. Iuchas. 34. & 37.) *jactant*. i. Interdicta) *De non legenda Scriptura Sacra*, Iuch. pag. 77. *aut non retinendis libris Talmudicis*, Primit. Heidelbergens. pag 54. l Edicta) *Qualia sunt, ut ad coriariorum damnentur sordida artificia*, Schebh. Iehuda 116. *Nota characteristica ab aliis distinguuntur*, Id. pag. 413. 414 415. 417. *Vide etiam p.* 108 315. m. Monachorum) *Imò totius Cleri canentis Classicum per miracula*, Schebh. Ieh. p. 334. *Indulgentias*, 335. n Vindictam) *Quam plenis buccis deprædicant, ut de Tito musca enecto*, Meor En. pag. 79. *de Monachis in crucem actis, alióve modo graviter mulctatis* Schebh. pag 223. *De aliis persecutorum pœnis*, Schebh. Ieh. pag 5. 6. 107. 110. 149. 138. 271. 311. o. Excusationes) *Unde objectiones diluere conantur de diuturnitate exilii* Akid. Iizh pag. 29. Nizzach. 134 97. 129. 187. 174. Chinn pag 13. *Fatentur, quæstionem de termino exilii esse periculosam* Abarb. *in Dan. pag.* 11. *Quærunt an ex persecutionibus sequatur, Dei in Israëlitas odium*, Schebh. 283. *Hodiernum Judæorum statum mortuo conferunt*; Tesch Lamzaj. pag. ult. p Purgare) *ut cum accusantur cædium*, Schebh. Ieh pag. 91. 97. 98. 127. *cum dicuntur celebrare Pascha cum sanguine Christiano*; *Id. pag.* 18. *aut simpliciter edere sanguinem Christianum*; Schebh. pag 24 25. 32. *cùm unius flagitium unitati imputatur Ib. pag.* 86. *cum accusantur infanticidii circa Pascha Id. pag.* 130. *adulterata moneta, pag.* 133. *Fontium corruptorum, pag.* 151. *Infanticidiorum, quod eis crimen sæpe objicitur, pag.* 112. *unde queruntur sibi injuriam fieri* Schebh. pag. 78. *ipsis*

stianismum, quam optimi quique sperant, q *rident* & rejiciunt; ita nullis sunt r *infensiores*, quàm qui è castris eorum ad nos transeunt, ne s *cælum* quidem cum iis commune optantes.

Sectio XVII. De extremis, *morte, Fine Mundi, ultimo judicio, vita & morte æterna.* Mortem Iudæi geminam agnoscunt a *moralem*, & b *naturalem*, & hanc iterum in ordinariam & extraordinariam distinguunt; quæ posterior c *violenta* aliâs appellari solet. Sanctis mortem d *osculi* tribuunt. Contra e *mortis* f *horrorem* præcepta præscribunt; Piorum obitum g *portentosum* agnoscunt; Ad antecedentia referunt morbos varios, fidelibus quosdam h *proprios*, i *pestem* etiam, k *visitationem* ægrotorum. Ad Consequentia verò funeris dedu-

Mm 2 ctionem

---

fatentibus Christianis pag.38. q. Rident) *Vide Tesch.Lamz.pag.31. Loca de conversione intelligi vult de eorundem in terram Canaan restitutione.* r. Infensiores) *unde ignominiosa illa nomina, & anathemata, de quibus* Thes pag.14. s Cælum) *Locus manifestus,* Schebh. Iehud. pag.299.

a. Moralem) *De qua axioma.* Quid faciet homo, ut vivat? Occidet, mortificabit se ipsum? *Tamid.fol.32.Nempe, prout quatuor agnoscunt vitæ species*; Hakspan. *ad Nizzach.p.458.* b Naturalem) *Ipsi Heb.* מיתה טבעית *appellant.* c Violenta) *Heb.* Mittàh Meschunnàh; *alia, alterata, repetita mors. Si immediatè à Deo sit immissa,* θήλατος *vocatur* Mittah bide Schamaim; *Maimonid. Vorst. pag.126. Plerisque* Cereth. d Osculi) *Vide Lexic. Talmud. R.* נשק More Hannev. *P.3.c.51. Sic obiisse volunt Mosen. Pii dicuntur aliâs* obdormire, *Schebh.pag.294.* e Mortis) *Vide Zer. Haja.p.13.* f Horrorem) *Tristari hominem ob mortem, etsi sciat in meliorem locum transferri, Alb.l.4.c.32.* g Portentosum) *Ces.Mezuk.pag.118. Confer Akid. Iizh. pag.273. b.* h. Proprios) *Quales definiunt cruciatus ventris, de quibus Canon Juchas.pag.47. a.* i Pestem) *Hac infectos Judæos, habet Schebh.Jeh.pag.322.323.* k Visitationem) *Seriò Judæis commendatam*: Lex.Talmud. *pag.2140. Hakspan.ad Nizzach. pag.441. Adituri autem ægrotos dicere solebant*; Deus misericors recordetur tui ad pacem; *Floril.pag.198. ubi plura de morbis & ægrotis; ut pag.199. de morte & mortuis.* l Deductionem) *Hac deductio ad sepulchrum*

ctionem m *sepulturam*, quam in terra n *sancta* magni faciunt, o *Epulum* ferale, p *Epitaphia*, q *luctum*, vermium r *corrosionem*, animarum in sepulchro s *moram*; sepulchri t *percussionem*, mortuorum u *devolutionem*, peccatorum per x *mortem*, y *violentam* cumprimis, expiationem. Finem mundi fore, cùm

---

inter charitatis officia refertur. Vide Seph. Mitz. Kat. *p. 15. Schulch. Ar. pag. 15. S. 72.* Synagog Iudaic. pag 431. *De exequiis Majmonid. vide Schebh. pag. 410. De præsentia mulierum in funere, Cocc. 177.* m Sepulturam) *De qua Synag. l. c. Jud. Minhag. pag. 67. Ejus necessitate Akid. Iizh. pag. 55. Propter eam negotia templi suspendi potuerunt Mitz. Kat. Ib. b. Præceptum de sepultura, Sanhed. Cocc. p. 256. sepultura mortuorum præcepti. Vide Lexic. Talmud. R.* מות *Gej. Chinn. pag. 202.* n Sancta) *Cosri. pag. 13. b. Cun. de Rep. Heb. p. 55.* o Epulum) *De quo Sanhed. Cocc. pag. 22. Hieron. l. 1. pag. 72.* p Epitaphia) *De quibus consuli potest Pocock. ad Port. Mos. pag. 75. Gejer. l. c. ubi, &* Men. l. 2. Nisch. Chaj. *de universa hac materia ex professo agitur, & Tractat. nost. de Cippis Hebræ. Lexic. Talmud. pag. 971.* q. Luctum) *De quo Gejer. l. c. Lex. Talmud R.* ספר *Cocc. p. 51.* Men. 2. 29. r. Corrosionem) *Quæ vermium pœna dicitur; Nizz. pag. 164. 165. ubi etiam quæritur, an cum sensu sit conjuncta. Men. l. 2. 24.* s. Mora) *Quamdiu anima in sepulchro maneat, vid. Schebh. Jeh. pag. 293. Additur alicubi anima, vid. Nizzach. 49. & Iuchas. p. 140.* a. *de Essenorum sententia Schalsch. p. 55. 77.* b. t Percussionem) *Heb.* Chibbut Hakkæber; *de qua El. Tisb. Synagog. Judaic. pag. 437. Parabolicè explicant, Nizzach. pag. 166. Vid. sup. Cruciatus intelligunt, quibus afficiuntur ab Angelis.* u Devolutionem) *Dicitur;* Gilgal. Hammetim; *vel* Gilgal Hammechilloth. *Somniant enim Judæi, neminem resurrecturum, nisi per hanc devolutionem subterraneam deferatur in terram sanctam. Sed & hic allegoriam agnoscunt; Hakspan. ad Nizzach. pag. 351. Lexic. Talmud. p. 768. Alb. l. 4. c. 28. Saad. pag. 32. c. 2. Synagog. Judaic. pag. 26. 27.* x Per mortem) *Unde ægroti precantur, ut sit* מיחתם כפרתם *Chinn. pag. 137. Synagog. Judaic. pag. 428. Nizzach. 58.* y. Violentam) *Ita Nizzach. pag. 165. p. 46.*

cùm animarum nihil amplius z *supererit*; *ultimum* a *judicium*, adeóque retributionis (de qua, b *multus* apud Hebræos sermo) certum quidem, nulli tamen c *mortali* notum, destinatum esse diem. De mortuorum resurrectione obvia ubique Hebræorum judicia. Articuli hujus d *necessitatem* e *rationibus* tum ex f *veritate*, tum g *Iustitia Dei* probant, h *similibus* illustrant, i *signis* excitant. Causam efficientem admittunt quidem Deum; negant tamen resuscitationem à mortuis opus esse k *solius* Dei proprium; Materiam alii l *universalem*, alii particularem, alii m *omnes*, *pios* & impios, alii n *pios* tantùm agnoscunt. o *Nudi* verò an vestiti surrecturi sint, disceptatur inter illos. De vita p *æterna*

in specie hunc tribuit effectum τῷ כרת z Superesset) *Saad. pag. 33. c. 4.* a Vltimum judicium) *De homine judicando post hanc vitam vid. Nizzach. pag. 45.* b Multus) *De remuneratione enim bonorum & malorum post hanc vitam agit Nizzach. p. 45. De ratione præmii & pœnæ æternæ. Saad. p. 41. ex Sc. & Rabbinis eam probat; p. 42. c. 1. 2. Ib. decem de hoc themate ventilantur quæstiones. De septem gradibus pœnæ & præmii. Id. pag. 43. c. 2. Alb. l. 4. c. 28.* c Nulli mortali) *Ita Nizz. pag. 146. Sic Akid. Iizh. pag. 183. c. 2. Omnibus penè constare de judicio futuro, de die tantum dissentire.* d Necessitatem) *De qua Alb. l. 4. c. 35.* e Rationibus) *R. Saad pag. 33. Resurrectionem ex Scriptura probat; Natura, ratione, & Traditione; loca etiam Sc. quæ in alienum rapiuntur sensum, vindicat. Ib. Iuchas. pag. 13. tribuitur cuidam Gebihæ argumentum: Facilius, ex materia præexistente, quàm nihilo, esse aliquid formare.* f Veritate) *Verbi Dei; Nam dogma Scripturæ esse, ipsi concedunt Judæi. Men. l. 1. 25. Fasc. Disputat. pag. 10. adde Saad. pag. 41. c. 1. Abrahamo retributio assignatur verbis: Et credidit &c. Akid. Iizh. pag. 43.* a. *Chinn. p. 227.* b. *Sanhed. 305. 306.* g Iustitia) *Misericordiâ subsistere Mundum, sed Justitiâ excitari mortuos, habet Ces. Mezuk pag. 13. c. 3.* h Similibus) *Vitriarii, limacis, &c. Disput. Fascic. pag. 7.* i Signis) *Hunc enim usum fuisse volunt inflati cornu tempore Paschatis; Schebh. Jehuda p. 346.* k Solius Dei) *Schebh. Jeh. pag. 392. Extenuat etiam articuli mysterium Hab. suo de quo Fascicul. Disputat. p. 24.* l Vniversalem) *Qua de re Alb. l. 4. c. 35.* m Omnes) *Fascic. Disput. p. 34.* n Pios) *Ib. p. 40. Port. Mos. p. 157.* o Nudi) *Port. Mos. 137.* Cocc. 309. p Vita æterna

valdè q *confusè* loquuntur; qui saniores sunt, fatentur inter præsentes & futuras delicias nullam esse r *proportionem*; nec s *cibo* nec potui in vita æterna esse locum, rationem futuri seculi mortales non posse t *assequi*. Fundamentum tamen retributionis æternæ in Prophetica V.T. extare Scriptura; u *negant* x *quidam*: æternæ vitæ dari y *gradus*. Mortem post hanc vitam z *secundam*, quam nomine a *Excidii* & b *Geennæ* aliâs exprimunt, c *multis* superesse; & quamvis de d *duratione* & e *supplicorum* varietate variæ sint sententiæ;

AEternam enim gaudij fore fruitionem luculenter docent Nizzach-pag.184. q Confusè). *Ceu patet ex Alb.lib.4.c.28. quatuor affert diversas, de* עונש ושכר *sententias; Port. Mosaic.pag. 134. &c. quinque. Alii præmii retributionem planè negant; alii corporalem tantùm admittunt; alii spiritualem; alii utramque; quam & Alb. probat.* r Proportionem) *Port. Mosaic.pag.151.* s Assequi) *Nullum posse hominem; Ib.156. & Hilch. Tesch.c.8.* t Cibo) *Id.pag.153. Hil. Tesch.c.8. Nizzach.pag.33.48.50.* u Negant) *Nolunt enim Rabbini quidam, Prophetas vitæ æternæ meminisse*; Port. Mosaic. pag.155. x Quidam) *Aliis enim contrarium placet; Alb. l.4.c.40.41.* y. Gradus) *Nizzach.pag.47. Alb.l.4.c.34. De excellentia justorum in altera vita vid.Ces.Mez.p.5. & p.15.c.4. Gradus colligunt ex diversitate Sanctificationis Chinn. pag.119. In Schalsch.p.91.* a *septem loca seu gradus numerantur.* z Secundam) *Ita enim & Hebræi vocant: Lex.Talmud, R.* מות a Excidii) *Vide Port.pag.164. Men.l.14. illi tamen hoc nomine corporis & animæ* ἀφανισμὸν *intelligunt, quæ sententia Majm. Tesch. c. 8.* b Geennæ) *De qua Men. l. 1.12. Nizz. pag.48.49.50. ubi de loco Geennæ infra terram; Talmudistas multa de ea referre; quod Majmonid. negat. Port. Mos.157. ubi varias de ea proponit sententias. Schalsch.p.90.91. Saad.42.c.1.2.* c Multis) *De quibus Port.Mosaic. p.133. Sanhed.c.11.51. Omnes Israelitas salvatum iri docent. Synagog. Judaic.pag.20. Coch. 83.* d Duratione) *Quam quidam duodecim mensium spatio terminant: Nizzach.p. 46, Rabb. Myll.pag.798.* e Suppliciis) *Cujusmodi numerant septem Schalsch.p.85.* a. *pro numero septem receptaculorum, Lexic. Talmud.*

tiæ; f *æternam* tamen futuram doctiores concedunt. Nonnunquam g *purgatorium* & limbum apertè aggrediuntur; alibi tamen incautè de h *figmentis* illis loquuntur. Incerta etiam valdè sunt, quæ de i *Paradiso*, & seculo k *animarum* differunt. Certiora de *sinu* l *Abrahæ*.

Sectio XVIII. Appendix de *Idololatria* & *Magia*. Hactenus de dogmatibus Iudæorum κατ θέσιν, κατ' ἀντίθεσιν omnia percurrere longum foret. Duo generaliter opponunt Veræ Theologiæ, Idololatriam & Magiam; illam Theologiæ revelatæ, hanc a *Naturali*. De illius b *origine*, c *speciebus* distinctione d *imaginum*, suppliciis vel singularum, e *personarum*, vel integrarum f *urbium* g *utensilibus*, Idololatrarum, h κρησφυγέτοις in genere; de i *vituli* fabrica, singularum.

---

231. f Æternam) *Cujus rationem hinc inde reddunt; Alb. l. 4. c. 37. c. 38, solvit objectionem, quasi ita nemo posset servari, cum omnes sint peccatores. Non combustum iri damnatorum corpora, Nizz. 166.* Men. l. 1. 13. g Purgatorium) *De limbo & purgatorio agitur in Schalsch. pag. 91. Contra limbum in specie Nizz. pag. 10. 25. 120. 127. Menasse, Creat. 83. & anim. immort. 1. 2. cap. 23.* h Figmentis) Modò *enim preces concipiunt, quibus liberationem obtineri contendunt, Synagog. pag. 433. 434. Men. 2. 27.* Modò *locum purgatorio Græco non absimilem tradunt; Nizzach. pag. 145. Sanhed. Coch. pag. 90.* i Paradiso) Hortum Edenis *vocant, de quo Sanhed. Cocc. 385. Nizzach. 48. 50. Schalsch. pag. 91. Anal. P. II. pag. 30. Men. 1. 10.* k Animarum) *Vocant* עולם נשמות *De quo Nizz. pag. 31. 32. 33. Anal. II. pag. 32.* l Abrahæ) *Excipi enim sinu Abrahæ, est recipi in beatas sedes. Anal. P. I. pag. 227. Angelorum Ministerio,* Men. II. 21.

a Naturali) *Naturæ enim vel eversionem, vel inversionem esse, monent Hebræi. Jus Hebr.* b origine) *De qua Primit. Heidelbergens. pag. 383. R. Alb. l. 4. c. 16. Schalsch. pag. 94.* c Speciebus) *Anal. P. I. pag. 210. Alb. l. 4. c. 18. Nizzach. pag. 39. tres species ponit.* d Imaginum) *Alias enim licitas censent alias illicitas; Schebh. Jehuda p. 367. Nizzach pag. 44.* e Personarum) *Idololatræ non parcendum Chinn. pag. 166.* f Vrbium) *Tales,* נדחות *appellatæ, erant comburendæ Ib. p. 179.* g Vtensilibus) *Horum usus interdicebatur. Id. p. 172.* h Κρησ-

gularumque k *Gentium* Idolis, cultu Solis, &c. Causis cur Deus Idololatriam hactenus l *permiserit* rigido non cultus tantùm, sed & m *fabricæ* interdicto; convitio, *extra* n *terram* Sanctam Idololatria omnia esse infecta, multa extant. o *Pontificiorum* præsertim Idololatriam hinc inde taxant, eaque non leviter p *offenduntur*. De q *Magia* etiam, variis ejus r *definitionibus*, s *speciebus* t *nominibus*, u *subsidiis*, x *vocibus*, y *sententiis*, z *incertitudine*, Magiæ, utriusque sexus, (a *Ianne* præsertim & Iambre, qui Mosi restiterunt, & Pythonissa b *Saulis*, c *aliisq;*) Magistris, de d *pœnis* divina lege infligendis: sunt prolixi.

Cap. V.

Φυγέτοις) *Pontificiorum excusationibus similibus, Primit. Heidelbergens pag.384. Nizzach.39.* i Vituli) *De quo Nizzach. pag. 44. 45. Ejus occasione & causa, Akid. Iizh. pag. 142.* k Gentium) *Qua de re ex professo. Primit. Heidelbergens pag. 382. &c.* l Permiserit) *Nizz. p. 143.* m Fabrica) *Nizz. p. 39. Jus Heb. p. 41.* n Extra terram) *Nizzach. pag. 62.* o Pontificiorum) *quem modò expressè taxant; modò implicitè, ut cùm prohibentur colere Deum* על אבן משכית *i. e. picto lapide, specie cultus, quæ Pontificiis planè convenit. Chinn. 131.* p offenduntur.) *Vide Thesaur. pag.* 10. *Hodeget. P.* 3. *pag.* 100. q Magia) *Quod ipsum vocabulum Persicum est, Hexaëm. p. ult.* Definitionibus) *Quarum aliquot suppeditat Schalsch. p. 84.* a. s Speciebus) *Ut Magus, augur, Hariolus, Pytho, de quibus Jus Heb. p.* 394. *Chinn. p.* 198. 199. *Men.* 3. *c.* 19. 20. 26. t Nominibus) *De quibus Thesaur. Philolog. pag.* 58. *Nizzach.* 59. u Subsidiis) *Ut sunt* a. *amuleta, de quibus Majmonid. P. I. c.* 61. *pag.* 118. *El. definit*; כתיבה מעומה על קלף שנושאין בצואר לרפואה b. *Kabbala, præsertim practica* x Vocibus) *Quales sunt Schabriri, Kande, Muliun, Bukjun, &c. Buxt. Lex. Talm.* 275. 23. 45. y Sententiis) *Ita in Schimmusch Tehill. omnia applicantur usibus Magicis. Men.* 3. 25. z Incertitudine) *Nihil enim in hac haberi posse certi,* Schebh pag. 399. a Ianne) *Vide Nizz. p. 45. Primit. Heidelb. pag. 96. Confer R. Saad. pag.* 21. *c.* 4. b. Saulis) *De qua Akid. Iizh. pag.* 179. b *Menass. de Anim. immortal. l.* 3. *c.* 24. 30. 71. c Aliisque) Id. d Pœnis) *Ius Heb.* 394.

CAPUT. V.

De Regimine Templi, Synagogarum, & Academiarum.

SECT. I. De Regimine Ecclesiastico, Ministris Synagogæ, Sacerdotibus, Levitis, eorúmque Successoribus & reditibus. Hactenus de *dogmatibus*; *regimen* succedit, quod pro ratione temporis inter Iudæos, fuit varium. Ante Legem in familiis Patriarcharum sacrorum cura a *primogenitis* potissimum convenit. Postea, sub Mose, & deinceps, ad Christum, Ministri alii ordinarii erant, alii extraordinarii. In illorum ordine præcedit Sacerdos, qui vel b *supremus* fuit, cui c *Vicarius* suus; vel subordinatus; qui & d *Vulgaris*, ex quorum numero e *Castrensis*: Postea f *Subvicarius* etiam accessit. Numerus sub-

Nn ordi-

a. Primogenitis) *unde Canon:* עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות Vsque dum evectum erat tabernaculum, permissa erant excelsa, & ministerium penes primogenituram. *Confer Vit. Patriarch. in* Smeg. Orient. b Supremus) *Vulgò* Cohen gadol; *Sacerdos magnus. De quorum ordine* Meor En. p. 107. 108. a. *Seld. Succ. c. 1. 56.* c Vicarius) *Vulgò* ממונה præfectus; *Lex. Talmud. Cun. 241. 242. &* סגן *Segen, ut* El. *scribit, suffraganeus; qui & aut* כהן גדול אחר *vel* כהן משנה, כהן אחר, Sacerdos secundarius, Sacerdos alius, & Sacerdos magnus alius. *Vide* Seld. *de Success. l. 2. 1.* Lex. Talm. pag. 1435. 1436. Iuchas. pag. 57. Sanhed. Cocc. 22. Cun. Rep. 200. *Jam vocatur Segen, cui munus complicandi libri Legis incumbit, Synagog. Judaic. pag. 219.* d Vulgaris) *Heb.* כהן הדיוט *Vide* El. Tisb. *Lex. Talmud. pag. 1017. Aliud tamen est* כהן עם הארץ Sacerdos jurium imperitus, *plebejus*; *Sanhed. 305. coll. 308.* e Castrensis) *Heb. vocant vel* Sacerdotem unctum: *vel* unctum belli: *Lexic. Talmud. pag. 1017.* Fag. *ad Deut. 20. 2.* Cun. *de Rep. pag. 281. His solenni unctione præmissa, castra sequi debebat; cujus etiam dignitas propria erat, non hæreditaria, Id. 203. Oleum postea unctionis periit* Cun. 207. f Subvicarius) Catholicus *dictus: Erant autem duo, qui ministrabant Summi Pontificis Vicario, i. e. Segeno, præstabántque ipsi id, quod ipse præstabat*

ordinatorum per certas g *stationes* sua habuit incrementa, ut *modò* h *plures* fuerint, modò pauciores. Ille, ab istis, & i *Vestimentis* (quamvis & inter hos essent k *vestitu deficientes*) & aliis differebat l *proprietatibus*. Ille, ut multum in *decisione* m *controversiarum* ei fuerit delatum, adeò tamen erroris immunis non fuit, ut etiam n *hæreseos* accusari & o *damnari* à Synedrio potuerit. Reliqui officio p *paulatim* Sacerdotali assuescebant; De q *electione*, r *unctione* s *officio*,

---

Summo Pontifici; Maim. P. 3. c. 4. lib. Iad. g Stationes) *Heb.* מעמדיכם *ipsi Sacerdotes ita distributi* אנשי מעמד *de quibus prolixè* Selden. *de Successorib. Heb. in Pontif.* Cun pag. 209. 220 Buxtorf. Lexicon. Talmud. R. עמד *Earum præses dicebatur* ראש מעמד Chinn. pag. 192. h Modò plures) *Mosi, ceu authori, tribuunt 8. alii 17. Dantai verò* 24. Elmac. pag. 89. *Ratio illius ordinis & distributionis in* Chinn. 192. i Vestimentis) *De quibus* Seld. 2 7. Chinn. pag. 42. Lex. Talmud. R. כהן Cun. 172. Meor. En. pag. 148. 151. 152. 153 155. *Nomina & ordinem dedimus in* Iure Heb. pag. 126. *De usu & significatione vestium* Maimonid. Mor. P. 3. c. 45. k Deficientes) *Talis vocabatur* מחוסר בגדים Cun p. 177. l Proprietatibus) Seld. *Succ. 2. 1.* Magnitudinem *Sacerdotis consistere dicebant, in sapientia, in viribus, in pulchritudine, in divitiis, (pauper mox divitiis auctus* Seld Syn. 3. 105) *in annis. Legis cumprimis requiritur peritia,* Sanh. pag. 308. *De ejus dignitate, amplitudine, Sanctitate, Vid.* Seld. de Syned. P. 3. pag. 101. 102. m Decisione Controversiarum) *Vide* Matth. 27. Ioh. 11. n Hæreseos) *Unde de eo, quod quidam transiit ad Sadducæos Canon*; עלה מינות בלבבו בתורה שבעליפרי *De Johanne sive Jannæo loquitur auth.* Iuchas. p. 16. b. *Idem qui Rex & Sacerdos Pharisæos occidit. Gorionid. p. 4. Ejusdem fit mentio in* Chinn. p. 200. a. & Nizz. 89. *In Sacerdotium receptos fuisse ex Act. c. 5. 17. patet; quod à Jannæi temporibus obtinuisse videtur.* Seld. Syn. P. 3. pag. 243. 244. o Damnari à Synedrio) *Iuxta expressum Canonem* Cod. Sanhed. c. 2. pag. 19. *Limitant tamen nonnulli,* Seld. lib. c. pag. 101. *& ad causam capitalem restringitur, Id. pag. 96. Reus præcepti affirmativi vel negativi ut plebejus habebatur Id. pag. 99.* p Paulatim) *Unde* פרחי כהנים *Sacerdotes juvenes, Candidati Sacerdotii, quos definit Glossa Talmud: Quibus incipit barba progerminare, & proximi sunt fungendo Sacerdotio.* Lex. Talmud. pag. 180.

cio, selectu t *conjugii*, u *duplici* administratione, x *munere* Sacerdotum, consuli poterunt, qui de iis scripserunt, ex y *professo*. In genere monemus, illorum potissimum fuisse officium legem interpretando, sacrificando, intercedendo & benedicendo quæ inter Deum & hominem peragenda erant, administrare. Actus combustæ vaccæ rufæ, ceu minus frequentes z *diligentius* notant. Magna semper hujus ordinis, etiam in a *synedrio*, ad quam b *gravissimæ* ut

Sanhed. p. 73. 75. q Electione) *De constitutione Sacerdotum* Cun. p. 206. *Consecratione per impletionem manuum*; Drus. Quæs per Epist. p. 188. r Unctione) *De qua Ius Heb. pag. 137. Seld. l. 2. 9. de Success. Heb. in Pont. Alii* כמין כי יונית instar Chi Græcorum; *alii* כמין גם יונית instar Gamma Græcorum *factum fuisse volunt. Negant obtinuisse sub templo secundo. Id. Ib.* s Officio) *De quo hinc inde in Jure Heb. ut postea dicemus.* Cun p. 166. t Conjugii) *De conjugio Sacerdotum* Cun. pag 181. *Quænam illi prohibita* Mor. P. 3. c. 49. *Aliquando tamen de conjugali consuetudine abstinebant*; Schebh. pag. 363. u Duplici) עבודה כשרה legitima *dicta à completo Sacerdotis anno 20. altera* פסולה profana, *ante ætatis annum 13.* Seld. *Succ. pag. 19.* x Numero) *De numero Sacerdotum Ministran. Baron. appar. S. 36. de numero Sacerdotum maximorum Schalsch. pag. 25.* Seld. *Suc. 1. Meor. En-pag. 167. & pag. 87. Solutio objectionum de numero Sacerdotum sub templo secundo; iis item, qui fuerunt sub primo.* y Ex professo) *ut* Main *Jad. Chaz. de ejus benedictione, Teph. c. 14. Cur, cum solius Dei sit benedicere, fiat, Chinn. 140. b. Quomodo fiat jam, & facta sit olim. Vide ex eo quædam in* Iur. Heb. pag. 132. *Sacerdotis pallium non lacerandum; Sacerdoti coma prolixa non alenda, p. 212. quotidie sacrificium offerendum 182. Ebrio Sanctuarium non ingrediendum 216. nec laceratis vestibus, 214. nec Sanctuarium semper ingrediendum, 272. nec tempore cultus egrediendum, p. 215.* z Diligentius) *Cujusmodi duos tribuunt Johanni, Patri Mattathiæ*, Iuchas. pag. 16. b. *Quem actum celebrare etiam poterat Sacerdos Idiota*; Id. 13. *Confer pag. 20.* a Synedrio) *Nam ex quo tempore Sacerdotium ambulatorium esse cæpit, alter eorum, qui Sacerdotio functus erat, Princeps, alter Pater dicebatur Synedrii* Seld. *Succ.* 188. b Gravissi-

aliæ, sic religionis causæ referebantur, causa præsertim c *Pseudoprophetæ*, in dijudicandis item controversiis legalibus, pollutionil us cumprimis, lepra (non tamen d *omni*) fuit authoritas, quæ miserè Servatoris tempore, *quo* e *jam*, & ante, non ambulatoria modò fuit, sed & in Simoniacum aucupium conversa, corrupta. Hodie, sublato sacrificio, cessat Sacerdos. His proximi erant f *Levitæ*, Sacerdotum adjuncti, qui ipsis g *præsto erant*, tabernaculum cum Instrumentis custodiebant & deportabant. His successu temporis accesserunt h *Nethinæi*, ex Gibeonitis proselytis, Levitæ, eorumque quasi Adjuncti. Sub templo secundo, Linguæ Vernaculæ usu paulatim abolito, i *interpretes* surrexerunt Legis, ejusque, cessantibus Prophetis, ordinarii k *expositores*. Extraordinarii verò Prophetæ erant & l *Naziræi*; quorum supra jam facta est mentio. Post Christum sublatum neque Sacerdotes habent, neque *Templum*, neque Prophetas. m *Synagogæ Apostoli* (significatione tamen alia, quàm quæ apud Christianos obtinet) n *Æditui* seu Curatores, Lectores, quorum alii o *Paraschas* legebant, p *Haphtaras*;

---

mæ) *Rempublicam & Synagogam concernentes, de controversiis legalibus, anno intercalcari, Pseudoprophetis, Apostatis, excommunicandis, de rege, bello, fœderibus, vectigalibus, publicis ædificiis, Magistratibus inferioribus. Vide Maimonid. Sanhed. c. 5. Schikh. Jus Reg. pag. 9.* c Pseudoprophetæ) *Seld. Syn. P. 3 pag. 72.* d Non omnis) *Excip.* שבערלתו Chinn. pag 122 b. e Quo jam) *Histor. Ecclesiast. S. 1. S. 1. Seld. de Success. Heb. in Pontific. l. 1. c. 12.* f Levitæ) *De his Cun. pag. 217. 223. Elmac. Misc. pag. 89. Fag. ad Num. 3. 7.* g Præstò erant) *Etiam in Sacrificiis, ubi cum Sacerdotibus sonitum semper tubarum adhibuerunt*; Chinn. pag. 145. a. *De Levitis ostiariis Juchas. pag. 39. Arcam simul portabant*; *Chinn. 140. Custodiebant templum Levita, 21. Sacer. 4. locis*; *Ib. 148.* h Nethinæi) *Q. à Deo dati. Cun. pag. 225. Lexic. Talmud. 1409.* i Interpretes) *De quibus Lex. Talmud. pag. 2642. Thes. Philol pag. 280.* k Expositores) *Lex. Talmud. p. 270. 583 965. Thesaur. Philol. 73.* l Naziræi) *De quorum votis, sanctimonia, speciebus pollutionum, Chinn. pag. 142.* m Apostoli) *De quibus Munst. ad Matth. pag. 67. Heins. ad N. T. pag. 396. Casaub. cont. Baron. pag. 311.* n Æditui) *Hebraicè vocabatur* שמש Minister; חזון שלים צבור & *Curator Synagogæ q. Hierophanta à* חזה, *qui maximè precibus & cantu Ecclesiæ præit; docens modum legendi & canendi; de quo Synagog. Jud. pag. 218. Itiner. Benjamin. pag. 148. El.*

phtaras; q *otiosi precatores*, Eleemosynarum r *exactores*, s *concionatores*, qui tamen rarò satis audiuntur, t *aliique* successerunt. Reditus Ecclesiastici in Veteri Synagoga erant amplissimi. Sacerdotibus destinabantur u *Trumæ*, &

 x *decimæ*

Masor. pag. 162. Lex. Talmudic. 730. Hier. T. 1. pag. 93. b. Qualis esse debeat, Maimonid. Hil. Teph. c. 8. fin. Schulch. Ar. pag. 12. S. 59. o Parashas) *Pensa hebdomadaria Legis, ut singulis annis lex absolveretur,* Thes. Philol. pag 215. p Haphtaras) *Pensa Prophetica Ib. qui ea legit,* מפטיר *dicebatur, El. Tisb.* q Otiosi) *Heb. Batlanim; de quibus Benjamin. Itiner. 71. Hakspan. pag. 376. Lexic. Talmudic. 292. & sup. pag. 87.* r Exactores) *Heb.* גבאי צדקה *adeo exploratæ fidei, ut ratio ab illis nunquam exigeretur Ralb. 2. Reg. 12. usu* לו *Lex Talmud. pag. 375. Primit. Heidelberg. pag. 324. Chinn. 178. Juchas. de Gamzu refert, eum fuisse* גזבר עניים *quæstorem pauperum; p. 35.* s Concionatores, *Qui* דרשנים *vel* דורשי רשומות *dicuntur, quo tamen posteriori nomine quidam Masorethas intelligunt; Vid. Lex. Talmud. pag. 583. 1285.* l Aliique) *Sic distribuunt Judæi die* שמחת תורה *quædam munia, de quibus Synag. Judaic. p. 220. 377. Tale est* a. הגרהה *Elevatio, cùm liber Legis rectà sursum tollitur, & circa suggestum defertur, ut singuli Scripturam videre possint;* b. גלילה *Munus libri legis explicandi & convolvendi. Syn. Jud. 218. 221.* c עץ חיים *munus gemini ligni tornatilis, cui membranæ in quibus lex descripta est, annectuntur, prehendendi, & linteorum huc pertinentium ocyus porrigendorum, ut confestim complicetur.* d. אחרון *Munus, quo quis è cætu ultimus ad lectionem in libro Legis, diebus festis advocatur.* e. שהייה *Munus, quo quis in locum ejus qui munus suum negligit, sufficitur.* u Trumæ) *Heb.* תרומה *Est pars fructuum jam elaboratorum, tritici, musti & olei, separata ad usum Sacerdotum: quantitas Lege non est expressa. Vocabatur hæc* תרומה גדולה *Oblatio magna vide* Lexic. Talmudic. 2651. Chinn. 190. a. 151. *de authoritate præcepti extra terram sanctam, sit ne divini an Rabbinici instituti,* Chinn; 1 r5. b. טבל *ante hanc separationem dicebatur, de quo quicquam comedere piaculum fuit; Ib.* Ius Heb. pag. 98 *Si hæc oblatio, propterea vocata magna, quod de universa daretur*

x *decimæ* y *secundæ*, Hierosolymis, nisi z *luctus* obesset, edendæ, a *brachia*, maxillæ, b *anathemata*, reliquiæ *Mincharum*, ex c *primitiis* etiam & d *primogenitura* ad eos aliquid redundabat; Huc pertinet e *Challah*, ex f *certis* frumenti speciebus olim oblata, placenta, nunc ferè comburitur; g *aliaque*; quæ consecrata semel illis mutari *non* h *poterant*. Levitis certa i *assignanda* loca, k *primæ* iisdem decimæ pendendæ, quæ, (licèt aliquando l *subtractæ* illis fuerint) ut omnia, in tempore m *solvenda erant*: de n *spoliis* tamen nihil accipiebant. Disciplinæ

---

massa, Sacerdotibus cessit; tum Levitis decima solvebatur prima; de qua iterum Levitæ pendebant decimam (ut comederetur Hierosolymis Chinn. pag. 176. b: *379.) Sacerdoti, quæ* » תרומת *oblatio Domini, & decima de decima appellabatur*; Num. 18. 26. *Rabb. Oblatio de decima; Jus Heb. Lex. Talmud. l. c. De diebus, modo exigendi decimas. Chinn. 135.* x Decimæ) *Ut jam diximus. Etiam olera huic legi subjecerunt; Luc. 11. 42. Chinn. 19*. b. *Sed Rabbinico tantùm instituto Id. pag. 150.* b y Secundæ) *Chinn. 227. de iis fusè.* z Luctus) *Ib.* a Brachia) *In memoriam Zeli Pinchasi; Chinn. 189.* b. *alia ratio More P. III. c. 39.* b Anathemata) *Unde regulæ: 1.* חרם *absolutè positum debetur Sacerdoti, Chinn pag. 134. 2. Neque Levitæ neque Sacerdotes facere poterant anathema. 3. Alia sunt* שמים *Dei, alia* כהנים *Sacerdotium. 4. Extra terram Sanctam* חרמים *non sunt usitata, Chinn. Ib.* c Mincharum) *Populi nempe, Jus Heb. 181. Proprium enim totum erat comburendum Id. 194.* c Primitiis) *Jus Heb. pag. 89. Chinn. 225.* d Primogenitura) *Ib. 19.* e Challa) *De qua prolixè Chinn. pag. 146.* a f Certis) *Quinque habet Id. Ib.* g Aliaque) מתנות כהונה *Dona Sacerdotii in universum numerabantur 24. Maim. Hil. Becor. c. 1. Targ. Jonath. Deut. 18. 2.* h Non poterant) *Vide Chinn. 131.* a. *ubi & hujus instituti redditur ratio.* Assignanda) *Tria potissimum, quia sacris tantùm vacabant Chinn. pag. 128. Confer. 159. a. Chorog. Cent. Ligtf. pag. 170.* k Primæ) *Ut diximus: Chinn. 150. b. ubi multa de hac re.* l Subtractæ) *Tempore Esræ volunt Levitis, quod in tempore in urbem non ascendissent Sanctam, hanc irrogatam mulctam, ne penderentur decimæ; Juchas. p. 33. a.* m Solvenda] *Salarii enim solutionem non differendam habet Chinn. pag. 181.* n spoliis) *Nec Levitis nec Sacer-*

ſciplinæ uſus & varia, & rigidè obſervabatur, ipſa etiam excommunicatione adhibita, gradibus abſoluta o *Diſtinctis*. A functionibus cultus publici mulieres p *excludunt*.

Sectio II. De *Synagogis*. Hactenus de Miniſterio Templi; Synagogæ à templis a *Diverſæ* ſuccesſerunt, de quibus pauca notabimus. Synagogas in b *agro* quidem etiam, id eſt, ruri extruxerunt, ubicunque decem, ſedem fixiſſent Iſraëlitæ, d *eruditi* tamen, (juxta quosdam,) maximè verò in urbibus. Singulæ ſuis ſive gentes, ſive Sectæ ferè Synagogas habuerunt, vel odio, quo Hebraiſtæ tum erga ſe, e *Babylonii* erga Syros, tum erga f *Helleniſtas* flagrabant, impulſi, ſive g *morum* diverſitate, ſive neceſsitate, ex h *Dialectorum* varietate impoſita, coacti. i *Hieroſolymis* numero erant plurimæ, k *maximè* ſub templo ſe-

---

Sacerdotibus de iis ceſſit quicquam, Id. pag. 197. Decimæ autem ſolvebantur certa ratione, quæ dicebatur מצות ודוי מעשר *Id. 226.* ; Diſtinctis) *Primus* נדוי *Secundus* חרם *Tertius* שמתא *de quibus Lex. Talmud.* שמת נדה Primit. Heidelbergenſ. pag. 86. *formulam & modum adhibitum ab Eſra & Synagoga; Vide* VVal. *Joh. 9. 22. Confer Chinn. 96.* p Excludunt) *Nizzach. pag. 189.*

a. Diverſæ) *Templum enim Sacrificiis & majoribus potiſſimum deſtinatum erat ſolennitatibus; Synagogæ ordinariis conventibus, concipiendis precibus &c.* b Agro) *Olim in agro, majoris ſecuritatis ergo etiam extructas, habet Bab. Berach. Ligtf. 73. Id verò jam tempore Chriſti obtinuiſſe patet Matth. 9. 35. vid. VVal. not.* c Deum) *Juxta Canonem: Ubicunque decem ſunt Iſraëlitæ* לתפלה, *extrui debet Synagoga. Maimonid. Teph. c. 10. Vorſt. Maimonid. 59.* d Eruditi) *Vide Ligtf. Hor. Heb. 70. Ad eos enim hic reſtringit.* e Babylonii) *Ligtf. Cent. Chorog. pag. 72. Theſ. Philol. pag. 20. Unde Babylonii in Zippora habuerunt peculiarem Synagogam Ligtf. 149.* f Helleniſtas) *Unde Act. c. 6. 1. Confer Not. VVal.* g Morum) *Præſertim in Galilæos & cæteros Judæos, de cujus origine Ligtf. Cent. pag. 155. ubi de occupatione ſedium illarum poſt captivitatem, & diverſitate Dialecti, de qua etiam Cent. Theol. p. 146.* h Dialectorum) *Quarum differentiæ magno numero exprimuntur Act. 2. verſ. 9.* i Hieroſolymis) *Quidam enim 480. ibi oſtenderunt Synagogas. Lex. Talmud. pag. 156. alii 460. Ligtf. Chorog. 71. Singulæ ſuas Scholas habebant, de quibus poſt.* k Maximè) *Sub templo primo Synagogarum, quatenus pro lo-*

secundo, objectis distinctæ. l *Alexandriam* m *splendor* commendavit, frequentia n *incolarum*, ordo o *sedium*, & pauperum p *cura*. Proximi erant *Tiberienses*, quibus q *tredecim* tribuebantur Synagogæ. Post devastationem Templi secundi extorres Iudæi facti, vectigales hinc r [illegible] habere Synagogas, quas ab r *antiquitate* potissimum commendare [illegible]dent. [illegible] Præfectorum varia erant: quorum nonnulla jam s *expressimus*. Aliis committebantur t *lites* Synagogæ, quorum tres, nomine *consessus triumviralis*; Habebant & *antistitem* sive u Αρχισυνάγωγον; x *parnasim* præterea, sive y *Diaconos* & Eleemosyna-

---

loco congregationis ordinario sumuntur; rara fit mentio. Ravan. unius meminit, Psalm. 74.48. sub Antiocho. l Alexandrinorum) *De origine Judaismi ibi plantati: Fascic. Disp. 149.* m Splendor) *De quo magnifica* Succ.fol 55.1 2. *Ligtf.Hor. Heb. 30. Juchas. unde* Canon: Qui non vidit Ecclesiam Cathedralem Alexandriæ, non vidit unquam gloriam Israëlis. n Incolarum) *De qua Juchas. p 19.14. Histor. Eccles. S.12.S.3.* Sedium) Succ.l.c. Confusè non sederunt; sed una artifices, una argentarii &c. o Cura) *Ib.* Ita ut si ingrederetur peregrinus pauper, suos coartifices posset cognoscere, atque ad eos se conferre, atque inde suam alimoniam, familiæque, recipere. *Ligtf. 31.* p Tredecim) *Bab. Berach. f. 20. Ligtf.Cent.144. Ex quibus Antiqua Synagoga Serongiana.* q Hinc inde) *De Zipporensi vide Ligtf.Cent.pag.149.præsertim Benjamin. Itiner.de Synagoga* Constantinopolitana, pag.28. Ascalonensi, pag.52. Bagdadensibus *Viginti octo, 70.75.* Barcinonensi, pag.3. Bitterensi, pag.4. Selenecomensi *Lunel; unde & R. Schelomo* Iarchi *suum habet nomen*) *pag.5.6.* Massiliensi, pag.8. Resenensi, pag.85. Babylonia pag.76. Ariensi, *ubi Judæi Chaldaicè loquebantur, pag.90.* Ægyptiaca, pag 114. *Vide &* Cippos *nostros.* r Antiquitate) *Calnensem volunt ab* Esra *erectam, Itiner.pag. 60.61. in Assyria tres alias à Prophetis fundatas; pag. 62. Synagoga* Ezechielis *pag.77.78. De antiquitate* VVormatiensis *Synagogæ Epistolam habeo Judæi cujusdam ad me datam.* s Expressimus) *Vide sup.pag.127.* t Lites) *Dicebantur* כד של שלשה *judicabant de rebus pecuniariis, furtis, proselytis.* u Αρχισυνάγωγον) *Hunc eum* שליח ציבור *sive* חזן *vult eundem Ligft.* Hor.p 70. *Episcopus, Inspector, Revisor, an Lex à lectoribus rectè legeretur.* x Parnasim) *Quasi Curatores Synagogæ, qui præsunt; Politicum tamen*

mosynarios z *Interpretem* Scripturæ, præter a *Lectores*, fictitios Sacerdotes, Levitas &c. Dies conventûs Synagogici ordinariè per septimanam tres erant, b *Sabbathum*, alie; c *secundus* & quintus. Abesse à Synagoga citra d *probrum* non [illegible] & [illegible] *ces*, & præconium verbi, & Catechizatio & ζυζητήσεις amicæ instituebantur [illegible] f *eruditis*, quibus promiscuè aditus patuit. Vt autem locus g *reverenter* tractari debuit, ita nec edere in eo licuit nec nugas tractare. An & quatenus inter Christianos Synagogæ h *concedi* possint, disceptatur.

Sectio. III. De *Academiis* & *Scholis*. Synagogas proximè excipiunt Academiæ, & Scholæ, cum quibus maximam habent affinitatem. Synagogis enim proximè a *conjungi* solent Phrontisteria publica, Scholæ & Academiæ: ubi, diebus sive festis, sive profestis, sacra in Synagogis peracta fuerunt, ad b *Scholas* properatum fuit. De Academiis ergo vel Scholis strictim dicturi ita agemus, ut pateat. 1. *quæ ratio fuerit Scholastici status inter Hebræos inde ab orbe condito*; 2. *quæ gentis studia, quo ve successu ab ea tractata* 3. *quæ studiorum tractandorum subsidia, & compendia; quæ ratio, quæ methodus, quæ dignitates, axiomata, stipendia*, & si quæ his affinia sunt. Iudæi suas ab ipso c *Adamo*, d *Sethetho*, e *Ebero*, Enocho f *cumprimis*, g *Professoribus* Patriarchis Ante- & Post diluviamis

O

eorum officium, qui iidem sunt, quod apud Christianos consules Lex. Talmud. pag. 1822. *Hodie enim Primores Synagogarum ita apellari solent*; *Ligtf. l. c.* y Diaconos) *His enim eos responderi, vult Id.* x Interpretem) *Id. 72. 75.* a Lectores) *Id. 74. & sup. p. Synagog. Jud. 250.* b Sabbathum) *Primit. Heidelbergens. pag. 311. Ligtf. Hor. 73.* c Secundus) *Confer Act. 13. 42.* d Probro) *Thesaur. Philolog. pag. 16. Ligtf. 74.* e Preces) *Hæc omnia Id. pag. 75.* f Eruditis) *His promiscuè licebat dicere pro suggestu*; *reliquis non item. Id. Conf.* VVal. *ad Matth. 4. vers. 23.* g Reverenter) *Utrumque habet Maimonid. Hilch. Teph. c. 10.* h Concedi) *Vide Rabbin. Myll. pag. 1414.*

a. Conjungi) *Sic Hierosolymis unaquaque Synagoga duas habuit Scholas, Biblicam & Talmudicam*; *Vid. inf. Unde & sæpè* ציבור *vocantur &* כנסת b Ad Scholas) *Ut ex traditionibus aliquid explicaretur Ligtf. Hor. pag. 75.* c Adamo) *Vide Lex. Talmud. R.* סרגל *Smegm. pag. 211. Juchas. pag. 121.* d Sethetho) *Smegm. pag. 128.* e Ebero) *Id. 260. Histor. Orient. p. 40. Juchas. p. 4. dicitur* author Academiarum, *cujus Scholam etiam Jacob frequentârit*, Iuch. 9. *f. 1. Maim. Mor. p. 309. Lab.* f Cumprimis) *Ceu videre est Smegm. p. 239.*

vianis, accersunt h *Scholas* & Academias, quibus & Linguas Sanctæ culturam, & artium etiam tribuunt studium. Neque dubitandum, quin hoc ad perfectionem perveniendi majorem subsidium fuerit antiquissimis. Vnde verisimile est, i *urbes* quasdam peculiariter, postquam [illegible] terra Canaan, huic instituto destinatas. Doctores aluisse publicos, [illegible] ex sola tribu k *Simeon*, Prophetas postea Professores fuisse & Doctores, filios eorum Discipulos & Auditores, inter l *christianos* ipsos extra controversiam ponitur. Crescentibus sub templo secundo, dissidiis, tum occasione schismatis m *Ægyptiaci*, tum Pharisæorum, Sadducæorum, &c. & ipsorum Pharisæorum inter se, Scholæ etiam studiis distrahi cæperunt; Sectis præsertim Hilleliana & Schammeana inter Hebraistas ortis. *Ægyptiacæ* Scholæ ex Platonica institutione aliquid semper hæsit, usque adeò, ut *quidam*, n *Philo* præsertim, rerum majori, quàm Linguarum peritiâ munitus, Platonizare dicerentur. Non sacris hi tantùm; sed & profanis, seu Philosophicis literis dederunt operam, tantò, cum applausu, ut o *Alexandrinæ* Academiæ sub Græcis, Romanis, & p *Arabibus* studiorum varietate nobilissimæ fuerint. Hierosolymitanæ contra *tum in* q *assertione* Traditionum, tum in explicatione Scripturæ Exegetica & r *paraphra-*

---

g Professoribus) Enochus) *Mathematicus & Theologus Histor. Orient. pag. 85.* Abrahamus *Theologus Juch. 9.1. & Philosophus Akid. Iizh. pag. 39.c.* h Scholas) *Quas vocant* 1. ישיבות, *eas in superiorem* (Paradisum) *& inferiores distinguunt.* 2. בית המדרש 3 כרם *Lex. Talm.* 4. בית ספר 5. תרביצא *&c.* i Vrbes) *ut* Kiriath Sepher *Lex. Talmud. pag. 217. 1704. Vorst. Maimonid pag. 136.* Rama Zophim; *Vatab, & Jun. 1. Sam. 1. 1. Chro. 10. 5. Schola Huldæ 2. Reg. 22.* k Simeon) *ut volunt Judæi, Fag. Genes. 49. 7.* l Christianos) *Cent. Quæst. Theol. pag. 29.* m Ægyptiaci) *De quo Fascic. Disputat. p. 149.* n Philo) *De quo Meor. En. pag. 34. 38. 42.* o Alexandrina) *De qua, frequentia ejus & dissipatione Synagogæ Meor. En. pag. 65. 69. Juchas. 14. a.* p Arabibus) *Vid. Præfat. Maimonid. in Mor. Schebh Jehuda. pag. 318.* q Tum in assertione) *in Synagogis Hierosolymitanis 480. singulis duæ erant Scholæ:* בית ספר למקרא ובית תלמוד למשנה *Domum libri pro Scriptura, & domum libri pro Mischna, Lex. Talmud. 1056. Juchas. pag. 45. a. 160. Schebh. Jeh. pag. 318. R. Sol. Jarch. Jes. 6. 22.* r Paraphrastica) *Onkelosus enim & Jonathan non longè abfuerunt à temporibus Christi, de quibus Thes. Philol pag. 454. Fascic. Disput.*

raphrastica occupantur. Bittera numerum quidem Synagogarum s *jactavit*; Sed de studiis pauca habet. Et mirandum sanè est, de studiis eorum adeò pauca Hebræorum monumentis referre. Nempe, nato Doctore Iustitiæ, Servatore [illegible] reliquiis [illegible] autescendum omnibus erat, & ex confessione Doctorum ce[illegible] t *Botri.* Post Templi devastationem Iudæi distincti fuerunt, & dissipati. Scholæ in Palæstina per annos 300. supererant u *Tiberiensis*, x *Iafnensis* & y *Lyddensis*; in Babylonia verò z *Sorana*, a *Bagdadensis*, b *Pumbedithana*, c *Nahardeensis*, inter quas tamen notorium erat d *discrimen*. De *Palæstinorum* studiis, Grammaticis præsertim & Talmudicis abundè constat partim ex Talmude e *Hierosolymitano*, circa annum Christi trecentesimum absoluto; ex f *Tiberiensium* latè patente fama, quam tamen longiùs æquo extendunt, qui *Masorethas* g *Tiberienses* punctorum authores h *malè* statuunt. Mox verò sublatis Academiis studia ibi frigescere cæperunt; postremus eorum

 Do-

---

pag.93. f *Narrant enim 400. ibi fuisse Synagogas. Lex. Talmud.l.c.* t Botri) *Heb.* אשכלות *Viri absoluta eruditione instructi, quorum finis inter prodromos Christi referebatur.* Hist. Ecclesiast. S.1.S.1. Iuch. *pag.16. a.* u Tiberiensis) *Comm. Bux. Mas. 15. 19. Ligtf. Cent. p.44.* x Iafnensis) *Ligtfoot. Cent. Choro.31.* y Lyddensis) *Id. pag.34.* z Sorana) *De hac Lex. Talmud. pag.1452. Histor. Ecclesiastic. S.3. pag.132. & S.S.6. Disput. de Paradiso.* Iuchas. 120. Schebh. Iehuda pag. 301. 304. *interpres* Syriacam *reddit.* a Bagdadensis) *De qua Schebh. Jehuda. pag.163. plura P. II. de Scholis Arabum.* b Pumbedithana) *De hac etiam Juchas. 120. & Hist. Ecclesiast. S. 8. S.6.* c Nahardeensis) *Itin. pag.199.200. Juchas. pag.60. ubi de ejus origine post exilium Jejoiakim.* Persicarum *meminit Schebh. pag. 301.* d Discrimen) *Præsertim inter Pumbedithanam & Soranam, cujus major Majestas, & studiorum celebritas Lex. Talmud. 752.2041.1189. Hist. Eccles. S.10. pag.148.* e Hierosolymitano) *Cujus author R. Jochanan; Histor. Eccles. S.3. S.3.* f Tiberiensium) *De quibus Buxtorf.* Clav. Masoreth. *c.9. de Ant. Punct. Voc. Fil. Ejusd.* Anti Crit. *& nos in Thes. Philol. p.410.* g Masorethas Tiberienses) *Ita Capellus Arcan. Punctat. revelato, plurésque alii, qui ipsum sequuntur, Thesaur. Philolog. pag.402. author hujus sententiæ El. Levita.* h Malè) *Qua de materia prolixè Buxt. Fil. lib. de Antiquitat. Punct.* i Hillel.) *De quo Histor. Ecclesiast. S.4. S.3. Alter ab eo de quo supra p.27. qui Discipulos* מעולים *excelsos*

Doctor i *Hillel* putatur, qui & k *calculum*, constituit *Iudicum*, & l *promotionis* ritui finem imposuit. Babylonicæ Academiæ numero plures, regionis splendidiores, diuturnitate perenniores, studiis celebriores omnem ferè Disputationibus Talmudicis impenderunt operam. Quod Talmudicum, quod ceu, m *cynosuram*, Synagoga reverenter accepit. Dissipatis postea Academiis, Iudæi toto dispersi orbe, studiis tantum vacarunt, quantum vel res eorum ferebant, vel aliorum exemplum invitabat. Florentibus n *Arabum* rebus & studiis, Iudaicæ etiam literaturæ cultissima fuit facies. Vnde plures eo tempore celebres Iudæorum vixerunt, quàm quovis alio; qui omne artium & disciplinarum genus gnaviter excoluerunt. Vnde, quòd & libri eorum toto essent orbe o *dispersi*, & p *antiquitate* venerabiles, & usu præstantes, tantò sibi majorem deberi honorem arbitrantur. Et ut B. paulò propiùs ad studia eorum, promissi memores, accedamus; de studio Philosophico in r *genere* monemus, fateri Iudæos, Veteres Philosophos pleraque à suis majoribus s *hausisse*. In *specie verò*, ex quo Lingua Hebræa vernacula Iudæis esse *desiit*, inter primas semper occupationes Synagogæ, fuit; multis quæstionibus t *Philologicis* condita, & Linguæ S. valde necessaria ars u *Grammatica*. Methodus,

---

habuit So. Juch. 19. b. k Calculum) *Cipp. Heb. pag. 76. Hist. Eccles. Sec. 4. S. 3.* l Promotionis) *Sive χειροθεσίας, quæ tum ad ordinationem Judicum, tum etiam Rabbinatum antea necessaria erat. Histor. Ecclesiast. S. 4. 3.* m Cynosuram) *Ex Judæorum confessione vide sup. p. 43. Hist. Eccles. S. V. Unde tanti faciunt scientiam Talmudicam; Schebh. Jeh. pag. 422.* n Arabum) *Vide Histor. Ecclesiast. Sec. XII. S. 4. & Sec. XIII. pag. 552. Conferatur Bibl. Orient. pag. 94. ubi de scriptis Arabicis à Pharisæis, Karræis, Samaritanis, Lingua Arabica editis, ordine à nobis actum* o Dispersi) *Schebh. Jeh. pag. 284.* p Antiquitate) *Id. pag. 388.* q Præstantia) *Vide Schalsch. pag. 69. c. 1.* r Deberi) *Schebh. Jeh. pag 358.* f Hausisse) *Vide Schalsch. p. 98. & 104 Juchas. pag. 157. b. qui expressè habet, Platonem & Socratem à Prophetis institutos.* t Desiit) *Quod, quando, & quomodo factum sit; Vid. Cent. Quæst. Theologicar. pag. 149.* t Philologicis) *Quales sunt, de antiquitate Linguæ Sanctæ Meor. En. pag. 172. De Scriptura Siclorum, & Veteri Hebræa Id. pag. 171. 176. Confer Buxt. Dissert. de cad. mat. Lexic. Talm. R.* אשר *Balm. Gramm. pag. 2. De antiquitate Punctorum vocalium & accentualium; Meor. En. pag. 178. Cur hodierna Assyriaca, Schalsch. pag. 92. a. De mysteriis literarum*

thodus, termini, a x *Arabibus* magnam partem sunt mutuati. In Africa etiam & Hispania hæc præ aliis fervuerunt studia. Superiori seculo compendium quoddam Elias Levita exhibuit [illegible] rei Grammaticæ. Huc pertinent Masoretica [illegible] inter quos ben y *Nephthali*, & ben Ascher magnum acquisiverunt nomen. z Lexica, eandem ob causam, ab ipsis conscripta sunt Hebræis; vel gnara Lingua Hebraica, vel Arabica interprete. *Kimchii* & *Iannichii* hic excellunt; quorum ille adeò feliciter in hoc se exercuit campo, ut ejus postea vitula Pagninus, Mercerus, Cevallerius arârint. a *Logicæ* artes multis placuerunt, illis præsertim, qui b *Aristotelicam* Philosophandi rationem secuti, vel exemplo suo docuerunt, non omnem Philosophiam Synagogæ, contra c *Veterum* mores, illicitam. In Disputationibus tamen suis ut d *fraudulenter* sæpè egerunt, ita e *Syllogismorum* legibus adstringi noluerunt. f *Rhetorica* Orationum schemate rarò prodiit; Epistolis tamen, Dissertationibus Physicis, Ethicis, Theologicis eam Linguæ suæ ostenderunt elegantiam, Rhethoricis floculis vestitam, ut in excessu potius, quàm defectu peccâsse, videantur. Vnde & *Eloquentiæ* & g *Poeseos* laudem sibi tribuebant. *Physica* & *Metaphysica* & integris, Arabum stylo & exemplo fuit proposita h *Systematibus* & in i *Scripturæ*

Heb. Buxt. de Lit. Heb. S. 19. Huc pertinet, quæ de תגין *apicibus literarum habent, Balm. p. 3.* u Grammaticam) *Systemata magno numero exhibuimus Bibl. Orient. pag. 42.* x Arabibus) *Quod fusè probatur Smegm. Orient. pag. 209. & deinceps.* y Ben Naphthali) *De quibus Thes. Philol. pag. 402. Abb. Buxt. 54.* z Lexica) *Bibl. Orient. p. 45. ubi ordine enarrantur Lexica Biblica, Talmudica, Chaldaica, mixta, Confer pag. 95.* a Logicæ) *De quibus Bibl. Orient. pag. 47. ubi tamen alia ratio est Methodi Aristotelicæ, de qua ibi; alia Talmudicæ, in Hal. Ol.* b Aristotelicam) *Nam & hæc placere cœpit; Diu tamen inter ipsos Hebræos ea de re certatum, aliis Aristotelem defendentibus, aliis integris tractatibus eundem oppugnantibus Ib. pag. 41.* c Veterum) *Maledictus qui operam dat literaturæ Græcæ Juchas. pag. b. Examinatur hoc thema Nizzach. pag. 91. De ipso Saule referunt, quod Philosophos occiderit, Schals. 98.* d fraudulenter) *Exemplum Schebh. Jeh. pag. 250.* e Syllogismorum) *Ib. 231.* f Rhetoricæ) *Bibl. Orient. pag. 51 quod tamen studium inter eos penè exolevit.* g Eloquentiæ & Poëseos) *Vide Schebh. Jehuda, pag. 188. Bibl. Orient. p. 50.* h Systematibus) *Ib. pag. 51.* i Scripturæ) *Ib. p. 6. adde author Akid.*

pturæ Commentarios *scholastico* more, illata; Vnde & Theol gia k *Scholastica* paulatim irrepsit. l *Ethicas* sententias magno hi c inde nu ero reperias, quæ tamen publicè in Scholis Systematicè non soler c: nisi quod tastatus Talmudicus de Capitulis Patrum Ethicæ propi .. acceda. nàm alii disciplı .. *Mathematicæ* subtilitates commendatæ & m *cultæ* ab ..is : à .. urpissimo abusu dehonestatæ. Astronomia cumprimis in Astrologia n *judiciariam* degeneravit. De intercalatione, ratione festorum, totiusque Calendarii non o *pauca* reperias. *Iuris* Iudaici ea ferè ratio est, ut causæ civiles Ecclesiasticis sive Canonicis commisceantur. Hoc verò studium tantò prolixiùs & fusiùs pertractatum ab illis fuit, quantò ipsorum religio impensiùs tricas istiusmodi amat. *Medicinæ* laudem sibi hæc gens ferè peculiarem fecit : non quòd ipsi p *tanti* eam faciant: sed quod aliorum allecti exemplo viam sibi hac ratione ad q *christianorum* & r *Muhammedicorum* Principum viam straverint. Vnde ampullæ ubique & sesquipedalia de Medica peritia verba. Nec negandum est, fuisse inter illos Medicos s *celebres*: hodierni tamen Empirici plerunque sunt, à subsidiis ordinariis imparati. *Historiam* Sacram & profanam, non planè

Iizh. k Scholastica) *Loquentium de quibus hi. c inde: Vid. sup. p. 23.* l Ethicas) *Vide præter alia scripta Florilegium Buxtorf. & Lex. Talmud. hinc inde: Adagia Hebræorum Drus. Lib. Musar, &c.* m Cultæ) *Majm. commendat discipulum suum R. Josephum Præfat. More; earundem ipse cultor indefessus. Sed & plures alii hoc erant nomine clari. Talis fuit Aben Esra; plures commendat* Men. *de Anim. Immortalit. l. 3. c. 21. rarissimum exemplum Hebræi, cum Don Alphonso.* n Iudiciariam) *Genethliacam magni facere, vel ex iis constat, quæ Abarb. habet in Daniel: & Vorst. de Messia in Abarb. pag. 67.* o Pauca) *Patet ex iis quæ habet hac de re Seld. de anno Civili. &c. Munst. de Cal. Heb. nos in Cipp. Heb. pag. 77.* p Tanti) *Juxta Canonem:* טוב שברופאים לגיהנם *optimus medicorum meretur gehennam, quia multos incautè occidit, Thesaur. Philolog. 11.* q. Ad Christianorum) *Historia Ecclesiastica suppeditat exempla. Vide Sectiones de Jud. pag. 242. Quàm autem vel tutò vel rectè eorum adhibeatur opera, vide Thes. Philol. pag. 11. Rabb. Myller. pag. 1434.* r Muhammedanorum) *Sic magna polluit authoritate apud Saladinum, Majmonides. Vide Præfat. in More, Anal. P. 1. pag. Bibl. Orient. p. 39.* s Celebres) *Qualis Majmonides Anal. P. 1. pag. 300. Zacutus Lusitanus, & pauci quidam alii, qui artibus & disciplinis propædeuticis erant in-*

nè reliquisse intactum, tum ex integris patet t *Systematibus*, tum ex u *locorum* examine peculiarium. Quæ Theologiæ inter Iudæos, cujus discrimen, à Philosophia, x *similibus* illustrandi fuerit ratio, jam exposuimus. Superiori & nostro seculo paucos reperias, quidquid ipsi de se y *jactent*, qui hujus studii ullam curam habuerunt. Vnus erat Menasse ben Israel, qui exemplo R. z *Majmonidis*, & Azariæ, probavit, se de authoribus extraneis, Christianis etiam, legendis, esse solicitum. Elenchus eorum a *Karræos* potissimum & b *christianos*, c *Pontificios* præsertim stringit. Ex Practicis d *paucos* commendant. Gradus etiam, sive honorum dignitatûmve admiserunt characteres. Prophetarum quidem tempore e *honorificentissimum* erat solo exprimi nomine proprio; postea verò f *Rabban*, Rabbi, Raf, *Mor.* innotescere cæperunt axiomata, jam

instructi; t Systematibus) *Bibl. Oriental. pag. 47.* u Locorum) *Id quod per Meor-En. sparsim obvium est. De Cyro c.18.19. De Simeone justo unus ne tantum fuerit, c.22. De duobus Cyris c.30. de Metasthene, c.31. De Sacerdotibus & Regibus Persarum sub templo primo c.33. Varia Rabbinorum judicia de numero annorum templi secundi, c.30. Plures quæstiones Chronologicæ occurrunt Ib. cap. 39.40.41.* x Similibus) *De quibus Schebh. Jeh. pag. 211.212. ranæ, corvi, serpentis &c.* y De se jactent) *Vide Schebh. Jeh. pag. 142. Et de Mendoza pag. 452. Exilio tamen detritam esse prolixè monstrat Thomas; Schebh. Jeh. pag. 423.* z Majmonides) *De quo luculenta ipsorum Christianorum encomia: Cun. Rep. 12.41. Exercit. Anti-Morin. Præfat. & alibi.* a Karræos) *Quibus & author Nizzachon & Cosri se potissimum opponit. In specie pro mortuorum Resurrectione Nizzach. p. 30.31. necessitate verbi ἀγέφ8. Id. 39.40.73.* b Christianos) *Tales sunt omnes illi, quorum nomina habet Bibl. Orient. pag. 21. & deinceps.* c Pontificios) *Sic in specie contra imagines agit auth. lib. Nizzach. pag. 13. Idem contra Missam, pag. 11. Invocationem Sanctorum pag. 16.86. Contra versionem vulgatam; pag. 26.27. Cultum imaginum ridet, pag. 107. Realem etiam descensum ad inferos Christi sarcasticè ridet, p. 127. Et auth. lib. Misc. Teschubboth Lamzajephim pag. 38. Cleri Pontificii avaritiam, Ib. contra Missam, p. 50. Contra limbum, pag. 55.* d Paucos) *Talis fuit ben Zuma, post cujus obitum* בטלו הדרשנין *Jarch. 45. b.* e Honorificentissimum) *Abbreviat. Heb. pag. 192.* f Rabban.) *Abb. l. c. Fascic. Disput. pag. 290. Ja-*

jam Christi tempore recepta. Postea pro ratione objectorum & temporum g *Tannæi* alii dicebantur, vel Amoræi, alii Seboraei, alii Geonæi, alii Doctores. In ipsis Scholis h *Rectorum*, i *Seniorum*, k *sub-Rectorum*, sive Secundariorum l *studiosorum* distincta munia & nomina. m *Promotiones* sive renunciationes Rabbinatus solennibus peragebantur & n *formulis*, & o *ceremoniis*, in p *sola* tamen terra Sancta, ad quam χειροθεσία erat restricta. Promoti q *sociorum* nomine insigniti Promotoribus Superstitibus, Rabbinorum axioma non r *affecta-*

Juchas. pag. 47. b. Sæpè tamen נשיא *&* רבן *æquipollent; Id. 20. sic* אבא *(Coch. 172. 259. Talmud. pag. 10.) &* רבי *Id. 316. De voce* רבי *Tremell. Job 20. Babyloniis dicitur Mor, Lex. Talmud. El. Tisb. Rabban alias* סופר *Drus. Quæst. per Ep. 168.* g Tannæi) *De his ordine & eorum Etymologia Lex. Tal.* גסורת *Cocc. 157. Full. 529. Hal. Ol. 18. 21. Histor. Ecclesiast. Sec. XII. pag. 252. Sec. X. & XI. Itiner. pag. 151.* h Rectorum) *Quorum magna fuit authoritas. Vide Itin. Benj. p. 191. 78. De Huna, aliisque Soranæ Academiæ Rectoribus Juchas. p. 120. a. b. Tribus differt privilegiis Soranus à Pombedithano Ib. Erant autem hi Rectores (Heb.* ראשי הישיבות *) ex summis dignitatibus, præter Aichmalotarchas &* Συνέδρους, *Majmonid.* i Seniorum) *Horum nomine qui veniant; Pocok. Port. Mos. pag. 387. Juchas. 158. b. intelligit* מקבלים *ad Prophetas usque* k Sub-Rectorum) *Lex. Tal. p. 536.* l Studiosorum) Rosch. *Calloth,* aluph (Hist. Eccl. S. 10 p. 169.) *Decurio;* צורבא דרבנן *Discipulus acutus;* תלמיד חכם *sapiens* בן תורה *Theologiæ Studiosus; quid differant,* תלמיד *&* שונה *Lex. Talm. pag. 2474.* m Promotiones) *sive* χειροθεσίας, *quæ duplex ad Magisterium, & tribunal, Cocc. pag. 14. Itiner. pag. 73. 74.* n Formulis) *Qualis erat; Ego te promoveo Rabbinum; Esto promotus scil. Magister, vel Rabbi; Juchas. pag. 60. Majmonid. Iad. Hil. Melac. c. 4.* o Ceremoniis) *Cujusmodi erant traditio Clavium; de qua alibi. Ad quam allusisse volunt Servatorem Matth. c. 16. 19.* p Sola) *Unde Canon:* אין סמיכה בחוצה לארץ *Non est promotio extra terram.* q Sociorum) *Heb.* חברים, *de quorum officio Pocok. ad Port. Mos. pag. 420. Buxtorf. Lex. Talm. Princeps eorum* חבר עיר *appella-*

r *affectabant.* Magna etiam dum discerent in Præceptores ferebantur s *reverentia*; encomiis suorum Rabbinorum, quorum non pauci, pro recepta consuetudine & t *commendatione*, studia Theologica cum artibus Mechanicis conjunxerunt; tum u *generalibus* cum x *specialibus* ad hyperbolen luxuriabant. Et ut tum Iudæi, y *Pharisæi*, & z *Karræi*; tum a *Samaritani* suas per orbem habue-

appellatur. Id. 422. Piura Hist. Eccles. S. 10. pag. 169. Cocc. 308. El. Tisb. Itin. 188. r Non affectabant) *Lex. Talm. 1499.* s Reverentia) *Discentes enim vel sedebant ad eorum pedes; vel stabant honoris causa Ib. Act. 22. v. 3. 1. Tim. 4. 14. qui mos obtinuit à tempore R. Schimeon fil. Gamaliel; Juch. 20. b.* t Commendatione) *Vide Saad. 48. 2. & Cent. nost. Theol. pag. 68. Talis fuit R. Jose Coriarius, Juchas. 43. a. R. Johanan Sandalar i. e. Calcearius. R. Josua Carbonarius aut faber; Id. 33. Tales vocantur* מרי דעובדא *Lexic. Talmudic. 1247.* u Generalibus) *ut Ras, Rabbi, Rabban, Ab, Abba; Mor &c.* אספקלריא דאוריתא *Speculum Legis.* דרשנים סופרים, הכמים, *Sapientes; aliâque plura, quibus Christus se* κατὰ *ἓν opposuit;* x Specialibus) Alios *commendant ab absoluta eruditione; ut Aquibam; Juchas. 33. b. 35. Miraculis, aut aliis magnis rebus gestis, quos* עוקרי הרים *appellant. R. Schim. fil. Azaj. Iuch. 45. b.* alios *dignos æstimant, propter quos sustentetur orbis, ut R. Chanina ben Dusa, Iuch. 20. b. quem & Deus oraculo appellavit* בנו *filium suum. R. Iochanan fil. Zaccai* קיפה רוכלין *vocant, Iuch. 22.* Aliis *tribuitur singularis notitia mensurarum templi, ut Eliezeri, Iuchas. 30. Professio aliis publica legis, ut R. Eliezer. fil. Hirkani & Ichosuæ; id. 33. b.* aliis *insolita eruditio R. Eliezer. Id. 33. b.* aliis *scientia* מרכבה *R. Iose, R. Iosuæ. Id. 34. Propter eosdem dicuntur edita miracula.* Aliis, *pietatis encomium largiuntur, R. Simeon, pag. 34.* Aliis *Epitheton* Φοτεῖνος, *ut R. Nehuræi Ib. & Meir. 41. b. aliis Thesauri constricti, ut Aquib. Ib. pag. 35. Modestiæ & Sanctitatis, R. Meir. Id. 41. a. R. Iudæ Elai qui* חסיד κατ' ἐξοχὴν, *cuique largiuntur, quod nunquam peccârit; Iuch. 41. & R. Iehuda cognomento Sanctus. id. 45. Aben Esra* בחכם *Abb. 34.* גל של אגוזין *Cumulus nucum; Lex. Tal. 21. vocatur R. Tarphon;* סתומתאה *Absolutus authenticus; R. Aquiba. Vide Floril. pag. 151.* y Pharisæi) *Quales plerique per totum orbem.* z Karræi) *Cujusmodi rariores*

runt Scholas & Synagogas, ita & operam dederunt, ut b *methodum* studiorum observarent, c *stipendia* constituerent, certamina pro d *sedibus* permitterent; Scholas etiam *triviales* instituerent, Præceptores conducerent. Doctoribus seu Rabbinis eos suis multum f *tribuere*, jam supra monuimus. Fabulas eorum insulsissimas g *ingenii* felicitati adscribunt. De h *dignitate* Doctorum, eorum i *requisitis*, discipulorum k *privilegiis*, l *virtutibus*, in *reverentia* erga

---

sunt, sunt tamen hinc inde Vide Thes. Philol. pag.42. a Samaritani) *De Synagogis eorum Vide Itin. pag.17.38.52.* b Methodum) *Methodus Babylonicarum Academiarum fusè describitur, Hist. Eccles. Sec. 10. S. pag.1511. Polonicam, memini, commendasse. Dn. L'Empereur.* c Stipendia) *Ib. Commendant etiam liberalitatem suorum in Studiosos; Schebh.400.* d Sedibus) *De hac sedium ratione Vide Hist. Eccles. S.10.pag.165.* e Triviales) *Quorum Præceptor vocatur* סופר *Thes. Philol. pag.75. vel* מלמד תינוקות *Doctor tenerorum.* f Multum tribuere) *Vide sup. p. 29. l.5. unde Canon: Qui contradicit Præceptori suo* כחולך על השכינה *Majm. Tal. Tor. c.5. Doctis adhærere, est ipsi Deo adhærere, Chinn. pag. 172. In essentialibus nulla inter Rabbinos contradictio; Nizz. pag.40. De modo conciliationis Hakspan. pag.288.290. Excusant eorum nævos & ἀσχίαν Meor. En. pag.98. ἐναντία in externis inter eos dari, in Theologicis non item; Id. pag.100.* g Ingenii) *Excusant enim illorum paradoxa; Meor. En. pag.74. Ingeniosos eos appellant Schebh. Jeh pag.33. A nostris contra accusantur Talmudici Ib. pag. 30. ceu fabulosi; 169. Mendaces* 207. h Dignitate) *Unde Can. Majm. Melach. c. 2.* מצוה על המלך לכבוד לומדי התורה וכשיכנסו לפניו סנהדרין וחכמי ישראל יעמוד לפניהם ויושבים בצדו וכן היה אסא מלך יהודה עושה אפילו לתלמיד חכם היה עומד מכסאו ומנשקו וקורא לו רבי ומרי i Requisitis) *Ne sit. 1. iracundus; Lex. Talm. pag.277. 2. Non negligens, aliâs maledictus; Majm. Tal. Tor. c.2. 3. Non morosus in discipulos; Id. c.5. mutua requiritur honoris* ἀπόδοσις. *4. Pius & doctus; Id. c. 2.* k Privilegiis) *Sunt enim exempti ab operibus, & oneribus publicis, exactionibus tam ordinariis, quam extraordinariis, Majmonid. Tal. Tor. c.6.* l Virtutibus) *Non debet esse 1. Nimium verecundus, Lex.*

erga Præceptores, n usu *privati* studii, ipsis Doctoribus commendati, o *commoditate* loci literis destinanc', distinctè agunt Hebræorum Magistri, p *Bibliothecas* etiam colligendi studium in iis fuit excitatum. Nec q *Typographeia* iis planè sunt ignota.

Talm. pag. 277. 2: Non inhonestus, i. e. inhonestis moribus. Qui enim talem docet, perinde est acsi augeret lapidem Mercurii, estq. gehennæ reus. Chol. f. 133. Reverentia) *Quæ major esse debet, quàm in parentes, qui largiuntur vitam, illi vitam beatam. Majmon. Tal. Tor. c. 5.* n Privatis) *Quæ præceptoris & discipuli acuunt ingenium; Majm. Tal. Tor. c. 52.* o Commoditatis) *ubi decem requirunt; Majm. Hil. Deoth. c. 4. S. 23.* p Bibliothecas) *Exempla habes Histor. Ecclesiast. Sec. XII. pag. 259. Ex præfatione libri* הישר *(rarò reperitur, & commentarius est Historico-Chronologicus in Pentateuchum, brevis tamen, & Paraphrasticus magis, quàm exegeticus, hoc ipso mihi die, quo hæc scribo, à Judæo mutuò datus) apparet, ante devastationem templi curam non contemnendam fuisse colligendi varios libros. Meminit enim solii reperti à Duce quodam Romano, in quo,* ספרים רבים תורה נביאים וכתובים וגם ספרים ממלכי ישראל ולמלכי העמים וספרים אחרים רבים לישראל וכן ספרי המשנה וגו: *Vidi & Amstelodami Bibliothecam aliquando Judæorum, locupletem satis.* q Typographeia) *In ipso certè Oriente, Constantinopoli, Thessalonicæ, alibi, sua habent Typographea, cùm nec Muhammedani ea admittant, nec Christianis permittant.*

CAPUT VI.

De

Regimine Politico.

Sect. I. De *variis speciebus Politiæ Iudaicæ.* Quia regiminis semel est facta mentio, operæ pretium fuerit Politiæ etiam Iudaicæ expendere varias sive species, sive formas, quarum prima est *Oeconomica*, ab initio Mundi ad Mosis usque regimen, ubi juris paternitatis etiam appendix videtur fuisse a *administratio* publica. De Abrahamo, Isaaco, Iacobo legimus, quòd, Patres familias, b *fœdera* icerint, aliaque authoritatis publicæ ediderint specimina. Successit c *Theocratica*, quando Deus d *Mosis* & Iosuæ, cæterorúmque postea e *Iudicum* operâ populum suum gubernari, & ab hostibus liberari voluit, Legesque Politicas, à quibus & Principes & subditi penderent; præscripsit. § Secuta dehinc *Monarchia*, Regi divinitus, repudiato à populo Samuele, Iudicum ultimo, concessa Majestate, quæ vel integra sub tribus, Saule, Davide, Solomone, vel divisa, sub *reliquis* fuit Regibus, illo f *Iehudæ*, hoc g *Israelis* axioma obtinente

---

a. Administratio) *id quod constanter Patriarchis tribuit Patricides ut in Smegm. Orient. probavimus.* b Fœdera) *Cum Abimelecho, aliisque* Genes. 21. & 26. c Theocratica) *Sic egregiè vocatur, quòd Deum immediatè Regiminis illius habeat authorem.* d Mosis) *Videatur Prosopographia utriusq; ad mentem Orientalium Hebræorum & Arabum in Smegm. Oriental. pag. 206. &c. qua quidem Methodo optarim universi T. V. Historiam pertexi potuisse; ad quam ferè accedit Comment. ille in Pentateuchum* ספר הישר *de quo supra.* e Iudicum) *Quorum in universum fuerunt 17. annumeratis Mose, & Josua. Othoniel, Ehud, Schamgar, Debora, Gideon, Abimelech, Thola, Jairus, Jephte, Ibsan, Elon, Abdon, Samson, Eli, Samuel,* f Iehudæ) *Erant viginti; Rehabeam, Abia, Asa, Josaphat. Joram, Ahasia, Athalia, Joas, Amasia, Uzias, Jotham, Achas, Ezechias, Manasse, Amon, Josias, Joachasus, Jojakimus, Jechonias (de cujus posteris* Meor. En pag. 122.) *Zedekias.* g Israëlis) *itidem viginti. Jeroboam, Nadab, Baësa, Ella, Zimri, Amri & Tibni, Achab, Ahasias, Jo-*

nente. Duravit Israëliticum regnum ad tempora usque Hoseæ, sub quo h *Salmanassar* Assyriæ Rex, regnum sibi subjecit, colonias Samariam deduxit, totique adeò decem Tribuum finem imposuit: quarum in orbe, sive ad fluvium i *Sabbathion*, sive in *India*, sive regione k *Presteganica* res florentes hodie, frustra Iudæi jactant. Regni verò Iehudæ terminus in captivitate Babylonica constituitur, quando l *Nebucadnezar* urbe & templo dirutis, populo in captivitatem abducto, ipsum etiam Regem vita privavit. Post captivitatem status populi Dei civilis fuit mixtus, maximè tamen Hierarchicus, quando Iudæi partim suo, partim exterorum Imperiis paruerunt. Ex *ipsis Iudæis* Magistratus, aut fuerunt m *Pontifices*, aut n *Duces*, aut o *Reges*, sed ex Sacerdotali genere omnes oriun-

---

Joram, Jehu, Joachasus, Joas, Jeroboam, Ioas, Ieroboam, Zacharias, Sallum, Menachem, Pecachia, Pecas, Hoseas. h Salmanassar) *De qua captivitate 2. Reg. 17. Exercit. Anti-Morin. pag. 7.* i Sabbathion) *De quo multa apud authores, quorum meminimus l. c. pag.* k India) *Post Monte Zini cujusdam fabulosam relationem, quam amicus mihi nuper quidam communicavit, Menasse ben Israël in Occidentali ostendere sategit; alii in Orientali.* k Presteganica) *vel ei saltem vicina, qua de re prolixa extat Epistola Hebraica, cujus nuper in Topograph. Eccles. mentio fuit facta; ubi & origo fabulæ detecta.* l Nebucadnezare) *2. Reg. c. 25.* m Pontifices) *Numero 15. Jesus qui & Josua, qui cum Zerubabele populum reduxit. Joachim, qui Patri successit, huic filius. Eliasib; Iodas, quem alii Jojadam vocant, coævus Malachiæ Prophetarum ultimo. Joannes, qui aliis est Jonathas, sub quo populus tributarius factus; Iaddus Menassis frater; Onias; Simon cognomento justus, Eleazarus, cui Legatio ad Ptolemæum Philadelphum tribuitur, Menasse, Onias II. Simon II. Onias III. Jesus II. sive Jason. Onias IV. qui & Menelaus, dato duplo fratrem Pontificatu dejecit.* n. Duces) *Quinque fuere, Mattathias Hasmonæus, Iudas Maccabæus, Ionathas frater, Simon, Iohannes Hyrcanus.* o Reges) *itidem quinque Aristobulus, qui novo exemplo Principatum vertit in regnum: Jannæus Alexander, favore Reginæ ex carcere eductus ad regnum: Alexandra sive Salome: Hyrcanus, qui tamen postea victus cessit fratri; ipse tamen Pontificatum obtinuit: Aristobulus II. qui, urbe capta, Temploq., Romam dedu-*

di. *Exteri*, qui in Judæos tenuerunt Imperium, ad Christum usque p *duo* tantùm sunt. De eorum vita, regimine, mutationibus, omnium modo memoratorum *ipsi* etiam q *Hebræorum* Historici, & Græci & Hebræi consuli debent. Tandem verò exactis LXX. r *Hebdomadibus* Danielis, & non exhibito modò, Servatore Mundi, sed & iniquis eorum manibus è medio sublato, justissimas *κυβερνησεις* *pœnas* daturi, Romanorum, quos, jugum excussuri, lacessebant, armis, Duce Vespasiano primum, postea, cùm hic factus esset Imperator, filio Tito, ita devicti & oppressi fuerunt, ut nec Imperii, nec Oeconomiæ fortunæ superessent rudera. Ab eo tempore, certissimo, Iesum Nazarenum esse Messiam promissum, ipsorum etiam t *Muhammedanorum* judicio, Judæi Reges, Sceptra, omnemque, ut u *fatentur*, amiserunt Politiam, sub triste Christianorum, Muhammedanorumque missi jugum; pro quorum salute, quo animo jam x *orent*, facilè est conjicere. Hæc de variis regiminis formis in *genere*; De Regibus, *AEchmalotarchis*, & *Synedriis* in *specie*; eruditi Hebræi & Christiani agunt y *multi*, nos unum & alterum secuturi strictim. In rege spectabatur 1. *Electio*, cujus

---

deductus fuit, atque sic in Romanorum potestatem devenit Judæa, ab eaq; Procuratores seu Administratores accepit. p Duo) *Antipater Ascalonita, à Iulio Cæsare Procurator constitutus; & Herodes; qui cum fratre Rempublicam Judæorum divisim administravit* q Hebræorum) *Ut Flav. Josephus; Ioseph. Gorionid. Juchas. Schalsch. Hakkabb. Juchas. Zem. David, aliique.* r Hebdomadibus) *De quorum termino & complemento consulatur Rabb. Myll. pag. 292. Teschubb. Hornbeck. pag. 169. Helvic. Diatrib. de LXX. septim. Scal. Emend. Temp. in frag. pag. 56. 57.* s Pœnas) *Ipsis fatentibus Hebræis sup. p. 100.* t Muhammedanorum) *Ita Ahmed. Ibn Zaris Thes. Phil. p. 162.* u Vt fatentur) *Nec Regem habere nec Principem apud Judæos inconfesso est. Limch. More Nev. pag. 268. Chinn. pag. 141. b. 189. b. Cos. pag. 15. a. Alschech. Es. pag. 185. Cun. 89. 143. Confer Tremel. Luc. 22. Fag. Genes. 49. Rabb. Myll. 186. Cl. Alting. Schil. pag. 87.* x Orent) *Quod pro Christianis Magistratibus studium prolixè commendant, Meor. En. pag. 169 170. Schebb. Jeh. pag. 139. Accusati se excusant. Ib. 344. Chinn. 32. b.* y Multi) *Præsertim Talmud. Cod. Sanhed. Majmonid. Jud. Hil. Melac. Sigonius, Seldenus, Cunæus, p. 117. 118. Bertramus, Schikhardus, quem hic compendii gratiâ potissimum sequemur, quod ex Majmonid. omnia ferè habeat. Adde Chinn.*

cujus z *divinitus* fieri mandatæ, jus Prophetis competebat & a *synedrio* magno: ad quam tamen dignitatem admittendi non erant vel b *fæminæ*, vel c *extranei*, vel d *cerdones*, à qua lege e *Davidem* & *Saulem* opiliones singularia exceperunt dona. Electi ad f *fontes* deducti, ibique circa caput g *circuli* forma, h *peculiari* inungebantur oleo, (Samaritanis vulgare i *balsamum* adhibitum) quæ tamen in k *successoribus* ceremonia, citra necessitatem, non fuit repetita. 2 l *Pietas*; cujus specimen singulare erat, quod ad describenda m *duo* Legis Mosaicæ exemplaria quisque teneretur, summo n *studio*; unde & o *literarum* in eo requirebatur peritia. Et ut Hebræi legibus eum divinis p *omnibus*, excepto q *fratriandi* ritu, subjiciunt, usque adeò ut in jus vocari potuerit reus; ita ut, ne lectione sacra, ceu fidelissimo r *consiliario*, unquam careret, alterum exemplar secum s *semper* habere debuerit. In 3. t *Aula*, Ministros assumsit u *quot* & quos voluit, satellites, cubicularios, fabros, agricolas, centuriones; non verò tot uxores, *quot* x *volebat*; y *seductionis* metu; z *octodecim* tamen permissas esse volunt. Et ut neque a *equos* ad pompam alere licuit, ne b *Ægyptum*, adeò c *severè* Iudæis prohibitam, ingrederetur, ita studium d *privatas* augendi opes illi non permittebatur. Insuper 4. *subditos* e *fraternè* excipere debuit, f *amore* potiùs, quàm severitate eos ducere; quandoquidem clementia cumprimis

pag. 188. 189. ubi plura de Synedrii & regni constitutione. Cocc. p. 19. 20. Akid. Itzh. pag. 251. z Divinitus) *Mandatum Dei fuisse agnoscunt Hebræi; Nachman. Majmonid. apud Schikhard. Jus Reg. p. 3. Alii tamen contradicunt; Id. pag. 4. quibus satisfacit pag. 6.* a Synedrio) *Id. p. 7.* b. Fæminæ) *Id. pag. 16.* c Extranei) *Majmonid. 16.* d Cerdones) *Id. 17. 18.* f Davidem) *Ib. 20.* g Fontes) *Id. 26.* h Circuli) *Id. 27.* i Peculiari) *Quod describitur Exod. 30. 23. de quo ex Heb. id. pag. 23.* k Balsamum) *Ut constanter tradunt Heb. Ib. 29. Cun. 124.* l Successoribus) *Quo differebant à Sacerdotibus, qui singuli ungebantur, Schikhard. Ib. 28.* m Pietas) *Cur & quomodo res sacræ pertinuerint ad Reges; Cun p. 122.* n Duo) *Schikh. ib. Cocc. pag. 185. ex Deut. 17. 18. ubi sibi jubetur describere* משנה *duplum* o Studio) *Quod ex Hebræorum traditione describitur, id. 34.* p Literarum) *Id. 31.* q Omnibus) *Id. 55.* r Frateriandi) *Id. 56.* s Consiliario) *Ib. 50.* t Semper) *Exceptis locis impuris Ib. 51.* u Quot) *id. 66. 68. 69.* x Quot volebant) *Ib. 69.* y Seductionis) *ib.* z Octodecim) *Ib. 70. Cocc. pag. 180.* a Equos) *Schikh. 74.* b Ægyptum) *ib. 76.* c Severè) *Ib. 77.* d Privatas) *Ib. 80.* e Fraternè) *Ib. 85.* f Amore)

mis g *regia* virtus est; h *Literatos* & Synedriale honorificè tractare. Eò tamen facilitas se extendere non debuit; ut honori aliquid Regis i *decederet*: quæ k *jactura* in publica, regia cumprimis persona tolerari non debet, cujus tanta in populo, Iudaico erat authoritas, ut de l *plano* potuerit Rex procedere, pænas m *exasperare*, n *suspensum*, in terrorem, diutiùs in patibulo relinquere, plures facinorosos simul o *punire*, uno teste p *damnare*, in q *propria* causa judicare: Sanguinem verò subditorum r *reverenter* habere debuit. Regi s *decollatione* reos plectere licuit; t *Synedrio* combustione, strangulatione, & lapidatione: Et ut, ad u *aras*, obsequium debebatur Regi; ita & x *vectigalia*, tributa extraordinaria, opes occisorum Fisco regio addicebantur. De y *decimis*, quia Levitis dabantur, dubitatum erat. Hæc facies regiæ Majestatis fuit tempore pacis; Bellum quidem lege divina non permissum tantùm contra septem populos Cananæos, Amalekitas præsertim extirpandos, sed & z *imperatum* erat; sæpè tamen ultronea, pro a *dilatatione* Imperii, suscipiebant, neque verò absque Synedrii b *consensu*. In utrisque militaris c *disciplinæ* ratio habebatur. Ab hac militia immunes erant ædificantes, d *plantantes*, neogami, meticulosi, veterani & sterriles: e *Dedititij* in gratiam recipiebantur; expugnati verò vel ad f *proselytismum*, vel ad g *servitutem* erant coacti; h *fœminæ* in bello captæ, aut vitiatæ à milite peculiares erant leges Non licuit pugnam i *subterfugere*, k *arborem* frugiferam exscindere, aut aliud quid l *utile* perdere; castra excrementis m *commaculare*: Privilegia castrensia erant, non teneri n *Sabbatho* o *porcina* vesci, p *illotis* manibus comedere. Morituri Regis fatum, cum cæteris vel commune erat, momenti q *foramina* obthurabantur r *pollex* in volam ligabatur, adstantes s *rumpebant* vestes, totum & tonsum cadaver t *involvebatur*, à redeun

---

Amor enim Regem fortius tuetur, quàm satellites ib. 87. g Regia) *ib 88.* h Literatos) *Quo habiti fuerint loco à Regibus; ib. 91.* i Decederet) *ib. 92.* k Iactura) *Quæ ad totum redundat Regnum; ib. 93.* l Plano) *ib. 98.* m Exasperare) *ib.* n Suspensum) *ib. 99.* o Simul punire) *ib.* p Damnare) *ib. 100.* q Propria) *ib. 101.* r Reverenter) *ib. 102.* s Decollatione) *Eaq; sola; ib. 103.* t Synedrio) *ib.* u Ad aras) *ib. 104.* x Vectigalia) *ib. 105. 109. 110.* y Decimis) *ib. 106.* z Imperatum) *ib. 110. 111. 112. Seld. de Syned. 111. pag. 188. 189.* a Dilatatione) Id pag. 189. *Schikh. ib. 121.* b Consensu) ib. c Disciplinæ) ib. 139. d Plantantes) ib. 123. e Dedititii) ib. 125. f Proselytismum ib. 126. g Servitutem) ib. 130. h Captæ) ib. Vitiatis) ib. 131. i Subterfugere) ib. 140. k Arborum) ib 141 l Vtile) ib. 142. m Commaculare) ib. 144. n Sabbatho) id. 146. 147 o ib 148. 149. p Illotis) ib. 150. 151. q Foramina) ib. 153. r Pollex) ib. 154. ib. s Rumpebant) t Involvebatur) ib. 157. u Gramen)

recedentibus u *gramen*, in spem x *resurrectionis* evellebatur, sed non y *sepeliebatur* Rex cum utensilibus, supellex enim regia z *cremabatur*, & ut privatum lugent a *septiduo*, sic Regi b *scholam* juxta sepulchrum habebant. Et quia regnum fuit c *hæreditarium*; successio ad d *filium* devolvebatur; inter plures ad e *majorem* natu, minori sub f *tutoribus* relicto. Æchmalotarchæ Principes erant Gentis Iudaicæ sub aliena Potestate seu Magistratu superiori. Hebræi גלות g ראש, h שבט & i נשיא appellant: de cujus splendida apud k *Babylonios* electione multa Rabbini l *garriunt*; eorundemque prætextu sceptrum à Iuda planè abiatum pertinaciter negant. Restat m *Synedrium*, quod n *triplex* erat 1. o *Magnum* LXXI. Senatorum (quo tamen majus fuit, adeoque extraordinarium בית כנסת הגדולה Synagoga magna, Esra præsidæ, sub quo religio restaurata, & Codices Biblici repurgati fuerunt) quorum originem ad ipsum referunt p *Mosen*; Adeò ei magnam tribuunt authoritatem, ut statum

ib. 169. x. Resurrectionis) Ib. y Non sepeliebatur) *Ut reliqui; id. 163.* z Cremabatur) ib. 164. a Septiduo) id. 170. b Scholam) id. 170. c Hereditariam) id. 177. d Filium) id. e Majorem) id. 178. f Sub tutoribus) ib. g ראש גלות) Æchmalotarcha, *proprijssimè. Qualis erat Pater R. Nathan Babylonii Juchas. 43.* h שבט) Tribus, *propriè: Sumi tamen pro AEchmalotarcha, patet ex Cocc. Sanhed. pag. 126. Juchas. pag. 17. Unde:* לא יסור שבט מיהודה זהו ראש גולה ib. i נשאי Principes) *Quo sensu* נשיא *Regi successisse traditur, ut est Juchas. pag. 18.* k Babylonios) *Ibi enim sedes eorum erat, Juch. 44.* בבל היה ראש גלות בעניין ליתן רשות לדיינים גדול ממנו שראש גולה שבט ודוא מחוקק l Garriunt) *Vide Cocc. Sanh. pag. 126. Nizz. 28. præsertim Schabb. Jeh. pag. 301. 306. Benjamin. Itiner. pag. 72. 73. 74. ubi de ejus potestate in Synagog. Hos tamen quidam judicatos volunt, Reges non item: Seld. de Syned. 3. pag. 122.* m Synedrium) *Varii Hebræorum de Etymo lusus; Lex. Talmudic.* ס *Græca vox est, & quidem à Macedonibus mutuata; VVaß. Not. ad Matth. 5.* n Triplex) *De quo Cocc. Sanhed. pag. 76. Fag. Deut. 16. 18. & c. 17. 4. Lex. Talm. pag. 1513.* o Magnum) *LXX. Virale, quanquam præcisè habuerit Assessores LXXI. ut ex Sc. probant. Cocc. 3. quo tamen extraordinariè congregatum, quidam majus statuunt, Grot. Matth. 10. 17. Quale etiam fuisse volunt Synedrium magnum Esræ, constans 120. Viris, Commen. Mas. Buxt. c. 10.* p Mosen) *Ostendunt originem Num. 11.*

Iudaicum non plenè q *Monarchicum*, sed ex Aristocratico mixtum censeatur. Locus consessus erat r *Hierosolymis* aliquandiu in Sanctuario, & quidem in Conclavi s *lapideo*. t *Quotidie* conveniebant Senatores, u *Sapientia*, rerúmque usu probati, de rebus tantùm x *magnis* deliberaturi: Ipsos y *Prophetas* hujus Synedrii vel Præsides, vel Assessores constituunt, ob z *votorum* libertatem, Regem non admittebant. Duo a *primarii* in hoc corpore erant נשיא *Princeps* & אב בית דין *Pater Domus Iudicii*, quorum ille major & b *potior* erat. 2. Duo c *minora*

---

26. Confer Cun. pag. 93. Cocc. pag. 164. q Monarchicum) *Schikhard. pag. 7. Utrum in Reges Synedrium potestatem habuerit, examinatur à Seld. l. 3. pag. 112. 115. 117.* r Hierosolymis) *Schikhard. pag. 8. Cocc. 297.* s. Lapideo) *Vulgo* לשכת גזית: *unde* & πρεσβύτεροι *i. e. Assessores,* חכמי גזית *dicuntur; Lex. Talmud. 414. Postea ad* חניות *tabernas translati, Cocc. 160. Lex. Talmud. 793. De figura hujus conclavis, Cocc. 32.* t Quotidie) *Schikhard. 8.* u Sapientia) *De requisitis horum Senatorum naturalibus & accessoriis, vid. Chinn. 188. Cos. pag. 126. 127. Juch. 32. Cun. 98. Majmonid. Sanhed. c. 2. Cocc. 298.* x Magnis) *Vide sup. Confer Cocc. 2. Seld. Syn. 111. pag. 8. 9. 10. de causis religiosis pag. 30. Succes 263.* y Prophetas) *Catalogum vid. Schik. pag.* z Votorum) *id. pag. 10. aliter tamen sensit Zepperus* a Primarii) *De quibus Majmonid. Sanhed. c. 1.* הגדול בחכמה שבכולו מושיבין אותו ראש עליהן והוא ראש הישיבה והוא שקורין אותו החמכים נשיא בכל מקום והוא העומד תחת משה רבינו ומושיבין הגדול שבשבעים משנה לראש ויושב מימינו והוא הנקרא אב בר ושאר השבעים ישבין לפני שניהם כפי מעלתם כל הגדול מחברו בחכמה יהיה קרוב לנשיא משמאלו יותר מחברו והם יושבין בכחו חצי גורן בעיגול כדי שיהיה הנשיא עם אב בית דין רואים כולם: *Plura de duobus istis* נשיא & אב בית דין *Vide Juchas. 18. In Hebraorum scriptis, voci* נשיא *sapè Rabban respondet; Ib. pag. 29. Buxt. Abb. pag. 173. idque usque ad Rabban Gamalielem, filium R. Schimeonis. Potuit autem Princeps (Nasi) fungi officio Patriarchæ, Juchas. p. 22. Nasi aliâs vocabatur* נשיא בכל מקום *Lex. Talmud.* נ *Ejus officium alias describitur, Interpretari publicè legem; Patriarchæ lites decidere, Sapientis, qui in consessu lævum claudebat latus, præ cæteris doctrina clarus. Plura de his Cocc. pag. 31. 32. 38.* b Princeps)

e *minora*, nempe Synedrium d 23. quod in causis potissimum civilibus occupabatur. 3. Consessus e *triumviralis*. Crebras tamen Synedrium magnum f *translationes* subiit. Hodie inter g *Muhammedanos* & Christianos Iudæi, licet h *contempti*, dominandi tamen magna i *libidine* turgentes, Monarchiam k *novam* expectant; ab unius interim, qui sapientissimus inter eos habetur, dependentes l *arbitrio*.

Prior nempe; alter ceu secundarius, Pater Synedrii *dicebatur*. Selden. *de Success. Pontif. p. 187.* c Minora) *Qualia Hierosolymis duo erant, unum in porta Esræ, alterum in montis porta, Cun. pag. 106. Confer Cocc. pag. 76.* d XXIII.) *Vide Chinn. pag. 187. alios* קטנה *appellatum, quod in singulis residebat civitatibus, in quibus 20. Cives vel familiæ essent. Minora, sui loci, judicia expediebant. Capitalia si expediebant, Cocc. 2.* e Triumviralis) *Cun. pag. 106. Superiori erat subjunctum, agebat de debitis pecuniariis, furtis, raptis, damnis illatis, calumniis, infamiis, plagis, &c. De appellationibus à Synedrio uno ad alterum Seld. pag. 27-37. De requisitis horum judicum Cocc. pag. 300. Flor. 139.* f Translationibus) *Cujusmodi aliquot agnoscunt. Cocc. Sanhed. pag. 160. In Juchas. 41. f. 2. Tiberiadem fuit translatum Synedrium translatione decima. Hierosolymis abiit* ארבעים שנה קדם שנחרב הבית *id. 26. b. De ablato sceptro Hist. Ecclesiast. S. 1. p. 17. Cun. 56. 70. 72. 75. Buxt. Lex. Talmud. 1513. Rabb. Mysl. 1300. Amam. Antib. pag. 444. Grot. Matth. 5. 22.* Muhammedanos) *Schebh. Jeh. 434.* h Contempto) *Ces. Mez. pag. 28. 3.* i Libidine) *De qua Schebh. Jehud. pag. 31. 60. 81. 82. Chinn. 188. a. ubi sibi panas corporales tribuunt. Omnem ineunt rationem ostendendi reliquias alicujus potestatis & imperii in AEchmalotarchis, Itiner. p. 95. Rechabitis 82. Decem tribubus, p. 84. 202. aliisque locis, p. 98. 101. 112. Lactant magnos honores quibus afficiantur in Hispania; Schebh. Jeh. pag. 98. 99. 121. Ita alibi, Histor. Ecclesiast. S. 14. pag. 806. 807.* k Novam) ib. 184. *Abarb. in Daniel. Vide Disput. de Melchized. pag. 10.* l Arbitrio) *Vide Chinn. 188. b.*

Sectio II. De *cura* Magistratus, *iudicibus*, & v ris *suppliciis*. Cura Magistratus belli pacisque semper m xima esse debuit, tum ad conservationem Orthodoxæ a *religionis*, eamque augendam; tum ad pacem, ceu b *columnam* Mundi solicitè c *quærendam* & obtinendam. Vt pax publica tuta ubique esset, d *iudices* (quorum e *duo* constituebant genera) eligebant f *subordinatos* viros ἐξοχὴς ἄλλων, & g *requisitis* commendatos virtutibus, qui, ceu h *Medici* vel sub i *portis*, vel locis conventuum aliis judicarent. Leges de judiciis k *capitalibus* & l *pecuniariis*, judicii m *afflictione* n *rabulis*, p *asylis*, q *limitibus* non mutandis, r *mensura* & ponderibus, re s *monetaria*, t *pignoribus*, u *furto* x *homi-*

---

a Religionis) *Hæc enim Synedrii potissima fuit Cura*; *vi supr. In specie Judicum officium erat* שיפריחו לעשות מצות התורה *Chinn.* 187. *a. Regis etiam, supr. pag.* 164. b Columnam) *Pace enim subsistere mundum, habet Akid. Iizh. pag.* 204. c Quærendam) *Cujus rei ratio redditur ib. pag.* 222. d Iudices) *Inferiores nempe, quorum nihilominus clarum fuit nomen, ceu patet Hal. Ol. pag.* 22. e Duo) *Erat* דיין הדיוט *Judex plebejus*; *&* מומחה *Exploratus*, δόκιμος *Coch. p.* 4. f Subordinatos) *Alii enim aliis erant superiores, Chinn. p.* 187. g Requisitis) *Debebat esse* 1. *peritus legis & judiciorum divinorum Chinn.* 160. 161. *Cocc.* 141. 2. Ἀδωροφαγία *alienus Cocc.* 152. 3. *Imperterrito animo*; *Chinn.* 160. *Cocc.* 134. 4. Ἀνεπίληπτος *ib. 5. Rem claram citò expedire debuit, Port. Mosaic. pag.* 70. h Medici) *Port. Mos.* 71. i Portis) *Lex. Talmud.* שער *Ravanell. Voc. Porta.* k Capitalibus) *Heb.* דיני נפשות *quæ ad solam restringebantur terram Sanctam, Cun pag.* 67. *Chinn. pag.* 24. *b.* l Pecuniariis) *Vaigō* קנסות ממונות *& Vide Jus Heb. Cocc.* 23. *Cun.* 68. *Lex. Talmud.* 2072. m Afflictione) *Heb.* ענוי הדין *mora, suffflaminatio litis*; *contra quam Maimonid. Port. p.* 70. n Rabulis) *Heb.* ערכי הדין *contra quos Port. Mos.* 70 *Lex. Talmud.* ע p Asylis) *De his Chinn pag.* 192. *b. de justa eorum mensura Nizzach. p.* 188. 189. *Facinorosi inde tollendi, Majmonid. Mor. P.* 3. *c.* 40. *Confer Cun.* 58. *Cocc.* 110. 113. 431. q Limitibus] *De his VVaser. Villalp. Vide Camp. præfat. in Cipp. Falsa domi diu non retinenda, Chinn.* 225. s Monetaria) *De qua VValt. Villalp. & nos Append. ad Cipp. Heb. De Siclo medio Jus Heb. p.* 133. *De Siclo Sanctuarii Meor. En. pag* 171. t Pignoribus) *Chinn.* 222. *b. Non admitte-*

x *homicidio*, y *falso* testimonio z *juramento*, a *contractibus*, *restitutione* b *amissi*, b *examine* testium modo tractandi c *mercenarios* d *fœnore*, *&c.* & seriò olim commendabantur, & rigidè observabantur. Examen cum primis testium e *tutum* esse debuit. In reos mortis, durante Synedrio, f *quatuor* supplicio-rum generibus, g *lapidibus*, vel h *gladio*, vel i *resti*, vel k *igni* interimebant; in cæteros supplicio - l *flagellationis*, quod m *duplex*, animadvertebatur. Suspendii supplicium *cum* n *lapidatione* sæpè fuit conjunctum; nec suspensus ultra diem, ordinariè o *relinquendus* in patibulo Habent verò præterea mor-

admittebantur הכלים שהם סבת הכנרת מזון לבני אדם *Neque violenter, sed jussu Judicum sumenda pignora ib. 223.* u Furto) *Jus Heb. pag. 346.* x Homicidio) *Chinn. 199. b. 223.* y Falso) *Jus Heb. pag. 49.* z Iuramento) *Jus Heb. pag. 53. 42.* a Contractibus) *Variæ contractuum formulæ extant Chinn. pag. 209.* b Amissi) *Vide Chinn. pag. 202.* b Examine) *Hoc accuratum esse debuit Cocc. 134. unius, ne Prophetæ auidem, testimonio non standum, Chinn. 199. b. Confer 123. Ex propria confessione nemo occidendus, Cocc. 49.* c Mercenarios) *Chinn. 221. a Thesaur. Philolog. pag. 19.* d Fœnore) *A solis peregrinis exigendo Chinn. 207 Confer Jus Heb. Ab Israëlitis non item Chinn. 227.* e Tutum) *tres adhibendi minimum testes, Cocc. 93. 98. 100. Auditus testis nihil ausus divulgare ib. 104. 123. Testis falsus* זומם *dictus Cocc. 49. graviter puniebatur ib. 91. 95. 100. De examine testimoniorum* דרישה *pag. 41.* f Quatuor) *Cocc. 52. 17. Chinn 24. b. 206.* g Lapidibus) *De modo hujus supplicii, Cocc. p. 45. 50. 53 Chinn. 206. Lex. Talmud.* ם h Gladio) *Cocc. 52.* i Resti) *Heb.* חנק *suffocatio; de qua Cocc. 58. 76. Chinn. 241.* k Igni) *Heb.* שריפה *Cocc. 52. 70. 266. Lex. Talm. 874.* l Flagellationis) *De quo Bux. Præf. in Abb. prolixè Lex. Talmud.* לקה *Fag. Deut. 25. 3. Cocc. 1. 116. 122. Schikh. Jus Reg. c. 2. Synag. Jud. 364. 365. Euseb. Hist. Ecclesiast. pag. 134. c.* Μαστιγῶσαι ἐν ταῖς Συναγωγαῖς. *Vide Primit. Heidelbergens. pag. 48. Mor. P. 3. c. 41.* m Duplex) *Nempe* מלקות אוריתא *Flagellatio legalis; & מרדות הרבנן Castigatio rebellionis Magistrorum; Vorst. Majmonid. pag. 75. Lex. Talm.* מרד n Cum lapidatione) *Chinn. 199. b.* o Relinquendus) *ib. Ratio redditur Cocc. pag. 252.* p Exilium)

tem civilem, p *exilium*, aliáque q *gravissima* supplicia. r *Sepulturæ* ratio peculiaris talium erat; bona eorum s *fisco* addicebantur. Ad supplicium educendis t *vinum*, u *thure* mixtum, propinabant. x *Tormenta* non planè ignorabant, y *usum* licet eorum damnantes in Christianis. Bella olim Judæi gesserunt plurima, ex quo verò patriam deseruerunt, bellandi gloria amissa, ut temerè eam sibi z *vindicent*, suos tamen arma etiamnum. a *tractare* docent, b *leges* (quas malè b *observatas* ipsi conqueruntur) militares varias præscribunt, in bello contra Gog (si superis placet) posthac observandas. Belli autem, quod c *duplex* constituunt; peritiam tantò magis urgent; quod ad d *spiritualia* hac ratione facilius se componere discant certamina. Fædera cum e *infidelibus* negabant ineunda, quanquam f *posteriorum* temporum praxis, aliud voluisse

---

De qua pœna Cocc. 106. q Gravissima) *Cujusmodi quædam occurrunt Sanhed. pag. 73.* r Sepultura) *Cocc. 48. Gejer. de luct. Heb. Lex. Talmud. pag. 1180.* s Fisco) *Jus Reg. Schikhard. pag. 110.* t Vinum) *Cocc. 49.* u Thure) *Lexic. Talmud. pag. 2121 quod & Christo accidit.* x Tormenta) *Quale* המור *asinus, & equleus; Lex. Talmud. 788. Quale etiam* כיפה *arctissimus carcer, in quo nec stare, nec sedere, nec cubare licet; Cocc; pag. 74. aliâs* מהפכת Stockhaus; *de quo El. Tisb.* y Vsum) *De quibus proinde conqueruntur Schebh. Jehud. 132. 159. 160. Negant etiam iis veritatem extorqueri posse ib. 85.* z Vendicant] *Vide Schebh. Jeh. pag. 22.* a Tractare) *ib. 83.* b Leges) *Vide suprapag. 165. ex Schikh. quibus adde Chinn. pag. 194. de legibus victorum; pag. 201. a. in bello non fugiendum, nec exscindendas arbores; De munditia Castrorum Maimonid. Mor. P. 3. c. 40. Chinn. 207. a. nec grassandum incendio ib. Captam in bello ducendam ib. plura pag. 202. 215. a. 219. 220. Confer cum sup. pag. 300. Adde Cocc. Sanhed. pag. 20. ubi de jure belli; pag. 167. de Ducibus, Cun. 269. Lexic. Talmudic. R.* לחם *ubi de bello* מצוה, *præcepti, scil.* שלתורה *Legis,* רשות *libero. De causis belli suscipiendi Fag. Num. 316. Sabbatho pugnare licere; Cun. pag. 287.* b Observatas) *Vide Schebh. Jeh. 179. 183. Gog. De quo multa Rabbini; Vid. Akid. Iizh. pag. 223. c.* c Duplex) *ut modò diximus* d Vrgent) *Akid. Iizh. 254. b.* d Spiritualia) *ib.* e Infidelibus) *Majm. Abh. Zar. c. 10.* אין כורתין ברית לעובדי ע"ז f Posteriorem) *Sub Macchabæis, ubi cum Ro-*

luisse videtur. Plura addi possunt de formis g *regiminis terræ* Sanctæ, Monarchiarum h *numero* i *ablatis* suppliciis capitalibus, k *gradibus* animadvertendi in sontes, modoque plectendi noxios hodie l *recepto*.

CAPUT VII.

De

Statu Oeconomico.

OEconomicum statum exhibituris consideranda ante omnia veniret columna ejus & fundamentum, Conjugium; quia verò ex Hebræorum mente a *alibi* hæc materia pertractata à nobis est], satis fuerit indicasse, multa habere Hebræos de Conjugii b *origine*, c *antiquitate*, d *necessitate*, e *præstantia*, f *ratione*, & modo officii conjugalis ejus g *fine*, de h *causis* conjugii, de nuptiis i *illicitis*, k *Gentilium* maximè, sive diversæ religionis; de conjugii

Romanis & Spartanis inierunt fœdus. g Regiminis) *Quod novem distinctas admisit formas; Abarb. in Dan. pag. 15.* b. *Disp. nost. de Melchised.* h Numero) *Alii quatuor ponunt; unde paschatis solennitatem quatuor poculis claudi volunt. Ligtf. Hor. pag. 297. alii plures. Vide Abarb. in Dan. pag. 13.* i Oblatis) *De tempore vide Coco. 208, Lex. Talmud. pag. 514.* k Gradibus) *Quorum quatuor ponit Majm. Mor. P. 3. c. 41.* l Recepto) *Quomodo sontes puniant, vel in corporibus, vel fortunis, vid. Buxtorf. Synag. pag. 34. In puniendis sceleribus esse remissos, Schebh. Jeh. pag. 277. Unico ferè viro mulctas corporis & fortunæ committunt, Chinn. pag. 188.*

a. Alibi) *Vide Hexaëm. pag. 297.* b Origine) *Divina; vid. Floril. Buxt. 45.* c Antiquitate) *Jus Heb. pag. 6.* d Necessitate) *Utpote per quod conserventur species Ces. Mez. pag. 29. 2.* e Præstantia) *Chinn. p. 110. a. vocatur* דבר עקרי באדם f Ratione) *Vide Akid. Iizh. pag. 22. 6.* g Fine) *Qui tantùm esse debet* τεκνογονία *Nizzach. pag. 56.* h Causis) *Ib. 37.* i Illicitis) *Jus Heb. pag. 267.* k Gentilium] *Chinn. pag. 168. Septem autem Gentium Cananæorum filiæ ne quidem permittebantur Proselytis ib. Confer Juchas, 37. Hakspan. in*

jugii l *bonis*, m *de nuptiis, & sponsalibus*; de n *coactis*, o *pellectis* p *consobrinis*, q *sororibus*; generatione liberorum r *præmatura*, causis s *confusorum* conjugiorum. De t *fratriandi* consuetudine, exutione u *calcei*; x *scortatione*, scortationis y *pretio* z *adulterio*, a *repudio*, repudiata non b *ducenda* iterum; de c *castratis*, d *spuriis*, inhonestè e *natis*, Ammonitis & f *Moabitis*; de Neogamorum g *privilegiis*; h *purificatione* defectum naturalis propagationis compen-

---

Nizzach. p.270.271. l Bonis) *Lex Talmud. p.77. Flor. 205.* m Nuptiis) *Vide Chinn.pag.206.ubi de tribus, quibus acquiritur uxor, copulatione cohabitationi præmittenda, formula desponsandi, & desponsatos copulandi.* n Coactis) *Talis dicitur* אנוסה *adam* אונס *& ducere debuit, & pœnam pendere ib.* o Pellectis) *Heb.* מפתה *ib.* p Consobrinis) *Quorum nuptias probat Nizzach.p.41.* q Sororibus) *De duarum sororum conjugio Vide Akid. Iizh, pag. 58.59.b.* r Præmatura) *Octavo ætatis anno; juxta dictum veterum* דורות ראשונים היו מולידים בני שמנה שנים, *Maior.En.pag.81.* s Confusorum) *Quæ oriri queruntur ex ablegationibus in Insulas; Schebh. Jeh.pag.332.* t Fratriandi) *Heb.* יבום *de qua Chinn.pag.212. a.* u Calcei) *Heb.* Chalizah *ib.* x Scortatione] *Quid sit, juxta legem, Chinn. 220. b.* y Pretio] *Heb.* אתנן *non poterat offerri in altari, ut nec pretium venditi canis; Chinn. 122.* z Adulterio] *Chinn.22.b. Jus Heb.pag.48.* a Repudio] *De quo prolixè Chinn. pag.209. &c. de dando expellendæ libello repudii; nimia, ob levissimam olim causam, divertendi licentia.* שאפילו הקדיחה תבשילו יכול לגורשה לומר מפני דבר קטן *alii tantùm admittebant* בטענה גדולה *quædam gentes planè non admittunt. De decem Essentialibus libelli repudii; formula dimissionis* אתה מותרת לכול אדם, *Exemplar libelli ib.* b Non ducenda] *ib. 221.ib.* c Castratis] *ib. pag.218. Talis non fuit ausus ducere uxorem Israëliticam. ib.* d Spuriis] *Cui itidem conjugium Israëliticum prohibitum; Ib.* e Natis] הממזר שאסרה התורה הוא שנולד מן העריות הנזכרות בתורה חוץ מך הנרה שהבן ממנה פנום ואינו נקרא ממזר: *ib.* f Moabitis] *Cum quibus ne Proselytis quidem contrahere licuit conjugium; ib.219. a.* g Privilegiis] *Nec itinere longo, nec belli incommodis gravandi; ib.223.* h Purificatione]

pensante, muliere i recedente, cælibatu k Essenorum, l a. ulo pronubo, m molesta liberorum educatione, aliisque huic materiæ n affinibus. Vt autem Iudæi magno hinc inde numero, ceu o δακτυλόδειγμα iræ divinæ (quòd verò à Messiæ temporibus quendam ea de causa superesse volunt, p antiqua satis fabula est) inter Christianos degunt, ita in ipso etiam exilio illis mores exprobrari observamus q porcinos & canino: unde Epithetha eorum, quod sint r fastuosi

Akid. Itzh. pag. 165. i Recedente, Heb. סוטה de qua integer tractatus Talmuà... x & ratio Zelotypiæ peragendæ, quæ nulli alii genti contigit, Chinn. pag. 138. nam mulieres ab hac lege excipiantur p. 139. k Essenorum) Vide Juchas. pag. 139. b. l Annulo] Hexaëm. p. 298. Jus Heb. pag. 8. m Molesta) Saad. pag. 47. Scribit esse quidem donum Dei, sed cum molestia educari. n Affinibus) Habent quædam axiomata œconomico Ethica; 1. Curam corporis & τεκνοποιΐαν cum cultu Dei posse subsistere; S... pag. 48. 2. Longitudinem dierum comitari varias ærumnas id. 47. unde de vanitate mundi; Ceseph. Mez. pag. 52. Floril. pag. 223. & dominiorum Saad. pag. 48. 3. Linguæ multa esse commoda & incommoda. Ceseph. Mez. pag. 104. 4. Hominis vitam esse viam, imitari proinde debere viatorem; id. pag. 177. 5. Vitæ solitariæ renunciandum; Saad. pag. 45. a. 6. Summam felicitatem non in cibo, potu, aut divitiis collocandam ib. c. 7. Nimiæ ve... eri non indulgendum ib. d. & 46. 8. Hujus mundi negotia; ipsu... riam Imperium ib. 47. 9. Bona corporalia vanitati esse obnoxia; Sebebh. pag. 282 10. Nulli convitiandum, sed patienter convitia ferenda, Chinn. p. 127. a. 11. Humilitati cumprimis studendum Chinn. pag. 285. Nizzach. 190. x Αφειδία corpus non ladendum, id. 174. y Propriam defensionem suæ vitæ habere limites; Chinn. 214. a. exemplo parturientis & de vita periclitantis, cui fœtum præcidi posse probant. z De septem locis Solomonicis, vide Saad. 49. o Δακτυλόδειγμα) Cui se opponit Nizzach. pag. 134. p Antiqua) Ejus quippe meminit Matth. Paris. sed sub nomine Josephi Hist. Eccl. S. 13. qui hodie oberrat. Ahasveri tribuitur nomen quo nos nomine ipsi Judæi rident Voet. Disp. Tom. II. p. 104. q Porci-

sluosi thrasones, s *pertinaces*, u *rapaces*, fænori, quod variè x *excusant*, addicti, publicani y *rigidi*, umptuosi in Hispaniæ regnis & alibi in z *vestibus*: Decorum vitæ ratione, ex legibus, a *ædificiis*, b *cibo*, modo c *quærendi victum*, d *distributione* annorum ætatis, e *præparatione* ad cibum, lotionibus, propriis & f *analogicis*, legibus g *mensalibus*, h *fuga* aulæ, i *amicitia*, manumissione k *servo-*

---

nos) *Schebh. Jeh.31.* r Fastuosi) *ib.288.* s Thrasones) *Qui divitias ubique jactant, & frequentiam [illegible] ali ib.23. Castiliæ etiam incolæ originem generis Davidicam, id.p.428.* t Pertinaces) *in exilio pertinaciores pag.434.* u Rapaces) *ib.76.342. Cun; pag.385.* x Excusant) *ib.p.85. an à Christianis accipere possint fænus Nizzach.249. Confer Floril. pag.387.* y Rigidi) *ib.336.* z Vestibus) *Cujus rei rationem reddunt ib.pag.428. Bombycinus enim ibi usitatus vestitus pag.86. Floril.371. à Medicis tamen Lusitanis luxum abesse volunt; ratio redditur Schebh. pag.219.* a Ædificiis) *Debebant ædes esse loricatæ (planæ enim erant, non fastigiosæ, aut cacuminatæ) Deut.22.4. Confer. Flor.8.108.* b Cibo) *Erat observandum discrimen inter animalia munda & immunda; Jus Heb.pag.220. Non licebat edere membrum vivum, Chinn.182. a. nec* נבלה *morticinium ib. 148. b. nec* טרפה *Jus Heb.pag.99. nec carnem suillam, Nizzach. pag.135. nec nervum oblivionis, Chinn.13. Vid. Floril.86.* c Quærendi) *Labore nempe, de quo Floril.pag.146. unde Canon. Majm. Talm. Tor.3.* מעלה ירידה היא למי שהוא מתפרנס ממעשה ידיו ומדת הסידים הראשונים היא ובזה זוכה לכל כבוד וטובה שבעולם הזה ובעולם הבא שני יגיע כפיך כי תאכל אשריך d Distributione] *De qua elegans gradatio Floril.pag.11.* e Præparatione) *Quæ fit lotione manuum, necessariò præmittenda, Pocok. in Port. Mos.pag.355. ubi & ratio redditur; aliud tamen* נטילת ידים *aliud* טבילת ידים *id. pag.377.391. & consecratione singulorum ferè ciborum; ut in rituali bus apparet,* t Analogicis) *Cùm nempe lotio fit nive, grandine, pruina; id.359.* g Mensalibus) *Vide Flor. Heb. pag.52. de conviviis p.187. Confer Majm. lib.* ברכה *c.7.* h Fuga) *Quam sibi tribuunt, ob vitandam impietatis impetiginem; Schebh. Jeh.pag.455.* i Ami-

x *servorum*, amore l *sui* & er a alios, annonæ m *flagell*[illegible]*ae*, artificiis n *mechanicis*, o *debitis*, p *solicitudine*, q *divitiis*, r *emtione* & [illegible]nditione, s *fraude*, ratio[illegible] t *honorandi*, u *iure* hospitii, ignominia x *alii* non inferenda, vitanda y *impudentia*, modo prosequendi z *itinera*, disparitate, a *liberorum*, b *lucro*, c *lusu*; Magistratuum, sub quibus vivunt, d *discrimine*, e *mercatura*, f *paupertate*, fugienda, g *peste*, h *castigatione* sive reprehensione amica, veneranda [illegible] *senectute*, i *mode*[illegible]*ctione* sermonis, seu loquelæ, encomio k *silentii*, difficili cohabitatione generi [illegible] soceri, curâ inani & l *superflua*, m *somno* & in somniis, lege n *Talionis*, o *Vi*[illegible]*nia*, visitatione p *amicorum*, contagiosa q *eorum* conversatione, simul[illegible] r *pacis* (domesticam enim pacem & Ius Civile, Legi [illegible] *convenire* tradunt,) studio, abstinentia carnis t *suillæ*, modo

citia] *Floril. pag. 13.* k Servorum] *oblato libello libertatis* שחררית *dicto, quo in Libertinorum Israëlitarum* Act. 6 9. (Λιβερτινῶν; *vide Ligft. Hor. 72.*) *recipiebantur numerum.* l *sui*) *Chinn. 34. De quo Floril. pag. 18.* m Flagellatione) *Flagellatores* מפקיעי שערים *rumpentes pretia, pristina sc. dicuntur*; *ib. 21.* n Mechanicis) *ib. 13.* o Debitis) *ib. 59.* p Solicitudine) *Domestica ib. 61.* q Divitiis) *ib. 69. De discrimine inter* צכן ברול & נכסי מלוג *Vid. Lex. Talmud. inter* שדה אחוזה & שדה מקנה r Emtione) *ib. 91. De variis emendi & vendendi modis, Chinn. 122. ubi quid* המסירה המשיכה & חליפין *alia ratio emendi* בעיר הפרזות *alia* בעיר החומה s Fraude) *ib. 101.* t Honorandi) *ib. 111.* u Iure) *ib. 114. Hospitalitate veterum Hierosolymitanorum 116.* x Alii) *ib. 123.* y Impudentia) *ib. 125. Talis* κατ' ἐξοχήν רשע *dicitur.* z Itineris] *ib. 138.* a Liberorum) *ib. 167.* b Lucro) *ib. 175. Ne quis ultra sextam partem lucretur, Chinn. 126. De triplici usuræ specie, ib. ejusque interdicto ib.* c Lusu) *ib. 176.* d Discrimine) *ib. 80.* e Mercatura) *ib. 231.* f Paupertate) *ib. 250.* g Peste] *ib. 262.* h Castigatione] *ib. 295.* h Senectute] *ib. 319.* i Moderatione] *ib. 324.* k Silentii] *ib. 333.* Difficili *ib. 341.* l Superflua] *ib. 343.* m Somno] *ib. 345.* n Talionis] *ib. 358.* o Vicinia] *ib. 373.* p Amicorum] *ib. 381.* q Eorum] *Nam & aliis pravos mores affricant, Schebh. Jeh. pag. 458.* r Pacis] *De studio & encomio concordiæ Floril. pag. 255. quo Creatori suo similes redduntur, Ces. Mez. pag. 49.* s Convenire] *Akid. Iizh. 115. a.* t Suillæ] *Vide sup.*

tractandi u *mercenarios*, usu & abusu x *vini*, aratione y *homogenea*, &c. tum reliqua eorum consuli debent scripta. Recentissimum Rituale, quod Amstelodami non ità pridem prodiit, Germanorum non tantum; sed 8. Italorum Bohemorum, Polonorum, Moravorum exhibet מנהגים sive Leiturgias totius anni cursu Pharisæorum (scil. z *Essenorum* &c. alia fuit ratio) ita descriptas, ut capita earum, ordine distincto exhibita agant. de singulorum dierum pensis; quid faciendum exeunte Sabbatho; per totam septimanam; die veneris, Sabbatho ingrediente, die Sabbathi mane; de tribus epulis Sabbathicis, novilunio, Sabbatho, quod in novilunium incidit Agitur de Consecratione novilunii; initio mensis Nisan, præsertim si in Sabbathum cadat, Sabbatho *magno*, (sic vocant quod proximè antecedit Pascha) farinæ molendæ pla[illegible] Paschalium ratione, aquæ ex puteo in usum a *Mazzarum* extractione, b *rectificatione* supellectilis, fermenti c *inquisitione*, vespera Sabbathi, coctione placentarum, mixtura d *atriorum* & e *esculentorum*; nocte prima Paschatis accubitu & manducatione Paschali, primo f *die* Paschatis, ejusdem nocte secunda, numeratione manipuli (sic autem vocant intervallum dierum quinquaginta inter Pascha & Pentecosten) Paschatis die secundo; abstinentia g *certorum* eduliorum tempore Paschali, propter fermentum; diebus profestis solennitatis Paschalis (quales sunt inter primum & septimum, חול מועד dicti) Sabbatho profesti Paschalis, ultimis ejus diebus, die octavo; spatio inter Pascha & Pentecosten; de novi-

---

de cibo. u Mercenarios] *Chinn. 211. Floril. p. 190.* x Vini] *Chinn. pag. 217. Floril. pag. 275.* y Homogenea] *Chinn. 217.* z Essenorum] *Ratio administrandæ familiæ traditur prolixè Juchas. pag. 139.* a Mazzarum) *Id est placentarum paschalium; eadem etiam effunditur aqua ad indicandum funus, quod olim cornu indicabatur;* Minh. pag. 16. b Rectificatione) *Rabb.* הכשיר *rectum pronunciavit, [illegible] recto habuit, etiam si expressis verbis in lege non sit mandatum, unde peculiar. tractatus Talmud.* מכשירין *rectificant, id est, vasa, instrumenta, supellectilem pollutam ad usum licitum aptant. Minh. pag. 14. b. Exempla & modus proponuntur* c. *Sic vocant vel quod magnum eo factum sit miraculum, vel quod de Paschate plura pro concione recitentur Minh. pag. 13. Primit. Heidelb. p. 294.* d Atriorum) *Sive conclavium, cujus Symbolon est placenta, ex farina, quam patres familias conferunt, tecta, de cujus ratione & modo id. pag. 18.* e Esculentorum) *De his Minh. 18. b. Lex. Talm. 1657. Primit. Heidelb. p. 332.* f Die) *Diversa hic apud Judæos feriandi ratio; Vide Minh. pag. 22. ubi plura de hoc die.* g Certorum) *Ut saccarum, à quo Germani ab-*

novilunio mensis Iiar. h *triplici* jejunio, Pascha excipiente, i *die* 33. numerationis manipuli, usitataque eo k *tonsione*; novilunio Sivan, Sabbatho festum septimanarum antecedente. l *festo* septimanarum, legis latæ μνημοσύνα, postridie ejus festi; novilunio m *Thammuz*; initio novilunii Ab, die n *nono* ejusdem o *luctui* & tristitiæ destinata, de decimo quinto ejusdem; novilunio Elul, tubarũ festo, vespera novi añi, novo anno, novilunio mensis Tisri, die secundo añi novi, jejunio q *Gedaliæ*, Sabbatho q *pœnitentiæ*, medio inter añi initium, & festum expiationis, vespera diei expiationi, festo expiationis ipso, Mincha ejusdem festi, r *observatione*, festo tabernaculorum salicibus, citreis, myrto: prima Pentecostes nocte, ejusdem Epimetro, oblatione, pro festo, Sabbatho ejus, s *Hosanna* rabba, die septimo t *interdicti*, lætitiâ u *legis*, Sabbatho x *Bereschith*: Novilunio Marcheschvan, & Cisleu: festo y *encæniorum*; novilunio Tebhet; de novilunio & encæniis Sec. die decimo Tebheth; Novilunio Schebhath; de z *quatuor* Paraschis; Parascha de Siclis; de extirpandis Amalekitis, vacca rufa, novilunii; jejunio Esther, a *Purim*; b *defectu* ordinarii numeri, de nuptiis & septem benedi-

abstinent, mel &c. ib. pag. 5. h Triplici) *Prout post scenopegiam; ratio hujus jejunii, quia festi dies læti transacti, nec sine peccato; Minh. pag. 30.* i Die. 33.) *Qui incidit semper in 18. jiar. pag. 31.* k Tonsione) *Et nuptiis, ceu auspicata, quod eo die discipuli Aquibæ mori cessârint; ib.* l Festo) *Cujus parasceve phlebotomiam negant adhibendam; ib. b.* m Thamuz) *Cujus dies 17. Judæis cumprîmis fuit inauspicatus; ib. 34.* n Nono) *Quo in signum tristitiæ lentes comedunt ib. 35.* o Luctui) *Propter devastatum templ; ib. b.* p Gedaliæ) *Jejunium totius cætus, ob occisum Gedaliam, & orta inde mala; ib. 44. b.* q Pænitentiæ) *Sabbathum inter initium novi anni, & festum expiationis: Fit tum mentio defunctorum; ib. 45. a.* r observatione) *Heb.* בעילה *de qua 49. b.* s Hosanna) *Ita vocatur dies septimus festi tabernaculorum, quo ad noctilucam de morte sua, vel amicorum ex* ἀφανισμῷ *capitis aut membri judicant, pag. 55. b.* t Interdicti) *Quo ceu* ἀπολυτικῷ *finis festo imponitur. Rationem hujus similis, vid. ib. 56. b.* u Legis) *ubi alia à Polonis & Bohemis, alia à Germanis observatur ratio explicandi & evolvendi volumina legis id. 57. a.* x Bereschith) *Sic vocatur Sabbathum, proximum à festo tamen tabernaculorum.* y Encæniorum) *Heb.* חנוכה *de quo propixè id. pag. 58.* z Quatuor) *Vide ib. pag. 61. b.* a Purim) *De quo pro-*

nedictionibus, circumcisione, redemtione c *filii* luctu pro defunctis, diæta, abstinentia præsertim aquarum tempore quatuor d *Tekupharum*, &c. Sed commodior eorum inter e *christianos* est Methodus, qui Iudaismum describuri, non tam anni, quàm materiæ ordinem observant, de Iudaicæ fidei articulis, decem præceptorum observatione & incredulitatis causa, nativitate, circumcisione & educatione, institutione ad exercitia religionis; quomodo è lecto surgant, & ad preces matutinas se componant; de eorum precibus matutinis, & qua se ratione in Schola gerant, post preces matutinas ad prandium se componant, moribus eorum mensalibus, vespere & precibus Iudæorum vespertinis, & quomodo cubitum se conferant: quomodo dies Lunæ & Iovis singulis hebdomadibus festos agant: Sabbatho se præparent & illud inchoent: diem Sabbathi ferientur & absolvant, se ad festum Paschatis præparent, & compotent: qua ratione illud celebrare incipiant, septem postea dies observent & ad finem perducant: de Pentecoste eorundem, observatione festi tabernaculorum, Novilunio: quomodo Deus initio statim anni judicium agat de Iudæorum peccatis, ipsi verò Iudæi se ad ineuntis anni festum præparent: quomodo festum ipsum celebrent: qua ratione ad festum expiationis se accingant, & Gallum pro peccatis suis offerant: De festo expiationis: festo lætitiæ legis & officiorum Ecclesiasticorum distributione; Encæniis, [illegible] Purim, de Iejuniis, discrimine in coctione, cibis ut & novis vasis culinariis, de mactatione, nuptiis, divortio & libello repudii, separatione Iudaicarum mulierum à Leviris suis, menstrua mulieris pollutione, mendicitate & paupertate, morbis, pænis, ægrotis, sepultura, luctu, Messia, &c. Preces, hymni, tam prosa, quàm ligata oratione singulis per annum festis & solennitatibus addicti, ex f *Machzor* ordine promi debent, & Euchologiis.

Cap. VIII.

---

prolixè pag. 63. b. b Defectu) *Quæ nempe ratio Leiturgiæ per ag ſdæ, ubi requisitus desideratur numerus, pag. 65.* c Filii) *scil. primogeniti: id. pag. 66. Confer Lex. Talmud. R.* פדה d Tekupharum) *Sive revolutionum; de quibus pag. 63.* e Christianorum) *Quam Methodum sequitur Synagoga Buxtorfii.* f Machzor) *Prop. Liber* ἐγκύκλιος, *qui totius anni cursum Leiturgicum absolvit; Habet Bibliotheca Collegii Sapientiæ exemplar Venetum cum Commentariis. Pensa sigillatim enarrare, alibi facilius fuerit. Procedit author hoc ordine. Exhibetur 1. Leiturgia diei Sabbathi manè, continens 13. modos explicandæ legis. 2. Mantissa Sabbathi, pag. 25. 3. Leiturgiæ Sabbathi & novilunii pag. 63. 4. Sabbathi & encæniorum, pag. 53. 5. Recitatio Historiæ Antiochi & Macchabæorum 56.*

6. Deprecationes mensis Thebeth, quo triplex observatur Jejunium, de quo pag. 56. b. 7. Leiturgia Paraschæ de Siclis, pag. 66. 8. Paraschæ de delendis Amelekitis pag. 74. 9. Leiturgia jejunii Esther, pag. 83. 10. Ratio legendi libri Esther, pag. 86. 11. Leiturgia festi Purim, pag. 89. 11. Ratio τῶν חפסקורת pag. 95. 12. Parascha vaccæ rufæ; pag. 96. 13. Ratio novilunii, pag. 108. 14. Sabbathi magni pag. 116. cujus nomenclaturæ ratio ibidem redditur. 15. Leiturgia Paschalis, pag. 124. 16. Leiturgia Jejunii quod Paschatis & Tabernaculorum festum excipit, gemini; p. 211. die Lunæ & Jovis. 17. Leiturgia festi septimanarum, pag. 221. 18. Leiturgia diei 17. Thammuz, pag. 275. 19. Ratio leiturgiæ à 17. Thammuz ad 9. m. Ab (Sunt dies 21. vocati בין המצרים) respondent tribus septimanis, quibus jejunavit Daniel pag. 280. 20. Leiturgia diei noni Ab 21. Sabbathi נחמו pag. 281. Hæc primæ partis argumenta.

CAPUT VIII.

De Leiturgia, sive Ritibus Religionis Iudaicæ.

Sect. I. DE *personis, locis, & instrumentis* sacris, *Tabernaculo* præsertim, *Templo & Vrbe.* Etsi quæ præcedenti capite de Statu Oeconomico proposita sunt: in ipsorum etiam rituum incurrant examen, placet tamen, ne mutica nostra sit tractatio aut mutila, de *tertia* etiam Theologiæ Iudaicæ parte, *Leiturgicæ*, nempe, hic nonnulla proponere paulò distinctiùs. Tota autem Theologia Veterum Iudæorum Leiturgica vel *personas* spectat sacras, vel *res.* *Personæ* sacræ erant vel *ordinariæ*, templi a *Ministri*, ut *Sacerdotes* & *Levitæ*; Extraordinariæ Prophetæ & Naziræi, de utrisque actum. Vtque Sacerdotis b *apparatus* splendidissimus, præsertim c *Vrim & Tummim*, typicè Christum respicie-

a. Ministri) *De quibus Schebh. Jeh. pag. 375.* b Apparatu) *De quo supra p. 278. Adde Meor-En. P. 2. c. 46. & deinceps in 50. ubi de variis Rabbinorum, Josephi, Aristea, Philonis, Christianorum judiciis* על תמונת קצת בגדי הכהנים *Lex. Talmud. pag. 257.* c Vrim) *De quo Dissertat. Buxtorfii Centur. Theolog. pag. 104. Fag. Exod. 28. 15. & 29. Exercitat. Anti-Morin. pag. 84. Rabb. Myll. pag. 75. Schikh.*

respiciebant; ipsa etiam d *reverentia* conjugii, & interdictum tangendi e *mortui*, sanctitatis eum monere debuit; ita legis violatæ *reus* f *mortis* peragi poterat. In *rebus* tum instrumenta sacra, tum *modus* cultûs spectandus. *Instrumenta* tum *generalia* erant, tum *specialia*. *Generalia* g *tabernaculum* & templum cum urbe. In *tabernaculo*, h *typo* i *creationis*, servabatur k *arca*, quæ l *unico* tantùm fuit sub templo m *primo*, in qua n *urna* aurea continens o *Manna*, Virgam Aharonis, & tabulam *fœderis*, p *altaria* cum q *igni* sacro, mensa, cui panes r *pro-*

Jus Reg. c. 2. Cun. pag. 123. 199. To ... annal. a. M. 2544. Marin. Arc. Noa pag. 14. Meor. En. pag. 157. 158. & 150. a, b, c d Reverentia) *Neque enim ei licuit ducere vel* זונה *quam definiunt;* כל שלא היתה בת ישראל *vel* חללה *profanam; i. e.* מנולדה מעשולי כהנה כגון בת אלמנה מכהן גדול *Ejusmodi autem profana æstimabatur vel ex lege, vel Rabinis, vel erat dubia, Chinn. pag. 110.* e Mortui) *Cujus ne quidem tabernaculum fuit ausus ingredi, indicio, cum rerum terrenarum curam deposuisse omnem ib. 111.* f Mortis) *Et quidem gravioris, quàm Sacerdos laicus, ib.* g Tabernaculo) *Heb.* משכן & אהל מועד h Typo) *Vasa ejus typicè omnia explicantur à Cabbalistis; Vide Buxtorf. de Arc. pag. 107. 82. Nizzach. pag. 43. Cos. pag. 60. Akid. Iizh. pag. 130.* i Creationis) *Ita Ceseph. Mez. pag. 90. & 98.* k Arca) *De qua multa apud scriptores Hebræos & Christianos; Vide Buxtorf. Dissertat. de Arca Cur portanda super humeros More P. 3. c. 45. coram ea positum candelabrum. ib. de ejus operculo Lex. Talmud. 2060. Nebucadnezar eam abstulit; tandem Romani. Ralb. Myll. pag. 481. Vide & 463. 477. Cath. Orth. Riv. Tract. 1. q. 13. pag. 240. Præsertim Buxtorf. integra eáque prolixa dissertatione de arca fœderis, secundum omnia causarum genera.* l Vnica) *Quanquam duas alii statuant, Mosis & Bezaleelis id. pag. 32.* m Primo) *In templo enim secundo non fuit id. 181. nec tempore Messiæ restituenda ib. 205. quia typus Christi, pag. 149. 150.* n Vrna) *Ita enim Apostolus Heb. 9. 1. 2. de cujus loci, difficilis satis, explicatione, consulatur idem, pag. 57. &c.* o Manna) *De Etymo & substantia vide ejusd. Dissertat. & Fasicul. Disput. Heidelbergens. p. 220.* p Altaria) *In atrio erat tum altare holocausti, tum suffitus; in sancto verò altare thymiamatis, vide Drus. in Pentateuch. pag. 353.* q Igni) *qui*

r *propositionis* imponebantur, & labrum æneum. Sedem f *aliquoties* mutavit, donec tandem in *templum* deponeretur Hierosolymitanum, quod t *duplex* erat (de u *Ægyptiaco* non loquimur) Solomonis & Zerubabelis: Herodes x *restaurator* potiùs Ædis, & amplificator secundæ dici potest, quàm author tertiæ, à quo tamen multum illi y *splendoris* accessit. Ezechielis ne z *ipsi quidem*, tempore Messiæ, extructum iri credunt, etsi a *tertiam* expectent ædem. Partes templi generales tres erant atrium, tum b *Gentium*, tum c *mulierum*, Sanctum, & Sanctum Sanctorum. De ejus variis d *nominibus*, e *vasis*, f *structura*,

---

arca propitiatorio incumbebat; de cujus materia, origine, duratione. Vide Buxt. Dissertat. de hoc igni; Synagog. Judaic. pag 37. r Propositionis) *Vide Jus Heb. pag. 122. finem hujus instituti se ignorare ait Maimonid. ib.* f Aliquoties) *Erat enim 1. in deserto, ubi extructum fuit. 2. In Chananaa Jos. 22. Act. 7. ubi collocatum erat in Schilo. 3. Corruptarelig. alio ... que alio fuit translatum; unde fuisse legitur Nobi, 1. Sam. 21. postea Gibeoni; Unde Canon Seder Olam pag. 7. b.* אהל מועד שעשה בצלאל ומנוחה שלחן ואש שירדה בימי משה היו בבמה בגבעון *Vide L'Empereur Præfat. in Midd.* t Duplex) *Duo tantum esse fusè probat idem ib. & Seld. Syned. P. 3. pag. 219.* u Ægyptiaco) *Hoc Hebræi* בית חוניו *appellant.* x Restaurator, *ib.* y Splendoris) *Vide Schebh. Jehud. p. 365. 353. Cun. p. 244.* y Ne ipsi quidem) *Hoc enim rationibus negatur in Akid. Iizh. p. 135.* z Tertiam) *Vide Cun. pag. 148. 247. Juchas. pag. 32. a.* b Gentium) *Ligtf. Chorograph. pag. 58. Midd. 7.* c Mulierum) *id. p. 16. 67. Ligtf. pag. 60. in quo domus hauriendi, de qua Lex. Talmud. R.* שאב d Nominibus) *Vocatur enim 1.* מעון *Habitaculum, q. præsentiam suam ibi Deus manifestet; Lex. Talmud.* עון *2.* בית בחירה *Domus selecta. 3.* בית עולמים *Domus seculi: Drus. Quæst. pag. 77. 4.* בית המקדש *Domus sancta. De nominibus templi Hebræorum & Arabum vid. Seld. Syned. 3. pag. 148.* e Vasis) *De receptaculo eorum Cod. Midd. pag. 47.* f Structura) *An Asmodæus ædificium illud juverit; Itin. pag 57 ubi extructum; Cos. pag. 12. in umbilico terræ Nizzach. p. 49. Vide etiam Schebh. Jeh. p. 15. De ligno ex quo templum structum; Seld. Lex. Talmud. pag. 679. Cur extructum; Maimonid. P. 3. c. 45.*

ctura, g *altari*, h *annulis*, i *portis*, k *labro*, l *conclavibus*, *mensis* m *lamina*, n *præstantia*, *significatione* o *cœli*, p *typica*, durarione q *primi* & r *secundi*; hujus s *devastatione*, t *causa* devastationis, ejusdem u *recordatione*, deportatione vasorum, excellentia supra x *Samaritanum*, cultu y *Muhammedanorum*, z usu *Musices* in templo, a *irrito* restaurandi conatu, b *differentia* inter templum

g Altari) *De quo prolixè Midd. pag. 8[illegible] 101.102. 96. Ligft. Chorog. pag.67. Cur non ex lapidibus cæsis extr[illegible]end. im Mor. P.3.c.45.* h Annulis) *Midd. pag.118.119.169.172 [illegible]igft.67* i Portis) *Porta atrii juxta Josephum sunt decem; Midd.15. juxta alios septe[illegible] 14. ex sententia R. Jose tredecim; pag. 72. aquilonar[illegible] 77. Speciosa quæ 55. 56. Nicanoris Ligtf.52. miraculo celebris ib. & 64. de reliquis portis, 65. Schebh. Joh. pag. 367. Nicanoris 368. Cipp. Heb.* k Labro) *De cujus capacitate id. p. 67. Lex. Talmud. p. 1033. Mid. p.122.* l Conclavibus) *In latere australi erat conclave ligni, scaturiginis & Gazith; in Aquilonari conclave s[illegible], [illegible] parva, lavatorium: Midd. c.5. Id.3. Maimonid. Beth. habb. c.5. Plura de con[illegible] varius cultrorum, secretorum, supellectilis, vid. Lex. Talmud. pag. 773. 838. Seld. Syned. P.3.184. Ligtf. pag.63. Schebh. pag.362.* m Mensis) *Ad altare; Midd. pag. 170. 172.* m Lamina) *Heb.* כולה עורב *Prohibens corvos; Ferrea erat unius cubiti, supra loricam posita, ne nidulari possent in templo corvi.* n Præstantia) *De qua præter cæteros, prolixè in Schebh. Jeh. p.350. Epistola de ea consulis Romani Schalsch. pag. [illegible].* o Cœli) *Schebh. pag. 361.* p Typica) *De typis templi & omnium vasorum; Vide tractatum nuperum R. Nathan Spirensis,* טוב הארץ *pag.39. &c. Vide etiam Akid. Iizh. pag.135. a. 139. a. 140.* q Primi) *Quamdiu steterit Nizz. p.183. Baal. Tur. Genes.15. stetit* ת *annos* r Secundi) *De annis templi secundi; vid. Meor. En. pag.117. a. Mylk. Rabb. pag.238.* s Devastatione) *Hist. Ecclesiast. S.1. S.1. p.18. Schalsch. pag.108.* t Causa) *Quam nonnulli fuisse volunt relationem Exploratorum Num. Ces. Mez. pag.182. alii profanationem Sabbathi Synagog. Jud. pag.278.* u Recordatione) *Ut hac ratione humilitatis moneantur Ces. Mez. pag.184.* x Samaritanorum) *Schalsch. p. 104. Nizzach. p.118. De hoc templo vide etiam Cuz. pag.137.249.* y Muhammedanorum] *Qua de re alibi.* z Musices) *De ratione Veterum He-*

plum primum & secundum : de c *cherubinis* : *suggestu* d *sacerdotali*, lapide e *fundamenti*, f *arcis* eleemosynariis, instrumentis g *Musicis*, h *tubis*, variis i *fontibus*, k *focis*, videndi sunt, qui de Templo ex l *professo* scripserunt. Vrbis Hierosolymitanæ *nomen* magnificum erat, non minùs à m *Iudæis*, quàm n *Muhammedanis* sanctitatis (quo tamen nomine loca n *religionis* ergo frequentata etiam intelligunt) axiomate celebratum. De ejus o *nomine*, origine, situ,

---

Hebræorum Musicæ Vide Buxt. ad Cos. pag. 407. De usu ejus in templo [illegible] *145. 150. a. ubi multa de utraque Musica.* a Irrito) *Terræ enim motu iterum concidit Schalsch. pag. 109. Histor. Eccles. S. 4. S. 3. Pro ejus tamen restitutione quotidie precantur, Synag. Iud. p. 155.* b Differentia) *Quo sensu secundum habeatur præstantius Nizzach. pag. 141. 142.* c Cherubinis) *De quibus* Bibl. Orient. pag. 290. d Sacerdotali) *In quo populo benedicturi sustulerunt manus, El. Tisb. è quo Esra reversus primum* [illegible] *buit, Schalsch. pag. 101. b. Hebræi ignota voce* אמבטה *appellant; Syn. pag. 218.* e Fundamenti) *Heb.* אבן שתיה *de quo prolixè Lex. Talmud. pag. 2541.* f Arcis) *Heb.* קופה שלצדקה & נדבה *& pro pecuniis Ecclesiæ* שופרות *De illis vide Lex. Talmud. pag. 2095. & rad.* נדב *El. Tisb. Drus. Quæst. 16. pag. 115. Gomar. de Sabb. pag. 78. de hac Lex. Talmud. p. 2506.* g Musicis) *Cujusmodi varia erant, cornu simplex & rotundum, quorum illud naturale erat, hoc artificiale ex membris conjunctum; Lex. Talmud pag. 816. voc.* קרן & טוט h Tubis) *De quarum forma & usu Lex. Talm.* שפר i Fontibus) *De fonte Etam. Cipp. Heb. p. 10. Midd. 123. de fontibus subterraneis ib. 109.* k Focis) *Heb* בית המוקד *Cujusmodi duo fuerunt loca in templo, alter focus magnus, alter parvus. Lex. Talm. pag. 975. Midd. pag. 84. 95. 28.* l Ex professo) *Talmud. Cod. Midd. Maimonid. Beth habb. Joseph. Villalp. Capell. Schebh. Jeh. pag. 350. &c.* m Iudæis) *Vocant* מקדש *quod circumjacenti regioni* (מדינה) *opponunt.* n Muhammedanis) *Qui & ipsi Hierosolymam vel* אלמקדס *appellant, Seld. Synag. 3. 162. vel* בית אלמקדס n religionis) *Cujusmodi aliquot mentio fit Itiner. Benjamin. pag. 76. 78. 79.* o Nomine) *Vide Disput. de Melchized. Heidm. Palæst. Jacob.*

p *regminis* varietate, q *sione*, nobilitatibusque tum in ea, tum in Arca, Bezetha, Millo ædificiis fontis Gihon, qui & Siloam, urbis Cingulo, monte Moriah, portis, antemurali, aliisque locis memorabilibus plena Hebræorum & Christianorum sunt commentaria. Ipsius denique *terræ* r *prærogativam* speciosè ubique exaggerant.

Sectio II. De *sacrificiis* & *suffitu*. Sacrificiorum materia amplissima est; Compendium tamen daturi ante omnia commendamus Philologiæ Studioso nomenclaturam Technologicam, ut sciat, quid generaliter a קרבן, b זבח; quid c עולה holocaustum, d חטאת pro peccato, e אשם pro reatu, f שלמים pacifica (quæ & g תודה) quid h כבש & כבשה & אמרים, quid צבור k מנחת & יחיד l מנחת, quid m מנחת נדבה, quid n עבודה

Justin. Geograph. terræ Sanctæ. p Regimine) *Abarb. in Daniel. Dispat. de Melchised.* q Sione) *De his & sequentibus consulantur imprimis Heidman. & Ligft. Horog. Hor. c. 21.* Prærogativam) *De qua supra; & ex professo Nath. Spira in* ארץ, *libro, de* סגולת ומעלת ארץ ישראל

a. Oblatio. *H. b.* קרבן *quod generale nomen est, omne id significans, quod Deo quocunque modo offertur. Quo primitias etiam referunt. Omnes autem classes sacrificiorum hoc modo dictorum tam generales, quàm specialis ordine recensentur Port. Mos. pag. 259. &c. De duarum potissimum sacrificiorum specierum necessitate & usu Akid. Izh. pag. 153. a. ubi cont. Maimonid.* b. Mactatio) Græc. θυσία *pro sacrificio tamen sumitur.* c Holocaustum) *Cujus descriptio, & modus offerendi Jus Heb. pag. 143. Port. Mos. pag. 260.* d Pro peccato) *Jus Heb. 128. & 161. 184.* e Reatu) *ib. 184.* f Pacifica] *ib. 187. ubi de materia ejus & adjuncto occupato. Port. Mos. pag. 261.* g Todah] *Confessio: de quo vide Port. Mos. pag. 278. Fag. Lev. 7. 1.* h Cebes] Agnus agna; *de hac & cæteris vocibus, quibus materia exprimitur sacrificii, ut,* איל עז עגל, פרים *ib. pag. 263.* i Immurim] *Partes sacrificiorum, quæ super altari comburuntur; ib. 261. 263. Lex. Talmud. pag. 124. Jus H. b. pag. 185.* k Munus integri cœtus) *Jus Heb. pag. 145. Port. Mos. pag. 263.* l Munus singulare] *Port. Mos. pag. 429. 468.* m Spontaneum) *ib. 433.* n Hirci] *Offerendi ob errorem in re-*

קרבן יחיד, qui aliàs פר o העלם של צבור quid ישעירי n עבודה
פרנ הבא עלכל המצוות התורה quid קרבן יחיד p *simile* o sive analo-
logum קרבן צבור quid q תלוי קרבן אשם & ודאי r אשם quid ויורד
f קרבן עולה, quid מלואים, sacrificium t *consecrationis*: quid המצים
u קרבן, quid קדשים, x קדשי quibus opponuntur קלים y קדשים
quid z מוקדשים, quid a מוכס quid b מזאזל, quid c חנחה גדולה &
קטנה, quid עלה ראייה, הגיגה, & שלמי שמחה quæ d *tria* solen-
nia festivitatis sacrificia sunt: quid קופיא e כפרה, quid f כליל, הקדש
g בשר. Et siquæ sunt alia. Postea etiam diligenter expendat sacrifi-
ciorum causas tum internas, tum externas. Ex illis *materia* primo loco
occurrit: quæ, sunt vel animalia, vel fructus. Illorum respectu עולה
holocaustum horum מנחה munus (quod vel integri erat cætus, vel sin-
gularum personarum) dicitur; quod quidem posterius iterum vel *cum* h *sa-
crificio* igni absumebatur, vel seorsim offerebatur. Ex animalibus pro holocau-

 sto

rebus ad Idololatriam spectantibus; *ib.279.* n Iuvencus, *cum latuerit res à cætu*) *offerendus, si* [illegible] *is* (*extra Idololatriam*) *præceptis erraverit* [illegible] *cum consilium, tunc talis bos est offerendus, qui sic vocatur, quod initio textus habeatur: Et latuerit res. ib.280.* o Iuvencus, qui ob omnia præcepta offertur) *ib.280.* p Simile) *Quale sacrificium Paschatis, ab uno quoque 14. die Nisan immolandum, nec non juvencus in sacrificium pro peccato; quem offerebat Sacerdos die Expiationis; Sic autem vocantur, quia Sabbathum & immunditiem utrumque pellit, juxta regulam pag.* 281. q Suspensum) *Jus Heb.pag.*158. r Confessatum) *Ib.pag.*161. s Ascendens) *Ib.pag.*153. t Consecrationis) *Vide Lex. Heb. Buxt.* מלא u Lignorum) *Cuz. pag.* 236. x Sanctorum] *Jus Heb. pag.*183. *Lex. Talmud.* קדש y Leviora] *ib.Chinn.pag.*179. *Erant hæc* שלמים *Mor.P.3.c.46.* z Sanctificata] *Lex. Talmud.* קדש a Addititium ἐπίμετρον) *id. pag.* 264. 267. b Azazael] *Hircus emissarius, de quo prolixè Saad.pag.* 23. *Faq. Lev.* 16. 8. *Nizzach.pag.* 54. 44. *Lex. Talmud.pag.*649 *Ligtf.Hor.*59. c Magna) *De utraque Schyl. Ar.pag.*41.*b.* d Tria) *De quibus Port. Mosaic.pag.*276. e Levis) *Alteri sacrificio quasi annexa & supernatans; Lex. Talm.pag.*2085. f Omnimoda absumtio) *Occurrit Psal.* 51.*vers.*21. *quæ an idem sit cum* עולה *vid. Kimch.l.c.* g Caro) *Ita sacrificiorum caro vocatur; Lex. Talmud.pag.*329. h Cum sacrificio)

sto, sacrificio pro peccato, reatu, in pacificis offerebantur i *quinque* potissimùm species: oves, boves, capri, turtures, columbæ. Ex frugibus simila, vinum, oleum, sal, thus. Mel abesse debuit; cui k *utrique* suas rationes esse volunt. In l *holocausto*, sacrificio Eucharistico, adhibita fuit libatio; pro peccato & reatu (uno & altero casu excepto) non item. Ita sacrificium totius cætus m *fæmellam* nullam admisit; sacrificium contrà privati, materiam sexus fæminei, n *tribus* exceptis, Regis, ubi errayit errorem, qui ex ignorantia commissus excidii merebatur pænam: sacrificio ob peccatum definito, & juvenco omnium præceptorum causâ oblato; juvenco denique expiationis. Ex sacrificiis totius cætus pro peccato nullum est, quod speciem o *ovillam* admittat, ut nec holocaustum caprinam. Contra in privati munere non erat locus [illegible] bovillæ, excepto juvenco omnium præceptorum nomine oblato, & eo, qui Expiationis die immolabatur. Respectu formæ sacrificia alia fuerunt cremata, alia Sacerdotali p *prosapiæ* in cibum cesserunt, ut sacrificia pro peccatis omnia, exceptis sequentibus, hirco expiatorio, ἀποπομπαίῳ, hircis idololatriæ causâ offerendis, & juvenco ob peccatum, quod committentem latuit. Ratione causæ efficientis distingui poterunt in universalia, integri cætus, q *triplicia*, vel singularia certarum personarum; quorum *quinque* erant species; vel alterutri r *analoga*: in liberâ item & necessaria. Respectu finis divi[illegible] ebant[illegible] Eucharistica, & expiatoria. Hæc oblata erant vel pro omnibus vel pro certis peccatis: illud *holocaustum*, totius victimæ combustione peractum dicebatur, hoc *redimens*, quod iterum vel pro *peccato*, vel *reatu* offerebatur. Sacrificio pro *peccato*, expiabatur peccatum errore aut ignorantia commissum: pro *reatu* verò scienter quidem sed ex infirmitate patratum. Ad hoc genus etiam pertinebat vacca t *rufa*, quæ & חטאה dicitur. Eucharistica sive pacificatoria gratitudinis testandæ nomine oblata peragebantur aut muneribus tanùm, quod cibo, potu, oleo, sale, thure constans, liberum dicebatur; hoc verò ex pinguedine tantùm victimarum incensione, aut animalium quoque mactatione cum libatione expediebatur. Illud hostia pacificorum, hoc sacrificium laudis appellatum fuit. Locus sacrificiis destinatus generalis erat Hierosolyma, & ipse quidem, mons u *Moriah*;

Port. Mos. pag. 423. i Quinque) *id.* k Vtrique) *Cur mel abesse debuerit Mor. Nev. p. 3. c. 46. cur adesse sal, vinum, cur Mincha oleo & simila miscenda P. 3. c. 46. ubi plura de ratione sacrificiorum.* l In holocausto) *Port. Mos. pag. 424.* m Fæmellam) *id. pag. 282.* n Tribus) *id. pag. 282...* o Ovillam) *id. pag. 283.* p Prosapiæ) *ib. p. 260. 428.* q Triplicia) *id. ead. pag.* r Quinque) *ib. pag. 429.* s Analoga) *Cur sic dicantur p. 281. 263.* t Rufa) *Rationem ostendit Mor. P. 3. c. 47. Confer Saad. pag. 25. Negant hanc materiam vel Solomoni*

u *Moriah*; specialior x *templum*; holocau[illegible] extra y *atrium* offerri non debebant. Cætera sacrificiorum requisita, z *tempus*, a *præparatio* ad sacrificandum, sacrificiorum b *finis*, c *significatio*, d *duratio*, abolitio *per* e *Meßiam*, excellentia sacrificii f *Eucharistici*, peculiaris g *phraseologia* hirci menstrui, h *successio* precum, i *celeusma* sive excitatio Sacerdotum ad mactandum huc spectant. *Denique* ad hanc theoriam ἀιτιολογίαν etiam pertinet, quâ Iudæi & sacrificiorum & circumstantiarum k *penè* omnium reddunt rationem.

Sacri-

---

per se [illegible] *fuisse. soli Mosi*, *Chinn. pag. 152.* u Moria) *ib.pag.285.* x Templum) *Chinn.pag.173. a. antea nulli loco adstringebantur. id. pag. 40.* y Atrium) *Extra hoc holocausta non erant offerenda, Chinu.pag.173. a.* z Tempus) *Vel ordinarium sive quotidianum, Port.Mosaic.pag.264. matutinum & vespertinum Chinn.pag.155. b.sive annuum. ut Paschatis, & expiatorium. Port. Mosaic. pag.261.* a Præparatio) *Nec enim cum* [illegible] *requirebatur*; *Chinn.pag.197.a.* b Finis) *De* [illegible] *scopo sacrificiorum in V. T. vide Nizzach. pag. 51.quo sensu Deo grata 52. Tesch. Lamz. pag. 13. fin. & 14.Confer Saad.pag.23.* c Significatio) *Ex mente recentiorum Judæorum Jus Heb.pag.120 Chinn.pag.40. Kimch.Psalm.51. Jerem.1. 11. Non primariò, sed secundariò intendi usum sacrificiorum prolixè Mor. P.3. c 32.* d Duratio) *Propter peccata autem esse amissa Port. Mosaic.p. 251.* e Per Messiam) *Vide Rabb. Myller.pag.680. Confer etiam pag. 357.Maimonid.Vorst.pag.58.* f Eucharistici) *Deo pro reliquis grati Ceseph.Mez.pag.71. Solius proinde duraturi, Lex. Talmud.pag.222.* g Phraseologia) *Vocatur enim peculiariter sacrificium pro peccato Domino: cujus rei rationem vid.Mor.P.3.c.46.* h Cætera) *Ut sunt nullum offerendum animal, quod maculam habet sive* קבוע *sive* עובר *Chinn. pag. 194. b. Non permutandum quod sacrificio semel destinatum ib.pag.135.136. & 185. a.Vide etiam p.139. 140.* h Successio) *De qua Primit. Heidelbergens.p.311.de* תפלת מנחה *Schyl. Ar.pag. 41. Rabb. Myll.pag. 381.* i Celeusma) *Conceptum verbis,* ברק ברקא *Corruscat corruscatio*; *Lex. Talm.pag.383.* k Penè) *Fatentur enim, sibi rationem ligni Cedrini, Hyssopi & Cocci vermiculi in vacca rufa, Fasciculi Hyssopi in Paschate non constare, More*

Sacrificiis affinis est cultus externi species l *tertia*, suffitus nempe, cujus peculiaris fuit m *conditura*, ita cùm instar n *columnæ* in aërem se gerens maximè probabatur. Qua in re o *Abtinasi* familiæ palma defertur.

Sectio III. De *circumcisione*, *baptismo*, totáque adeóque καθαρσμῶν sive *purificationis* materia: Pauca de *agno paschali*, aliisque signis mnemonicis, *phylacteriis*, *fimbris*, & Mezuzoth sive *segmentis postibus affixis*. Circumcisio Iudaismi a *character* est, ex profanorum etiam scriptorum judicio, qui recutitos, & apellas eos vocant. Eam Hebræi alias b *fœdus* circumcisionis, & c *sigillum* Domini appellant. Causam efficientem principalem agnoscunt c *Deum*; qui *non* d *Adamo*, sed Abrahamo eam primùm tradidit: instrumentalem [illegible] f *patrem familias*, jubentem & exequentem, aut g *certum* [illegible] exequentem tantum: fœminam h *pauci* admittunt, i *plerique* rejiciunt: Promoventem k *synedrium*, vel Ducem populi, cui cura exequendæ circumcisionis incumbebat: Approbantem, l *Eliam*, & testes, quos m סנדקין nuncupant. Passivam

---

P. 3. c. 47. l Verria] *Tres eni[illegible] dicuntur species cultus divini externi: Thes. Philolog. p. 3.* m Conditura) *h.* מעורב *constans ex undecim aromatibus, de quibus Lex.* פ *&* קטר n Columnæ) *Unde &* עשן תמרות *columnæ fomi dicuntur Lex. Talmud. pag. 1717. &* תמר o Abtinasi) *Talmudici. Domus Abtinas exercitata erat in confectione suffitus, sed noluit quenquam id docere. Id. Ib. & p. 11.*

a. Character) *Quem etiam maximi faciunt; Vide Præfat. Synag. Jud. quam auctiorem propediem habebimus. Confer Schebh. Jeh. pag. 94. Ceseph. Mez. S. 30 & S. 43.* b Fœdus) *Sanhed. Cocc. pag. 204. Confer Cos. pag. 25. a.* c Sigillum) *Nizzach. pag. 19. ut Apostolus Rom. 4. v. 11.* Σφραγῖδα δικαιοσύνης. d Non Adamo) *Hoc cur factum sit, Nizzach. pag. 19. volunt tamen circumcisum natum:* e Deum) *Jus Heb. pag. 9.* f Patrem familiâs) *ib.* g Certum) *Qui* מוהל *hodie dicitur aut* מולל *vel* אומן *Lex. Talmud. pag. 119.* h Pauci) *Maimonid. Jus Heb. pag. 9.* i Plerique) *ib. Synagog. Jud. pag. 77. unde Av. Zar.* אשה לא בת מילה *& Schylch. Ar.* אין האשה חייבת למול את בנה *Confer Nizzah. pag. 19.* k Synedrium) *Jus Heb. pag. 11.* l Eliam) *Quem huic actioni interesse volunt, unde & ceu Angelo fœderis, Nizzach. pag. 19. solium ei parant. Synagog. 80. Nizzach. pag. 16.* m Sandekin, susceptores) *Vide Synag. pag. 79. de eorum*

[illegible] n *cultrum*, aut lapidem acutum. Vi[illegible] o *respuunt*. Materia est p *præputium*, sive caro præputii. Forma vel Essentialis est, vel accidentalis. Illa vel externa est, vel interna. q *Externa* iterum vel ἔνσεαφος, vel ἄνεαφος. Illa propriè dicta מילה, id est, circumcisio, præputii r *abscissio*. Ad ἄνεαφον referuntur tum dicta, tum facta. Facta sunt tum s *exsuctio* sanguinis, tum t *denudatio*, quam, Scripturæ verbis asserta, magnificiunt, tum rejectio glandulæ in scutellam arena repletam: Verba sunt tum y *Eucharistica*, pro receptione in fœdus, tum z *votiva*, ut circumcisus in viis Domini ambulet. Interna consistebat in mutua stipulatione, & obsignatione tum beneficiorum ex parte Dei, tum officiorum ex parte circumcisi, quo pertinent circumcisio cordis & obligatio ad observantiam Legis. Accidentalis hodie varia est. a *Finis* vel est, ex illorum mente, Physicus, vel moralis, characteristicus, consummatorius, exhortatorius. Subjectum Personæ, vel commune est masculus, apud Iudæos [ex reliquis b *Gentibus* quæ circumcisionem admittebant, Ægyptii, c *fœmellas* etiam circumcidebant] ab quo tamen genus etiam fœmininum, respectu rei significatæ, continebatur · vel proprium nempe vel domi natus, vel pretio acquisitus: Loci subjectum, Scriptura non definit. Hodie in d *Scholis* vulgò peragi solet. Ratione temporis in fœderatis debebat esse ὀκτωήμερος; non e *prior*, nec posterior,

officio Lex. Talmud. ם n Cultrum) *Jus Heb. pag. 9.* o Respuunt) *ib.* p Præputium) *Heb.* ערלה *ubi tamen illius, qui circumcisus natus, & cujus præputium* כבושה *dicebant, alia ratio. Lex. Talm. pag. 166.* q Interna) *Negant ipsi externo ritu omnia perfici, Nizzach. pag. 16.* r Abscissio) *De qua ib. Synag. pag. 82.* s Exuctio) *Heb.* מציצה *de qua ib. pag. 82.* t Denudatio) *Heb.* פריעה *ib. 83. Jus Heb. pag. 10. Lex. Talm. 1833.* u Scriptura) *Eliciunt hanc ex Jos. c. 5. Syn. pag. 85.* x rejectio) *De qua, ejusque fundamento, ib. pag. 87.* y Eucharistica) *ib. pag. 82.* z Votiva) *ib. 83.* a Finis) *De quadruplici hoc fine vid. Jus Heb. pag. 10. More P. 3. c. 49. Quo sensu circumcisus vocetur perfectus, præputiatus non item: Saad. pag. 23. Circumcisionem liberare ex gehenna Nizzach. pag. 120. Cad Hakkam. Alb. l. 4. c. 45. Confer Præfat. Synag. Scholasticè. de causa finali Akid. Iizh. pag. 44. & 47. Cun pag. 434.* b Gentibus) *Saraceni, AEthiopes, alii &c. Topog. Eccles. p. ult.* c Fœmellas) *Append. Gramm. Harmon. p. 201.* d Scholis) *Sive Synagogis; Synag. Jud. pag. 78.* e Prior] *More P. 3. c. 49.*

ſterior, niſi interveniente f *morbo.* g *Sabbathum* non impediebat. Proſelytæ h *præmittebant* μαθήτευσιν, ſive inſtitutionem, quam poſtea Sacramentum initiationis excepit, neceſsitate non i *abſoluta*, ſed hypothetica; eaque præcepti tantùm. k *profanus* violator excidii reus erat; de l *attracto* varia Magiſtrorum judicia. Cogendi tamen nulli aut inviti eo pertrahendi erant. Cum hoc Sacramento initiationis, Iudæi m *baptiſmi* etiam n *ceremoniam* jungebant, cui cum baptiſmo poſtea Sacramentali Chriſtianorum (quod tamen o *indignè* ubique Iudæi, à p *pontificiis* præſertim administratam, traducunt) magna affinitas tribui poteſt ratione cauſæ efficientis, materiæ, formæ, finis, ſubjecti. Ceremoniam illam baptiſmi inſtitutam tradunt ab ipſo Deo in deſerto; quamvis inde à diluvio alii accerſant. Materia eſt aqua frigida, & quidem ſcaturiens vel fluens. Peragebatur immerſione, factis interea quæſtionibus Catecheticis ad baptizandos, præſentibus teſtibus, & quidem noctu in flumine, aut ordinario purificationis receptaculo. Hæc tamen immerſio jampridem adeò molesta illis fuit, ut de ea abroganda cogitârint. Finis erat receptio in Iudaiſmum penaria, qua peracta

ubi ratio redditur, cur & in infantia peragi debuerit. & die octavo. f Morbo) *Synagog. Jud. pag. 88 89. Maimonid. Hil. Mill.* g Sabbathum) *Maimonid. Mill. c. 1. §. 8. 9.* h Præmittebant) *Ligtf. Hor. Heb. pag. 46.* i Non abſoluta) *Quæ de re conſuli debent, qui in Geneſ. 17. verſ. 14. ſcripſerunt. Eſra errantes vocat, qui propter ſolam privationem circumciſionis, toties intermiſſæ, tempore perſecutionum, alios damnant.* k Profanus) *De tali enim locus Geneſ. intelligendus; Jus Heb. pag. 11.* l Attracto) *Heb.* משוך *de quo Primit. Heidelbergenſ. pag. 88. Cun. pag. 427. Lexic. Talmud.* מ *Chinn. pag. 114. Hakſpan. pag. 475. Cocc. pag. 249.* m Baptiſmi) *Qui longè alius eſt à quotidianis ablutionibus; Seld. de jur. Gent. pag. 146.* n Ceremoniam) *De hac ex Hebræorum traditione prolixè agunt Seld. de Jur. Gent. pag. 141. &c. Ligtf. Hor. Heb. p. 40. &c. VVal. Matth. 3. Brevius Maimonid. Port. Moſaic. pag. 274. Schindler. Lex. Pentag. Et nos Diſput. de Baptiſ.* o Indignè) *Lex. Talmud. 1197. Rabb. Myſter. pag. 683. Nizz. pag. 1120. aquas apoſtaſiæ vocat.* p Pontificiorum) *id. pag. 159.* p Adeo moleſta) *Juxta Berach. fol. 63. Diebus R. Jehoſuæ ben Levi conati ſunt quidam extirpare hanc immerſionem, fœminarum Galilæarum gratia, eò quòd illæ præ frigore ſterileſcerent. Dixit iis R. Jehoſua ben Levi: Num vos illud tollere ſtudetis, quod*

pro genuinis habebantur Israelitis. Subjectum erant tum Israelitæ, tum ti, mares & fæminæ, ne quidem q *infantibus* exclusis; cum r *exceptione* tamen a. iqua. Rebaptizabantur s *rejudaizantes*. Non ignotam veteribus hanc fuisse cere moniam, quæ tamen postea non unam admisit accessionem, sub Iohanne, atis ex eo manifestum est; quod Iohanni Baptistæ populus Iudaicus, ad ndum emisso, non contradixerit: A quo tamen hodierni Iudæi t *longè* diverso sunt animo. Sed hæc aliæ sunt loci. Præter hunc baptismum, aliæ etiam ablutionum erant species tum legales, tum consuetudine introductæ. Quemadmodum enim multæ fuerunt pollutionum species (accuratiores u *undecim* numerant) ita ut vel v *vasis*, vel y *bestiæ*, vel z *Idoli* &c. contactu pollutio contigerit, vel hominem & vasa, si a *gravior* fuit; vel esculenta & liquores, si b *levior*, ita iis variæ opponendæ erant ablutiones. Difficilima autem hæc semper fuit doctrina, c *Prophetarum* etiam tempore, (cujus non obscura extant documenta etiam in d N.T.) ita ut fateantur, nec e *Talmudicos*, nec f *Academicos* omnia intelligere, (obscuritatem cumprimis prætendunt in materia de vacca g *rufa*) ita non longè abeunt à h *concessione* hanc aliquando legis partem oblivioni datum iri. Vnde & quæstiones, quid pollutio gravis, quid levis, quis i *primus* pollutioni, k *secundus*; quis Pater pollutionis; l *Pater* & filius

obsepit Israëli à transgressione? q Infantibus) *Qui cum parentibus plerumque baptizabantur, Ligtf. pag. 42. Quod contra Anabaptistas rectè idem observat, pag. 44.* r Exceptione) *Sic e.g. Si mater gravida, proselyta, fuit facta, filius baptismo non habet opus, quia sic cedit baptismus matris, Jevam. fol. 78. 1.* s Rejudaizantes) *Exemplum vid. Histor. Ecclesiast. Sec. 13. §. 6.* t Longè) *Primi enim illi, de eo loquebantur honorificè; posteriores & Johannem, & baptismum ejus blasphemè tractant, Tesch. Lamzajeph. pag. 24. 26. 27. 28. 29.* u Vndecim) *Port. Mos. pag. 288.* x Vasis) *Cujusmodi pollutionum octo sunt species ib. 293.* y Bestiæ) *Quid & quomodo bestiæ quædam polluant ib. 281.* z Idoli) *ib. 314.* a Gravior) *Heb.* טומאה חמורה *ib.* b Levior) *Heb.* טומאה קלה *ib.* c Prophetarum) *id quod idem fatetur ib. pag. 345.* d Testamento) *Joh. 3. vers. 25. Confer Primit. Heidelbergens. pag. 78.* e Talmudicos) *ib. pag. 343.* f Academicos) *ib. 345.* g Rufa) *Vide Mor. P. 3. c. 47. Saad. pag. 24.* h Concessione) *Ita enim intelligunt vetus dictum. Tempore Messiæ oblivioni datum iri legem; Ib. 352.* i Primus) *Heb.* ראשון לטומאה *ib. pag. 319.* k Secundus) *Heb.* שני לטומאה l Pater] *Heb.* אב נולד

filius quomodo differant; quæ *libaminis* ratio, quomodo vox קדוש n [illegible] *purum* etiam notet, &c? Pollutis autem quia o *templum*, atrium, p pa[illegible] ceptis, ingredi non licuit, ablutionibus via reparanda fuit. De mund[illegible] de terræ q *sanctæ* r *Hemerobaptismo* jam nihil dicimus. De agno Paschali qu[illegible] dam monebimus Sectione sequenti; ea tamen quæ ad collationem ejus cum C[illegible]ena Domini faciunt, s *alibi* dicta sunt. De cæteris signis μνημονικοῖς, t *Tota[illegible]bot* sive ligamentis fronti & manibus applicatis, earum materia, forma, usu; de u *fimbriis*, vestibus annexis, x *Mezuzoth*, sive pittaciis postibus &c. affixis, aliisque superstitiosi Iudaismi augmentis y *Iudæorum* ritualia consuli possunt; vel alii etiam z *christiani* scriptores.

Sectio.

הטומאה *de quorum differentia ib. 320. 323.* m Libamin's] *Heb.* נסך *quid sit ib. pag. 315. Lex. Talmud. & El. Tisb. Mitz Kat. pag. 14. Schalsch. 112. b.* n Imperium] *Port. Mos. pag. 347.* o Templum] *Chinn. pag. 141. ubi nomine* מחנה *exprimitur* p Pa[illegible]cis] *ib.* q Sanctæ] *Port. Mos. pag. 352.* r H[illegible]ba[illegible]t.] *Heb.* טבול יום *Ib. 320.* s Alibi] *Specim. Analys. sacræ ante hac editæ, Buxt. Diss. de C[illegible] Domini.* t Totaphot.) *De origine vocis Anal. P. 1. pag. 148. Matth. c. 23. 5.* φυλακτήρια *dicuntur.* u Fimbriis] *ib. v. eod.* x Mezuzoth] *Prop. postes; hoc loco Schedæ postibus affixæ.* y Iudæi) *De* טוטפות *(ut Scriptura vocat, Rabb.* תפלין *appellant) videatur Akid. Iizh. pag. 259. De materia, forma, fine, subjecto (neque enim mulieres ad hanc legem, quam liberam iis relinquunt, adstringunt) prolixè Maimonid. Hil. Teph. c. 1. 2. 3. 4. Chinn. pag. 163. Nizz. pag. 170. Schulch. Ar. pag. 6. Cos. pag. 22. De fimbriis sive* ציציות *Chinn. pag. 147. ubi traditur, esse quosdam, qui velint* טלית *(vide Lex. Talmud. Synagog. Jud.) esse vestimentum illud cui* ציציות *assuendæ. Differentia tamen ostenditur; fusa explicatione allegorica, quid in fimbriis illis color sibi velit, quòd fila non trahenda vel à Christiano, vel muliere. Custodire illa à peccatis. Akid. Iizh. pag. 209. Maimonid. Hil. Ziz. ubi prolixè de materia & forma. Sunt autem fila octo* משולשים *septem* לבנים *& unum* תכלת *vestis autem ejusmodi minimum constare debet* ארבע כנפים *Nizzach. pag. 36. Mezuzoth, quibus duæ inscriptæ Paraschæ* שמע & שמוע הנה אם *Maim. Hil. Tephill. c. 5. & c. 6. ubi de conditionibus agit, quæ in ædibus, ubi Schedæ ejus-*

[illegible]umodi affigendæ, requiruntur. Ejus ferè Methodum sequitur pag. 164. In templo sola porta Nicanoris nullam habebat [illegible] *eph.6.* z Christiani) *Vide Full. Miscell.l.5.c.7. Munst. Matth. 76. Lex. Talm.* פלל *Maimonid. Vorst. 73. Synag. Jud.p.134. Fag. Num.15.38. Hornb Tesch. Jeh. pag.*

Sectio IV. De *Festis Iudæorum* ἐπιφάνοις & ἀγράφοις, *itemque de Iejunijs.* Superest, ut de diebus festis aliquid addamus, quorum a *Karræi* non minus & Samaritani, quàm Rabbanitæ erant observantes. Distingui autem illi solent in ἐπιφάνες & ἀγράφες; & illi iterum vel *hebdomadarij* sunt, vel *menstrui*, vel *anniversarij*. Hebdomadarium festum Sabbathum (quod b *sponsa* c *regina* item appellari solet) cujus loco diem Solis d *christiani*, e *Muhammedani* diem Veneris feriantur. Vt autem observatio hujus diei f *rigidissimè* Iudæis [iisque g *solis*] fuit prescripta; ita h *superstitiosè* magis, quàm religiosè eum colunt. Vnde tot i *actus*, ritus & regulæ de Sabbathi k *vespera*, l *sanctificatione*, m *epulis*,

a. Karræi) *Hexaem. pag.139.* b Sponsa) *Unde* כנסת כלה *Ingressus sponsæ, i. e. adventus Sabbathi, qui in Synagogis quibusdam per æditum indicari solet, ut à laboribus abstineatur. Synag. Jud. pag.227. Ante hac in civitatibus Israëlis sex tubarum sonitu indici solebat; Maim. Hil. Schabb.l.6.* c Regina] *Syn. 227. Ib. Usser. Ignat. pag.18.* d Christiani] *De Sabb. Christ. vide Primit. Heidelb. p. 293. Lex. Talmud. 1384.* e Muhammedani) *ib. prolixè de Sabb. Muhammed. pag.371.* f Rigidissimè) *Et quidem duodecies, Chinn. pag.120.* g Solis] *Cocc. Sanhed. pag.274. an observatum fuerit à Gentilibus, Menasse ben Israël de Creat. pag.91.* h Superstitiosè) *Exempla habet Baron. annal. Tom.1.pag.3. Casaub. cont. Baron. pag.66. Munst. in Matth. 83. Synag. 272. 273. Schebh. Jeh. pag. 325.* i Actus) *Vide Maim. Hil. Schabb. Alb.l.2.c.11. Chinn. hinc inde* k Vespera) *Heb.* ערובתא & ערב שבת *Lex. Talmud.* ע *ubi ad futurum separabant Sabbathum Maimonid. Hil. Schabb.c.4. Chinn.pag.18.* l Sanctificatione) *Cujus duæ partes 1. Ipsa sanctificatio certis peracta formulis. 2. Separatio ejusdem à diebus profestis. Synag. pag.233. Schylch. Ar.*

m *epulis*, n *honore*, o *deliciis*, p *termino*, q *ingressu*, r *origine*, s *operib*
t *mixtione*, u *æternitate*, x *fine*, totoque adeò y *sabbathismo*, quibus li
rum Leiturgici plenissunt. Omnium Sabbathorum eadem ratio nisi què
καθ' ἐξοχὴν appellant z *magnum*. Menstruum festum sunt ipsæ ordin ariæ Ca-
lendæ, de cujus tamen constitutione a *Rabbanitis* & *Karræis* non conve it, aliis
calculum Astronomicum, aliis *φάσιν* lun e, cujus multa enarrant b *co*
urgentibus. Anniversariæ solennitates, què rum c *utilitatem* prolixè commen-
dant, vel majores erant, vel minores. Ex illis Pasc.a praecedit, quod geminum
erat, primum, die 15. mensis Nisan, & d *secundum* quod & parvum dicebatur.
In illo sacrificium (quo tamen extra terram e *carere* se jam fatentur) f *φρατρεία*
comedentium, modus g *mactandi*, h *assandi*, & eder i agni Paschalis, i *duæ*
vespe.

---

pag.48. m Epulis) *Tribus, Primit. pag. 214. Schylch Ar. pag. 44. a. Synag. pag. 223. 254.* n Honore) *De quo ib. 224. 22*. o Deliciis) *Primit. Heidelb. pag. 214. Synag. pag. 237.* p Termin.) *Jus Heb. p. 32. Synag. 246. Drus. Quæst. 23. El. Tish* ת *Tremell. Act. c. 1.* q Ingressu) *Heb.* כניסה *vel* כנסת כלה r Origine) *Primit. Heidelb. pag. 295. Cosri pag. 12.* s Operibus) *Suis classibus distinctis ib. pag. 310. Quædam pellunt Sabbathum Lex. Talm. pag. 523. officia charitatis Sabbatho permissa, Vorst. Maim. 62. etiam fuga licita; 60. Prophetæ licuit violare; 158.* t Mixtione) *Primit. pag. 331. Maim. Erub. Lex. Talm. pag. 2585. De concionibus Sabbathicis, Ceseph. Mez. p. 18.* t Æternitate) *Quæ defenditur Nizz. pag. 102. refutatur Rabb. Myli. pag. 694.* x Fine) *Vario; vid. Primit. ex Maim. pag. 303. More P. 2. c. 31. & P. 3. c. 43.* y Sabbathismo) *Heb.* שבות *de quo Lex. Talm. Cocc. Sanhed. pag. 286. Primit. pag. 330.* z Magnum) *Sic vocatur quod Pascha proximè præcedit; ratio Primit. pag. 294. Synag. 285.* a Rabbanitis) *Qua de re prolixè Abarb. ad Cos. Buxt. pag. 431. Hexaëm. pag. 156.* b Commoda) *Akid. Iizh. pag. 94.* c Vtilitatem) *ib. 269. a.* d Secundum) *Ab iis celebrandum, die 14. Iiar. qui primo adesse non poterant; quorum Catalogus Chinn. pag. 144. Liberè tamen illud possunt intermittere mulieres.* e Carcere) *Vid. Chinn. pag. 186. 187.* f *φρατρεία*) *Heb.* חבורה *extra quam de agno nihil licebat efferre; Chinn. pag. 17.* g Mactandi) *Qui planè typicus erat respondens crucifixioni Christi Buxt. de Cœn. Dom.* h Assandi) *To-*

vesperæ, tempus k *mutabile*, (unde & diversitas Paschatis l *christi* & Iudæorum, m *abolitio* fermenti, recensio n *Exodi* Ægyptiacæ, ἀπροσωπολημψία in o *celebratione*, p *frequentia* sacra obeuntium, cæteræ ceremoniæ Paschales, totaque, ut vocant הגדרה Leiturgia q *Paschalis* notanda: quo & Hillel sive hymnus, r *magnus* pertinet. Noctem Paschalem שמרים ליל s appellant. Clausul m festi עצרת sive t *interdictionem*; (ut de usu festi u *significativo* taceamus) quo termino tum aliæ claudulæ festales veniunt, tum ipsum etiam festum Pentecostes; quod quinquagesimo à Paschate die in memoriam legis latæ celebrabatur; aliâs solennitas messis & primitiarum dicta. Initium numerandi dies aliud x *Karræi*, aliud Rabbanitæ observabant. Et ipsi dies à Paschate y *præparatorij* censebantur ad receptionem legis, & sephirat z *omer* præcisè observata; Symbola autem vel Pædagogica ad a *mores*, vel b *futuræ* vitæ significativa

Totus assabaxer. Unde מקולס *galeati nomen, vid. Lex. Talmud.* ק *Confer R.* תרב *& Just. Mart. pag. 258. 259.* i Duæ) *Debebat enim mactari inter duas vesperas; Lex. Talm. p. 461. Fag. Exod. 12.* k Mutabile) *Vide Munst. in Matth. pag. 142.* l Christi) *De hac controversia antiquitus egimus Disput. de Cœn. Dom. Adde Munst. pag. 142. 143. Rabbin. Myll. p. 1285. Capell Ἐπίκριτ. pag. 36.* m Abolitio) *Quæ biduo aut triduo fit ante Pascha Syn. pag. 285. Nec festo Paschatis licuit quisquam tale edere; Chinn. pag. 186.* n Exodi) *In hoc enim argumentum quæsiverunt pro creatione Mundi; ib. 187.* o Celebratione) *Nullus enim hic personarum respectui locus erat; Schebh. Jehud. pag. 377.* p Frequentia) *ib. pag. 382.* q Paschalis) *Quæ separatim prodiit à Rittangelio. Lex. Talm. pag. 129.* r Magnus) *De quo Lex. Talmud. pag. 613. Dissert. de S. Cœna; à Psalm. 112. ad 118. exclus.* s ליל שמרים Noctem custodiarum) *Synag. p. 303.* t Interdictionem) *Rationem Etymi Chinn. pag. 120.* נקרא כן לפי שהוא סוף המון עדים *Confer Fag. Lev. 24. 15.* u Significativo) *Hac enim institutione tum creationem Mundi, tum Providentiam Dei specialem; Chinn. 144. tum Potentiam Dei exhiberi volunt; Akid. Iizh. pag. 183. Plura vide More P. 3. c. 46. pag. 483.* x Karræi) *sup. pag. 7.* y Præparatorii] *Vid. Cef. Mez. pag. 120.* z Omer] *Titulus petitus ex Levit. 23. vers. 16. Syn. c. 15. estque numeratio dierum 50. inter Pascha & Pentecosten.* a. Mores) *Ita, e. g. tradunt Deum numerationem septem septimanarum mandâsse, ut esset dispositio quædam ad*

cativa habebantur. Tertium festum tabernaculorum in decimum quintum mensis septimi incidebat; ipsum quoque ceremoniis varium, quibus ser c *spiritualium* populus monebatur. Ex minoribus solennitatibus erat tum initium anni d *civilis*, sive festum dd *clangoris*, præ e *cæteris* religiosè celebrandum; tum f *expiationis*, cujus præparatio, celebratio, usus, g *effecta*, concomitantia, gg *jejunium* præsertim & peccatorum h *confessio*, quæ solennis est, ex objecto per literas i *alphabethi* Hebraici facta, Azazaëlis, cujus penitentiæ ii *nullus* usus, dimissio, coloris m k *filo*, in signum vel remissionis,

---

purificationem animarum, unde & לבון הנשמה vocatur; Ceseph. Mez. p.116. Sephirat Omer hominem dirigere ut perfectionem Akid. Iizh. pag.183. Confer More P.3.c.43. b Futuræ) *Id quod Symbolis Pentecostalibus idem habet, pag. 187.b.* c Spiritualium) *id. pag.187. Fusius Chinn.pag.285. ubi de fine structi tabernaculi, collatione Symbolorum cum membris humanis* d Civilis) *Quatuor enim erant annorum principia, Chinn* dd Clangoris) *Quod incidit in diem mensis 7. quo, inflata tuba, ad pænitentiam excitaba Chinn. pag. 156. unde & Heb.* תרועה *fragor, sonus, à frangendo, quod hominem moneat* שישבור יצר לבו הרע בתאוה העולם ובחטאים e Præ cæteris) *Ceu monitorio ad refrenandas voluptates; Chinn. p.119.* f Expiationis) *Heb.* רפורים *aliâs,* זמן תשובה *Maimonid. Hil. Tesch. c.2. &* עשרת ימי תשובה *Dies decem pænitentiæ; Syn. pag.355. de quo compendiosè, pag.268. Adde Akid. Iizh. pag. 171.173. ubi de ratione, & cultu, hujus festi, de quatuor expiationum speciebus; de lineo Sacerdotis vestitu tunc usitato, ut sanctificationis moneretur plebs; Id.169.* g Effectu) *Hoc enim die peccatorum graviorum remissionem expectant; Nizz. pag. 55.* gg Iejunium) *Rabb.* κατ' ἐξοχὴν *dicitur* צומא רבא *Iejunium magnum; Hebraicè* ענוי, *quod Rabb.* אבור נפש *vocant, ut ita ad majorem devotionem excitarentur; permissa tamen certa erat* שיעור האכילה *quæ Rabbinorum authoritate mutationem aliquam subiit.* h Confessio) *De qua prolixè Leiturg. Heb.* κατ' ἐξοχὴν *Morin. de Pænit. pag. 705.* i Alphabethi) *Ut recensentur ib. pag.713.* ii Nullus] *Nullum enim hic agnoscebant opus operatum; Maimonid. Tesch. c. 1.* k In filo] *Vide Talm. Hierosolym. Jom. Omnibus diebus vitæ Simeonis justi*

nis, vel retentionis, diversa ratio; l *Gallus* expiatorius, notanda. Post plures annos recurrebant tum festum intermissionis (שמטה Hebraicè, quæ m *duplex* erat) tum n *Iubilæus*. Solennitates ἄχαρει vel tristitiæ destinabantur, vel lætitiæ; Illæ totum occupabant annum, ex certis occasionibus institutæ; vulgò o *jejunia*; in p *ordinaria* & extraordinaria, quibus utrisque suum tribuebant q *pretium*, distincta; ex his occurrunt festum r *Encæniorum*, gaudium s *legis*, & feriæ sortium, sive t *Purim*. Quæ alibi Iudæi de festorum numero u *senario*, causa x *efficiente*, y *formali*, variis festorum & profestorum z *nominibus*, operibus a *prohibitis*, aut in profestorum solennitati-

Vu bus

singula coccinea semper dealbuit, mortuo Simeone aliquando albuit, aliquando rubuit. Unde Ligtf. p. 59. Hor. l Gallus) *Synag. p. 356.* m Duplex) *Nempe* שמטת כספים & שמטת קרקע *inter quæ hoc discrimen, quod posterior, bonorum immobilium sit cum Jubilæo connexa: Prior etiam num superfit. Initium autem sumit sub finem dierum anni septimi ad occasum solis Chinn. 177.* n Iubilæus) *Quorum Judæi in terra Sancta 17. celebrârunt; Sed. Ol. pag. 6. f. 2. Plura Hosp. de fest. Jud. Full. Misc. 452. Cun. pag. 35. 38. 43. Anal. P. 1. pag. Chinn. pag. 121.* o Iejunia) *Quæ ordine recensentur in Taanith. apud Seld. de Syned. P. 3. pag. Hexaëm. pag. Drus. Epist. 117. 118. Hosp. Fest. pag. 26. Cun. 222. Cos. pag. 21. cum quibus solebat eleemosynæ conjungi; Cocc. pag. 206.* p Ordinaria) *Cujusmodi per septimanam erant bina; Luc. 18. 12. Drus. Epist. 67. Synag. 212.* q Pretium) *Vid. Cocc. 208. Synag. 392. De jejunio Sabbathi. Schulch. Ar. pag. 51.* r Encæniorum) *Heb.* חנכה *vel* הדלקת נרות *de cujus origine, non per Solomonem, sed Macchabæos instituta; eique succedente* Σκηνοπήγιος *festo videatur Seld. Syned. P. 3. pag. 200. Juch. pag. 15. a. Synag. 380.* s Legis) *Syn. pag. 374. Bechin. happ. pag. 13.* t Purim) *Syn. pag. 382. Confer. Ces. Mez. pag. 84. & 88. Lex. Talm.* שהי *& p. 324. & 2355. Hospin. fest. 27. a. Munst. 95. Tremell. Joh. 10.* u Senario) *Ita enim exprimitur Chinn. 119.* x Efficiente) *Cura enim festorum procurandorum incumbebat Synedrio Hexaëm. quorum judicio, etsi erroneo standum Akid. Iizh. pag. 182. b.* y Finalibus) *Ut sunt acceptorum beneficiorum* ἀνάμνησις, *& publica institutio Chinn. 117. In specie de singulis festis More P. 3. c. 43.* z Nominibus) *Dies festus*

bus b *concessis*, c *lætitia* in festis requisita, d *discrimine* observationis festorum, eorumque e *abusibus* traduntur, suo loco animadvertenda sunt. Christianorum & f *Gentilium* festorum obiter meminerunt; sed horum fere κατ' g ἐκφαυλισμόν.

CAPUT

---

dicitur. 1. יום מיוחד *singularis.* 2. יום טוב *bonus.* 3. מועד: *solennitates majores dicebantur* רגלים *Lex. Talm.* ר *Fag. Exod. 23. 13 Chinn. pag. 32. Conventus profestus, profanum tempus, solennitatis* חול המועד, *cui opponitur* מקרא קדש, *de utroque Port. Mos. pag. 84. 87.* a Prohibiti) *Certè toto festo Cippurim feriandum ea religione, qua in Sabbatho, non tamen sub eadem pœna: Chinn. c. 280. Quæ verò opera concessa Syn. pag. 309.* b Concessio) *Prohibebantur enim tantùm* מלאכת עבודה *opera servilia, non* הנאה, *ut cibum parare; Chinn. 117.* c Lætitia) *De qua Chinn. 178. a.* d Discrimine] *Remotiores enim duos dies servabantur, quia non satis certi esse potuerunt de φάσει lunæ, adeóque festo novilunii mensis Nisan, Chinn. 11. quæ consuetudo etiamnum obtinet; excepto novo anno Ib. De genuina observatione Paschatis vid. Synag. 312.* e Abusibus) *Nam & in Judaismo dies festos otio & voluptatibus potius, quam religione transactos, patet ex trito* דשתא רגלא *ulcus anni festum est; Lex. Talm. pag. 1538.* f Gentilium) *ut Calendarum, Triumphalis, Saturnalium, aliorumq., de quibus Lex. Talm. pag. 20. 44. 2133. 1466. Itiner. Benjamin. pag. 25.* g ἐκφαυλισμὸν) *Generaliter diem festum* איד *vocant Lex. Talm. 70. vel* חגא *Trepidationem; vel* שבר *fracturam Id. R.* חג *nunquam* מועד *Maim. in Mischn. Cod. Av. Zar. S. 1. Natalem* ניטל *Lex. Talm. 1336. Pascha* קסח *Diem Solis* יום נוצרי *vocant; Cocc. pag. 275. Lex. Talm. 1384.*

CAPUT IX.

Sive

APPENDIX

Controversiarum tam Dogmaticarum, quam casualium, circa Judæos & Judaismum.

HVc usque de universo Iudaismo θετικῶς sive *positivè*, ex ipsis, ut plurimum Iudæorum monumentis; nunc paucis videamus, quid κατ' ἀντίθεσιν, ad pleniorem Iudaismi notitiam ex Christianorum quoque libris observari possit. Ea autem vel *Elenctica* sunt, vel *casuistica*, vel *Historica*. Ad *Elenchum* ea omnia spectant capita, in quibus Iudæi à Christianis dissentientes prolixè confutati sunt, de *Lege* a *Orali*, b *Kabbala*, *authoritate Talmudis* c *divina*, Messiæ d *nomine*, e *adventu* in genere, Matre Messiæ, f *Virgine* nempe, g *ablato* sceptro, templo h *secundo*, ejusque i *destructione*, sacrificiis, k *Leviticis* l *oraculis* omnium abolitis, regno m *Davidis* perennaturo, aliisque, ex propria Iudæorum concessione, datis argumentis, Messiam n *pridem præstitum*; quanquam o *alium*, alii, p *signis* & prodromis fictum, non prædictum expectant: in specie, an Iesus Nazarenus sit *Verus* q *Messias*, de regno r *spirituali*, ejusdemque s *religione*, t *passione*, u *miraculis*, statu x *humiliationis* & y *exaltationis*, vocatione z *Gentium*,

a. Orali) *Quam ex professo refutat Hornb. Tesch. Jeh. pag. 57.* b Kabbala) *id. pag. 89. Rabb. Myll. pag. 1490. ubi quærit, an Christiani Judæorum adhibere possint Kabbalam?* c Divina) *Hornb. pag. 98.* d Nomine) *Myll. Rabb. pag. 87.* e Adventu) *Hornb. pag. 112. Voët. Disp. T. 2. pag. 51. Rabb. Myll. pag. 170.* f Virgine) *Myll. Rabb. 613. Hornb. pag. 222. Galat. Verit. Cath. pag. 227.* g Ablato) *Myll. Rabb. pag. 182. Alt. Schil.* h Secundo) *Rabb. Myll. pag. 238.* i Destructione) *id. pag. 253.* k Leviticis) *Abolitis, ad præsentiam Messiæ indicandam id. 353.* l Oraculis) *id. 423.* m Davidis) *id* n Pridem præstitum) *Argumenta vide in Myll. Rabb. 497. Jur. Reg. p. 184.* o Alium) *id. 181.* p Singulis) *id. 182.* q Verus Messias) *Hornb. pag. 208. Vorst. Maim. 138. 139.* r spirituali) *Hornb. pag. 241.* s Religione) *id. p. 260.* t Passione) *Myll. pag. 754. Gal. Arc. Rel. 238. L'Emp. Hal. Ol. Merito passionis, Gal. 253.* u Miraculis) *id. p. 233.* x Humiliationis) *Gal. p. 238*

tum, de a *peccato*, Messiæ b *Deitate*, Personarum c *Trinitate*, de d *officiis* & beneficiis Messiæ, de e *justificatione*, de f *Lege*, g *Conversione* hominis, de h *Tephillis* & Zizioth, i *juramento*, k *Sabbatho*, l *polygamia* & repudio, m *mendacio*, de n *extremis*, o *Resurrectione* mortuorum, p *ossiculo* לוז, q *Metempsychosi*, &c. In specie etiam vindicantur ab iis loca, de semine r *mulieris*, s *Abrahami* de magno t *Propheta*, semine u *Davidis*, septuaginta x *septimanis*, y *Bethlehemo* Ephrata. Exceptiones quinetiam Iudæorum contra Iesu Nazareni, z *Messiæ*, a *Deitatem*, b *nativitatem* ex virgine, c *genealogiam*, d *doctrinam*, e *miracula*, f *vaticinia*, g *Vitam*; contra h *Trinitatem*, authenticam librorum N.T. i *authoritatem*, k *consensum* cum libris V.T. operosè à nostris diluuntur, Quæ verò l *Pontificij* præter hæc Catholica Christianismi dogmata, ex m *Papatu* defendenda susceperunt, infeliciter satis, authoribus suis relinquimus. *Ex casibus* sequentes frequentissimè occurrunt, n *an*, & quibus o *conditionibus* inter Christianos Iudæi sint ferendi? an p *Scholæ*, Synagogæ, cultus publicus iis sit

---

Ut crucifixio; *id. 248. descensus ad inferos*; *id. 254.* y Exaltationis) *Resurrectio ib. ascensio in cœlum*; *id. 256. Sessio ad dextram*; *id. 217.* z Gentium) *Hornb. 267.* a Peccato) *id. 343.* b Deitate) *id. 5[illegible]9. Rabb. Myll. pag. 546. Vois. Theol. Jud. c. 5.* c Trinitate) *Rabb. Myll. Hornb. p. 375.* d Officiis) *id. pag. 413.* e Iustificatione) *id. 421.* f Lege) *pag. 446.* g Conversione) *ib. pag. 476.* h Tephillin) *id. pag. 493.* i Iuramento) *id. 499.* k Sabbatho) *ib. 513.* l Polygamia) *ib.* m Mendacio) *ib. pag. 499.* n Extremis) *ib. 534.* o Mortuorum) *ib. 550.* p Ossiculo) *id. 561.* q Metempsychosi) *id. 541.* r Semine) *Rabb. Myll. pag. 91.* s Abrahami) *id. 128.* t Propheta) *id. pag. 149.* u Davidis) *id. pag. 157.* x Septimanis) *id. 291.* x Bethlehemo) *id. p. 399.* z Messiæ) *Quem esse negant*; *object. vid. Tesch. Hornb. 293. Confer Nizz. 143. 144. 148. 155. vid. sup. pag. 92.* a Deitatem) *Galat. pag. 251. Rabb. Myll. id. 961.* b Nativitatem) *id. pag. 1000.* c Genealogiam) *id. 1017. Geneb. pag. 19.* d Doctrinam) *ib. 1047.* e Miracula) *ib. 108.* f Vaticinia) *ib. 1119.* g Vitam] *ib. 1127.* h Trinitatem) *id. 1150.* i Authoritatem) *id. 1263.* k Consensum) *ib. pag.* 1364. l Pontificii) *Galatinus præsertim*, *Genebrardus cont. Kimch. & Alb. Voissin*, *Theol. Jud.* m Papatu) *Ut sunt invocatio Angelorum & hominum Vois. pag. 55. Missa, Geneb.* n An) *Voet. P. II. pag.* 117. *Rabb. Myll.* 1385. *Thes. pag. 9.* o Conditionibus) *Hornb. pag. 25. Alt. Probl. p. 340.* p Scholæ) *Voet.*

sit concedendus? q *an*, quibusve r *mediis* Iudæi sint convertendi? Quæ conversionis s *impedimenta*? Quæ Iudæorum contra Christianismum t *præjudicia*? Qua u *Methodo* cum Iudæis disputandum? quibus x *principiis*? an ex y *Rabbinis* etiam & Talmude? an Talmud penitus z *abolendum*, Iudæi, a *relapsi*, apostatæ b *christiani* προδοσιαπτόντες ad supplicium rapiendi? an illæ etiam ceremoniæ, quæ cum nulla c *aperta impietate* conjunctæ, permittendæ? an d *conjugium* cum illis contrahendum? an e *testimonium* illorum contra Iudæos admittendum? f *convivia* illorum frequentanda? g *typographéa* concedenda? ædes illis pretio n *locandæ*? i *invitis* parentibus liberi baptizandi? k *Medici* eorum consulendi? l *usura* permittenda? eorum m *juramentis* quantum tribuendum? commerciorum n *communio* instituenda? an Christiani o *servilia* illis possint præstare munia? an ad Christianorum p *conciones* legibus adstringendi? an conversi ad munia q *publica* adhibendi? an & quomodo Iudæis r *conversandum*. Ad Historiam pertinent quæ habent de eorum s *multiplici* statu, & t *dispersione*, de decem u *tribubus*, earumque reliquijs, de

---

Rab. 1414. q An) *De Conversione Judæorum prolixè Voet. P.* II. *pag.* 124. *Hornb. pag.* 1. *&* 36. *Thes. Philol. pag.* 9. *In specie de conversione decem tribuum Voet. pag.* 123. r Mediis) *Ecclesiasticis & Politicis Hornb. pag.* 19. *Voet. pag.* 106. s Impedimenta) *Ex Papatu præsertim, Hornb. pag.* 16. *Thesaur. Philol. pag.* 9. t Præjudicia) *Ib. pag.* 11. u Methodo) *Voet. pag.* 138. *præsertim in Disputatione de Messia, Schikhard. Jus Reg. pag.* 184. x Principiis) *Hornb. pag.* 40. y Rabbinis) *Ib. pag.* 47. z Abolendum) *Voet. pag.* 110. *Primit Heidelbergens. pag.* 4. a Relapsi) *Voet. pag.* 114. b Christiani) *Id. p.* 112. c Aperta impietate) *Ut festum tabernaculorum, &c. id. pag.* 113. d Conjugium] *Id.* 114. e Testimonium) *id. ib. &* 121. f Convivia) *id. pag.* 115. g Typographea) *id. pag.* 115. h Locandæ] *Rabb. Myll. pag.* 1395. i Invitis) *id.* 1402. *Voet. pag.* 120. k Medici) *id.* 1434. *Thes. Philol. pag.* 11. l usura) *Rabb. Myll.* 1458. m Iuramentis) *id.* 1482. n Communio) *id.* 1485. o Servilia) *id.* 1473. *quod tamen nimis frequens est* p Conditionis) *Voet. pag.* 115. q Publica) *id.* 121. r Conservandum) *Hornb. pag.* 30. *Voet.* 116. s Multiplici) *De quo Voet. pag.* 77. t Dispersione) *Quadruplex ostenditur Hornb. pag.* 4. u Tri

x *rejectione*, de ratione y *regiminis* Ecclesiastici, Politici, Oeconomici, de variis z Sectis, a *Samaritanis* præsertim & b *Karræis*, c *Pseudojudais*, d *speciali* quorundam conversione, seu e *Semijudaizantibus*; de f *Pseudo Messiis*, &c.

---

bubus) *Voet. pag. 144. 146. 147.* x Rejectione) *id. p. 79.* y Regiminis Ecclesiastici) *id. pag. 81. Politici. 88.* Oeconomici, 91. z Sectis) id. pag 96. a Samaritanis) id. 139. b Karræis) id. c Pseudo Iudæis) id. pag. 94: d Speciali) *Hornb.* pag. 7. e Semijudaizantibus *Voet.* pag. 98. f Pseudo Messiis) *Jus Reg. 181. Hornb. pag. 209.*



PROGRAMMATA HEIDELBERGENSIA

a

JOH HENRICO HOTTINGERO, vel Rectore, vel Facultatis Theologicæ Decano conſcripta.

RECTOR
ACADEMIAE HEIDELBERGENSIS,
JOH. HENRICVS HOTTINGERVS
SS. THEOLOGIÆ DOCTOR, PROFESSOR, ET COLLEGII SAPIENTIÆ INSTAURATI INSPECTOR.

I

QUæ de Lethæis poculis ingeniosa finxit vetustas; superstitiosa magis sunt, quàm solida. Somnia quippe & suaviludia eorum, quibus

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas,

Ex ipso Paradiso, amœnissimo primorum mundi incolarum horto, fontibus limpidissimis irriguo, latices quoque derivamus Lethæos exitiales. Postquam enim Protoplasti triste felicitatis suæ naufragium fecissent, sexcentas illicò temeritatis & θεομαχίας luerunt pœnas. Imaginis divinæ relicta rudera, quid, quæso, sunt, quàm pristinæ libertatis, pristinæ lucis, pristini acuminis obscuræ quædam, & eminus micantes strieturæ? Atque ut de illis donis, quæ naturæ sphæram superant, nihil dicam, ipsius etiam Naturæ vires gravissimo Adami lapsu ita fractæ sunt & attritæ, ut intellectus quidem manserit; sed obtenebratus: voluntas manserit, sed depravata; appetitus inferior manserit, sed multùm à se mutatus, imò penitùs vitiatus. Promptitudini tarditas, memoriæ oblivio, acumini hebetudo successit. Quia verò Deus, qui potenti

ver-

verbo suo nos (venia detur commodo Tertulliani verbo) plasmavit, solus *figmentum nostrum novit, memor, pulverem nos esse.* Psal.103. v.14. adminicula q : ædam & subsidia memoriæ, earum potissimùm rerum, quas repetere Fœderatorum intererat, suppeditavit. Hoc olim scopo in V. Testamento institutæ erant variæ solennitates, non anniversariæ modô; sed & menstruæ, & diurnæ. Eodem collimavit operosa illa λειτουργία Levitica, quâ & præterita recolere, & futura oculis objicere Synagoga Judaica poterat. Nec aliud voluit Sacramentorum utriusque Fœderis ordinatio. Hos Pædagogos, contra *securæ poculum Lethes*, ipse [illegible]is Ecclesiæ suæ tradidit Legislator & Magister. Gentes cimmeriis immersæ tenebris eadem etiam anxiè, etsi læva mente, quæsiverunt compendia. Hinc tot apud Græcos & Romanos sacrificiorum genera, tot Ægyptiorum monumenta Hieroglyphica, tot universi Paganismi Numina, tot dies festi, usitatissima & ad vulgi captum maximè accommodata rerum gestarum μνημόσυνα, annua, vicennalia, tricennalia, secularia. Primas ferè detulerunt Ludis secularibus, sive, quòd seriùs redirent, sive, quòd divino Sibyllarum oraculo instituerentur, *cùm multa portenta fierent, murus & turris, quæ erant inter portam Collinam & Exquilinam, de cœlo essent tacta*; ut Varro scribit, alias enim Valerius Maximus, alias Zosimus horum ludorum pandit origines; sive denique, quòd ipsa se splendido & sumptuoso commendarent apparatu. Habet Christiana etiam Respublica Ludos suos seculares. Non revocat quidem sepultos cum ipso Servatore Hebræorum Jubilæos: Cessit umbra corpori, & typicus Israelitarum Jubilæus τῷ ἐνιαυτῷ δεκτῷ, *Esaj.61. Luc.4.* Sed nec Gentilium nobis placent hostiæ Seculares, non furvæ agnæ, caprigenúmque decus Dianæ, nec Terræ scropha: Non Jovis tauri candidi; Junonis nitida Juvenca; Apollinis Pæanes, Ditis Patris & Proserpinæ Ludi Tarentini in Campo Martio. Non exigit à nobis Deus hecatombas, non

lectisternia, non spectacula, non Histrioniam, non soccos, non cothurnos, non crepitacula, nec cætera, quibus ludi Romanorum seculares luxuriabant, nugamenta. Nihil nobis commune est cum insania Circi, cum impudicitia Theatri, cum atrocitate arenæ, cum Xysti vanitate. Nihil cum recentissimis & ramosissimis laureis, quibus post vindemiam parricidarum racematio superstes postes præstruebat, cum elatissimis & clarissimis lucernis; cum cultissimis & superbissimis thoris, quibus forum sibi dividebant. *Adhortor verò Vos Fratres* (ipsius Apostoli Pauli verbis Rom. 12. v. 1.) *per miserationes Dei, ut sistatis corpora vestra Hostiam vivam, sanctam, placentem Deo, rationalem illum cultum vestrum.* Cùm enim, quod Felix nobis faustúmque, Palatinatui honorificum, Ecclesiæ & Reipublicæ utile sit, SERENISSIMUS ET CELSISSIMUS DOMINUS, DN. CAROLUS LUDOVICUS, PRINCEPS PALAT. S. R. I. Elector & Archithesaurarius, Dux Bavariæ &c. Patronus noster Clementissimus, Electoralis suæ liberalitatis luculentissimo specimine; Ædis Sapientiæ, quæ Heidelbergæ, superioris seculi hoc ipso anno, ex Augustinianorum Cœnobio in bonarum literarum Collegium fuit conversa, restauratione & apertione, otium nobis fecerit seculare; omnes qui pietatis & veræ Sapientiæ alumni audire volumus, Deo Ter. Opt. Maximo λογικὴν λατρείαν pendamus, Evergetis munificentissimis gratam recordationem rependamus, Academiæ horulam, in Historica de Collegii nostri natalibus & progressu audienda narratione, impendamus. Ad hanc igitur gratitudinis tesseram, sequenti die *Beati*, sive 9. Januarij, quæ & anniversariæ Legum nostrarum recitationi destinata est, horâ nonâ, σὺν θεῷ καὶ λόγῳ, in Collegio Sapientiæ solvendam, omnes Academiæ nostræ Proceres, Cives, clientes, Literatos, officiosè, amicè, atque observanter vocamus, invitamus. Atque ut de illis solitum favorem & benevolentiam, de istis officium, de his honorificam nobis

pol

pollicemur præsentiam; ita omnibus & singulis τὰ ἀμεταβαῖα prolixè spondemus atque offerimus. Heidelbergæ, die 5. Januarij Anno 1656.

II.

NOn malè Philosophus: Πάντες ἄνθρωποι φύσει ὀρέγονται τῆς δόξης, *Omnes homines naturâ feruntur ad gloriam.* Occultus nempe est Naturæ impetus qui, ubi intra carceres suos & cancellos subsiterit, non modò rectæ Rationis & Gentium, sed & Scripturæ calculo probatur. Naturæ beneficio, facundissimus Quiritum Consul, à quo, ut *Seneca* loqui amat, *Romana eloquentia exivit*, asserere didicit: *Nihil vera gloria dulcius: Ex omnibus præmiis virtutis (si esset habenda ratio præmiorum) amplissimum esse præmium gloriam: esse hanc unam, quæ brevitatem vitæ posteritatis memoriâ consolaretur: quæ efficeret, ut absentes adessemus, mortui viveremus: hanc denique esse, cujus gradibus etiam homines in cœlum videantur ascendere.* Et gravissimus Catilinariæ conjurationis scriptor, *Salustius, author est, omnibus hominibus, qui se se student præstare cæteris animantibus, ut summa nitantur ope, ne vitam silentio transigant, veluti pecora, quæ natura prona, atque Ventri obedientia finxerit. Sibi rectius videri ingenij quàm virium opibus gloriam quærere. Et quoniam vita ipsa, quâ fruimur, brevis sit, memoriam nostri, quàm maximè longam efficere. Divitiarum & formæ gloriam fluxam atque fragilem esse, virtutem claram, æternamque haberi.* Scripturæ verò oraculum est: *Optatius esse nomen divitiis amplissimis, argento & auro gratiam meliorem*; Proverb. 22. 1. Item: *Meliorem esse homini famam unguento optimo*; Eccles. 7. 1. Ignis hic ubi in flammas erumpit, omnes periculorum, difficultatum, & perplexitatum stipulas facilè devorat & consumit. Gloriæ ardor, & spes obtinendæ coronæ triumphalis, civicæ, muralis, castrensis, navalis, præpilatis

haſtis prodigos vitæ Martis pullos ſponte objicit : Viris ingenioſis varia æternitatis compendia, idem dictat: prout alii aliud natura oſtendit iter, quo ad honoris & famæ Amphitheatrum ampliſsimum mortalibus graſſari liceat. Nota ſunt ædificia illa ſumptuoſa & ſplendida, quæ ſeptem miraculorum Mundi nomine veniunt apud Priſcos, templum Dianæ Epheſinæ, Mauſoli Regis ſepulchrum, Coloſſus Solis apud Rhodios, Jovis Olympiaci Simulachrum, quod ex ebore affabrè factum, Phidiæ tribuitur, muri Babylonis à Semiramide conſtructi; Pyramides Ægypti, Domus Cyri Medorum Regis, quam Menon prodigiose ligatis auro lapidibus fabricavit : Hæc quid aliud quàm famæ & honoris templa? Quòd ſi tamen omnes omnium Gentium retexamus annales, reperiemus abundè, eos demum albis quaſi quadrigis tanquam æternitatis candidatos triumphâſſe, qui literarum vel literatorum amore poſteritati innoteſcere voluerunt. In ſanctiſsimo Patriarcharum Collegio *Adamus*, *Enochus*, (quem & Arabes à magno literarum ſtudio *Edris*, ζυζητητὴν, appellant) *Abrahamus*, ex totius antiquitatis conſenſu his artibus inclaruerunt. Cumque θεοκρατίᾳ Judæi, ſpeciali privilegio, gubernandi eſſent, præſidem nacti ſunt παιδευθέντα πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, δυνατὸν ἐν λόγοις καὶ ἔργοις; *Act.* 7.22. Monarchiæ initium dediſſe certum ſatis videbatur æternitatis compendium: his tamen limitibus generoſa multorum pectora contineri non poterant; literarum coronis & corona accedere debuit. *Chaldæorum*, Nebucadnezaris cumprimis, domitoris Judæorum, nomen, ex tot trophæis & triumphis cui obſcurum eſſe poterat? Et tamen inutilem potentiam; invidioſas opes, cupiditatem dominandi præcipitem & lubricam, anteferre veræ, gravi & ſolidæ literarum gloriæ noluit. Mecænatem illum jure dixeris & patronum ſtudiorum Chaldaicorum. *Pueros etiam judæos, quibus nullum ineſſet vitium, & elegantes aſpectu, & intelligentes omnis Sapientiæ, præditòsque notitia, & inſtructos intel-*

telligentia consecrari & imbui iis jussit. Dan. 1. v. 4. De *Græcis*, ne Soli lucem, & mari aquam suggerere videamur, nihil addimus. *Latinos*, terrarum longè, latèque Dominos, id potissimùm egisse, ut Martis potiùs quàm artis exercitia aliis obtruderent, existimaverit, qui arcus tantùm triumphales, non verò literarum monumenta ad seros posteros ab iis transmissa expenderit. Et quanquam vulgi opinione, Imperatoris fastigio nihil sit sublimius: placuit tamen ipsi Romanorum Consuli, ut eadem cum illo sede moraretur bonus Orator. *Duæ*, inquit, *sunt artes quæ possunt locare homines in altissimo gradu dignitatis, una Imperatoris, alia bonni Oratoris. Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur; ab illo belli pericula repelluntur.* *Arabum* Imperium verè λησρικὸν esse, non ignorant illi, qui vel à limine Historias eorum salutârunt. Magnam certè sui excitârunt admirationem, quòd & Muhammed brevi decennii spatio totam Arabiam, armis licet fortiter resistentem, subjugavit; & successores ejus incredibili felicitate & velocitate pomœria Regni dilatârunt. Ipsa tamen hæc natio, etsi fera, barbara, & ad truculentiam ficta, utpote,

Vervecum in Patria, crassoq; sub aëre nata,

paulatim castas Musas ita tractare didicit, ut dubitemus meritò, majorém ne Tyranni crudelissimi ex tot devictis populis, laudem sint consecuti, an ex magna & copiosa illa, quæ ex officinis eorum prodiit, supellectili libraria. Viderunt nempe, hæc demum vera honorum esse alimenta, quæ ad mansuetudinem & mentem compositam effrena, & efferata traducerent ingenia. Certè, qui hoc Imperatoribus Arabum non largitur, quòd ad Græcorum industriam proximè accesserint; ne dicam eam superârint; næ injuriam is genti de studiis *Juridicis* (nam Koranologiam, Deuteroses, & Leiturgias eorum quod attinet, impietatis sæpe exitialis succo imbuta illa sunt) *Medicis, Philosophicis, Historicis*, cæterisque *Philologicis*, non adeò malè meritæ, facit. In Imperio *Romano* postquam

Chri-

Christi nomen in veneratione esse cæpisset; multi hoc sibi negotii datum existimârunt Reges & Principes, ut, Antecessorum exemplo, literarum & literatorum amore æternitati se suaque consecrarent. Non licet exemplis agere, sed neque libet multo verborum anfractu, obscurare quod Sole meridiano clariùs apparet. Vivit Caroli Magni, Imperatoris Felicis, Pii, Augusti nomen, vel ideo perennius, volitatque per ora virûm, quod & ipse eruditus fuerit, & in mandatis seriò dederit, *ut Monachi & Sacerdotes literis operam sedulò darent, emendatè & rectè scriberent, in omnibus contubernii Monachorum & Episcoporum ædibus pueros docerent.* Avent. l. 4. p. 333. *Vivit* idem in Nepotibus Illustrissimis Ducibus Palatinis *Ruperto Seniore*, ejusq; ordine, successoribus Serenissimis, quorum favori benevolentiæ & munificentiæ Academia hæc Heidelbergensis, & incunabula sua debet & incrementa. *Vivit* maximè & floret in *Serenissimo* Domino nostro CAROLO LUDOVICO, Principe *Pio* & *Magno*, qui inter primas Regiminis sui curas, & votorum culmina, Academiæ semper salutem atque restitutionem esse voluit. Eadem solicitudo etiamnum sub *Celsissimo* pectore fixa *Magnum Principem* versat. Non satis *Ei* fuit hanc, cum multis aliis, habuisse gloriam communem, ut publica docendi & discendi libertas Musarum alumnis Heidelbergæ rediret; Doctores etiam quærit, qui extra invidiæ telum constituti, Academiæ non minus pristinam redderent faciem, quàm apud seros testarentur Nepotes, magna tantùm atque preclara CAROLUM LUDOVICUM & voluisse, & fecisse. Id verò quantæ molis fuerit, illi demum æstimant, qui nôrunt, quid sit literatam condere gentem. De magnifico Solomonis Templo, Æde sacratissima, Sacræ commemorant Literę, quòd *septem integros annos*, Rex toto orbe sapientissimus, *structuræ ejus impenderit.* Quid ergò miremur,

Edita doctrina Sapientum templa serena,

non esse αὐτοφυῆ, uni vel diei vel anni pensum? Non ex quo

libet

libet lignо fit Mercurius, nec quivis publico Scholarum Amphitheatro inserviunt lapides. Vivi sint oportet, & pretiosi; non docti tantùm, sed & didacticti, ne statuæ instar Mercurialis viam monstrent, quam vel nunquam ipsi calcârunt, vel ne quidem calcare possunt. Atque hinc est, quòd, cum *Nobilissimus, Amplissimus, & Clarissimus Vir*, DN. JOHANNES FRENSHEMIUS, *Consiliarius Suecicus*, doctissimis suis, & ut lanè ad Cleanthis lucernam elaboratis lucubrationibus, toti orbi literato ex plicè se commendârit, & velut in Theatro & cognitione omnium vixerit, eum nuoque *Serenissimus Princeps* noster, Patronus Academiæ Clementissimus, Heidelbergam, quàm alium quemcunque locum, nominis sui famâ, existimatione, consulendi & docendi dexteritate illustrare, eidemque geminam spartam, *CONSILIARII Electoralis, & Professoris honorarii*, committere voluerit. Adest iam Magnus Vir (neque enim splendidius ejus merita fingerunt encomium) Provinciæ administrandæ initium die crastino, qui est 20. Februarii, Oratione inaugurali facturus, ad quam in Auditorio Juris Consultorum, horâ nonâ, audiendam, omnes omnium Ordinum cives nostros & clientes, cæterosque Literatos, quâ par est, vel observantiâ vel authoritate, tum rogamus & invitamus, tum etiam vocamus. Valete, P.P. Heidelbergæ d. 19. Februarii, Ann. Ch. M DC LVI.

III.

Quemadmodum infelices illi natatores, qui, naufragis undique verberati undis, alarum remigium desperant, obtinendi portus tanto tenentur desiderio, ut obvia quælibet; acutam cuticem, limosum juncum, harpatos corpores, socium quinetiam in eodem vortice periclitantem; quibus intricati & irretiti suffocantur potiùs, quàm juvantur, avidissime arripiant: Eadem planè insani & miseri mortales, qui solius corruptæ naturæ ductum sequuntur, nuò secum periculosius in turbato, & fragoso hujus Mundi Oceano agi sentiunt; eò majori nisu decumanis everberatis fluctibus, emergere conantur, iis nonnunquam in subsidium vocatis, quæ fallaces sunt, & in inferi ideos barathrum mole sua, pertrahunt, tabulis. Et ut ne verbis longe abeamus, vel sinuoso verborum ambitu extra oleas vagemur, uno tantum exemplo, assertioni nostræ fidem faciemus. Divino aliquando jussu Arca Noæ servando generi humano destinata ideo non fuit, ut ἀποθεώσει peccaretur, schidiisque ejus & reliquiis vis ἀποτροπαῖα, omniumque malorum averrunca tribueretur. His tamen corticibus muniti certissima homines, male suada fascinati superstitione, ex alto calamitatum pelago enatandi compendia sibi pollicebantur. Vix navis illa σωτήριος, post iter procellosum, in Armenia, quod constanter gravissimi asserunt Authores, tum Veteres, *Abydenus, Mela, Berosus, Eusebius, Chrysostomus, Isidorus, Hajethon, &c.* tum recentiores, *Bochartus, Fullerus, &c.* appulit, in honore protinus esse cœpit. Ipsi mox loco novum miraculosa illa, ab inundatione, liberatio nomen dedit. Mons, in quo Arca substitit, *Baris* dicebatur; sive quòd Græci *navem* sic appellarent; sive quòd Deum colerent illi synonymum Armeni; sive quòd ברית *fœdus*, Deum inter; posita iride; & Noachi posteros ibidem pactum expri-

primerent; sive denique, quód vox Armeno-Arabica *Bariz* ἀπβαθήρον denotaret. Non arbs modò, cujus Architectus ipse cum familia sua fuit Noachus, quam proinde Arabes תמאנים *Themaninum*, (non *Jemanin*, ut vitiosè aliquotiès habet Geographus Arabs, errore ex levi puncto, um Diacriticorum metathesi orto) *Octopolin* vocant, accessit sed & terra ab ipso Noachi descensu, *Merinacha*, מרינה dicta, novis Colonis lætata fuit. Crevit hinc magnis passibu toto, omnium penè applausu, Oriente Patriarchæ cultus. Ipsi incolæ reliquos in Medicinam converterunt. Bitumen enim quidam, teste *Josepho*, Antiq. lib. 1. c. 4. *inde abrasum secum asportare, & piamenti loco ad mala periculáq; amoliendà maximè uti solebant homines.* Mensæ Ægyptiorum Iliacæ, cæteraque Hieroglyphicæ Theologiæ emblemata πάρεργον suam, quod πλοῖον *Hesychius* reddit, ubique ostentabant: Templa Assyriorum καταείδωλα, Nisrochi (נסרך *Tabulâ Noachi 1. Reg. 19. v. 37. Esaj. 37. 38.*) imagine ναυμόρφῳ, arcuſâ sive naviculâ coruscabant. Muhammedani, ne tepidiores iderentur, religiosè fragmenta, arcæ nomine venditata, venerabantur, splendidâ ibi per *Omarem*, fil. *Alchitabi* extructâ Mesgidâ. Deberet, fateor, Arca Noæ, inscriptione sua, (liceat eam, quæ Senacheribi erat, parodicè huc transferre) Εἰς ἐμὲ τὶς ὁράων, εὐσεβὴς ἔσω, *qui me aspexerit, pius esto*; meritò, tum peccatorum odium in nobis excitare; tum ad pietatem atque vitæ innocentiam calcaria addere: In memoriam enim illa revocat tremendum, quo justissimus scelerum vindex in ingratissimos primi mundi incolas, animadvertit, supplicium: verùm, quæ mentis plerorumque cæcitas, qui stupor, qui salutis contemptus, ipsa hæc, quibus emendari deberemus, vel limis tantùm & obliquis oculis aspicimus, quasi satis esset inde didicisse, ea nos stirpe satos, quorum ξυγγενεῖς ex vitiis conglutinati, desidiæ ac luxuriæ plenissimi, turpissimis flagitiorum maculis contaminati, consiliis tetris, cruentis, & perniciosis Dei & Noacho justitiæ

præconi, invisi, universali κατακλυσμῷ fuerunt delendi; vel impiè etiam ad superstitionem & Idololatriam iis abutimur. His ar ibus ὁ ἀνθρωπος ψυχαγωγος salutem quærit. Sed tutior, post tr m Protoplastorum naufragium, quærenda est tabula, quæ non delectet, modò, sed & juvet, qua quidem, magno, Dei beneficio, in Christianorum Scholis commendari solet. Tri lex ea est *Juridica* & *Medica*, quarum *illa* mam potissimùm spectat; *ista* fortunas, famam & caput defendit; *hæc* corporis καχεξίαν medetur. In Theologiæ & Medicinæ encomium jam excurrere non datur. Angusti enim carceribus ad metam properamus, quam qui multas ferant ambages: de *Facultate* tantùm *Juridica* monemus, adeo eam semper honoratam fuisse, ut non modò nulla unquam tam barbara fuerit natio, tamque fera, quæ Legum capistrum non admiserit (eorum hîc non moramur dissensiones & pugnas, qui omne jus & fas c in v rsam, soluta repagula legum, solam libidinem pro jure grassari) sed & præmia magna Juris Professoribus Imperatores, Reges, Principes destinârint. Atque hæc causa est, cur Judæi, Gentiles, Christiani, Saraceni in hujus studii culturam vires suas omnes impenderint. Testes sunt tot ubique Gymnasia & Academiæ per multa secula Juri explicando consecratæ. Cùm neque sacra inter *Judæos* satis vigerent studia, Juridicæ Talmudistarum decisiones & concertationes ferventissimæ erant, per mille propemodum annos continuatæ. In Scholis *Saracenicis* postquam literarum nectar gens bruta degustâsset, utramque fere paginam Juris faciebat tractatio. Veteribus *Romanis* Jus Civile publicæ tranquillitatis ἔρεισμα fuit. *Qui jus civile contemnendum putat*, verba sunt disertissimi Romanorum Consulis, *is vincula revellit non modò judiciorum sed etiam utilitatis & vitæ communis: qui autem juris interpretes vituperat, si imperitos juris esse dicit, de hominibus, non de jure civili detrahit. Si imperitis non putet esse obtemperandum, non homines ladit; sed jura atque*

leges

leges labefactat; nihil denique in civitate tam diligenter quàm jus civile retinendum: Etenim hoc sublato nihil est quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum, quid alienum sit, nihil est quod æquabile inter omnes atque unum omnibus esse possit. Christiani liberalitate & amore in has literas ita certârunt, ut cætera penè studia; quos vitii erat, frigerent. Nullam à *Justiniani* tempore, quo novum Jus Institutionibus & Digestis ab Justiniano Romæ, Constantinopoli, Berythi publicè docebatur, celebrem Historici commemorant Academiam, cui Jurisprudentia nostra conciliârit. Unde, cùm Serenissimus & Celsissimus PRINCEPS ELECTOR, Heidelbergensem Academiam, Parisiensis æmuliam, erexisset, quatuor eam Facultatum Doctoribus inclarescere voluit, secundo statim loco *Juris Consultis* concesso. Cujus postea laudatissimis vestigiis Successores religiosè omnes ordine insistentes, tanto Jurisprudentiam studio sunt amplexi, ut vix ulla per Europam sit Academia, quæ, ante funestum Germaniæ bellum, paria cum Heidelbergensi fecerit. Redit paulatim pristinum robur, & quæ inter arma siluerunt Leges, Academica iterum cum triumpho occupant pulpita. Sancta hæc otia solicitæ (si à Deo discesserimus) tantoque Heroe dignissimæ curæ *Serenissimi & Celsissimi Domini Nostri*, D. CAROLI LUDOVICI, PRINCIPIS PALATINI, S.R.I. Electoris, & Archithesaurarii, Ducis Bavariæ &c. Patroni nostri Clementissimi; ferimus accepta, qui, ut ne lacuna, quam otiosa aliquandiu Institutionum Professio fecerat, fraudi nobis esset, aut felicem Academiæ nostræ [illegible] inflaminaret, eam clementissimè supplevit, provinciamque illam, Senatus Academici rogatu, Viro Clarissimo & Excellentissimo, D. Philippo Burchardo J.U.D. Celebrissimis, & in Juris Consultorum choro eminentissimis Majoribus oriundo, *Patre* quidem D. Joh Philippo Burchardo, Metropoleos Archipalatinæ Prætore & Dicasterii Assessore, *avo*, paterno incomparabili itidem J.C. Erasmo Burchardo,

HARDO, Serenissimo Electori Palatino à Consiliis Secretioribus. *Materno verò, Matthæo Lanoio*, Antverpiano, J.U.D. Matthæi Lanoii J.C. & Profess. huius Academiæ Celeberrimi filio minimè degenere: gratiosissimè commisit. Magnum erat, eruditum procreari eruditis, majus verò, bello diuturno, longè lateque dispersos, à Themidis amplexu non divellitum potuisse, qui inter armorum strepitum natus era & educatus. Inglorium ape duxit, Majorum insignia turpi & ignominiosa obfuscare ignavia. Exemplo igitur natalitio, moritis virtutum præclarorum, amicorum suffragiis, in labore id consecutus tandem est, ut, solito decennali cursu Academico, non summos modò in Jure honores, sed & splendidam Professionis Spartam, magno, quod speramus & optamus, Academiæ Heidelbergensis incremento, obtinuerit, cæteris, quæ ei, tum Rebuspublicis, tum ab Academiis, offerebantur, functionibus modestè renuntiatis. Oratione Isagogica, quâ, more solito, ad lectiones ordinarias viam sibi sternet, tanto vindice dignam excutiet quæstionem: *Quatenus Ratio, Lex & Consuetudo sibi invicem derogent?* Ad cujus accuratum & eruditum Examen, sequenti die Mercurii qui erit 25. Junii, publicè, in Collegio Juris Consultorum, Σὺν Θεῷ, instituendum, omnes Academiæ nostræ Cives, cæterosque bonarum literarum Cultores, Fautores & Alumnos humanissimè invitamus. Heidelbergæ die 21. Junij 1656.

IV.

ETsi, novercantis naturæ, abortu monstra quædam sint & propudia humani generis adeò portentosa, ut omnem mortalitatis sensum eluant; certum tamen est, eorum etiam, tacito quasi verbere, aurem vellicari, qui, informati conscientia scelerum atque fraudum suarum, inviti moriuntur.

tur. Neque enim vel ipsa eos experientia dubitare sinit, mortem non tam necessitatem esse naturæ, quàm stipendium peccati, laborum licèt & miseriarum quietem. Fuerunt, quod inficiari non possumus, Sybaritæ, qui, ut voluptatibus securiùs indulgerent, morte eos plectebant, qui mortis mentionem fecissent. Plerosque tamen mortalitatis vestigia obvia, ubique agnovisse mortales, nonnisi divinarum pariter atque humanarum literarum imperitus diffitebitur. Et in Sacris quidem Literis, quot fragilitatis nostræ testimonia? Quot Sanctis ut excusso veterno, ad optatos pœnitentiæ fructus properemus, hinc inde celeusmata? Quis, quem quotidiana funera ægrè terrent, ex divinis non capiat oraculis, eam vitam caducam esse, vietam, fragilem, mille malis obnoxiam, quæ *aquilæ* comparatur, hiante rictu, *in escam involanti*; *cursori* ad metam velocissimè, ruptis omnibus moris, *festinanti*, *flori* Sole *perusto*; *herbæ* [illegible] & *flaccescenti*; *fumo*, *in nihilum redacto*; *verbo* ἔρχομαι ὁδόντων egresso, *tenues in auras abeunti*; *somno* sua ubique vanitate, nisi θείου accedat, *contempto*? Illud cumprimis, quod Jobo, fortissimo, & in crucis palæstra exercitatissimo athletæ excidit, vitæ nostræ luctum & luctam graphicè exprimit: *Nonne militia dies mortali in terra*? Job 7. v. 1. Militia vita humana est, sive ingressum ejus spectes, sive progressum, sive egressum. Authoramur omnes, quotquot vitalem haurimus auram. Ne piloquidem in capite locus est, absque ejus nutu, qui providus omnia curat. Adeò exacta eorum habetur ratio, quos semel *Dominus Zebaoth* in Catalogum suum retulit! In *progressu* vitæ nostræ quas militiæ partes desideres? Tot, πρόσω καὶ ὀπίσω hostes observes, tot insidias, tot carnis, Mundi, Satanæ strategemata, quot, sive calamitates sunt, sive illecebræ, sive fallacis fortunæ ludibria. Neque otio aut torpore diffluentibus βραβεῖα sunt destinata. Nemini hîc, nisi νομίμως ἀθλήσῃ, paratur corona. Quid de *egressu* nobis nostro, ex hac miseriarum valle, certius constet, quàm au-

dacissimo Martis pullo, medii, immixto phalangibus. Experimur utique, exiguum curriculum vitæ Naturam nobis circumscripsisse, adeò ut, licèt cũ ignarissimis juxtà ignoremus, quàm longum trûm cujus vis vita sit futura; ignorare tamen non possimus, omnibus definitam esse mortem. Et ut belli alea anceps est; Mars ipse ἀλλοπρόσαλλος, imò ἀπροσωποληπτος, qui in proximum quemque sævit: Ita & mortis imperium; cui subsumus atque paremus maximi, medioxumi, minimi; cogimur omnes; alios citiùs, seriùs alios. Non aut infantiæ vagitus, aut juventutis flos, aut virilis ætas, aut senectæ ruga, ἀπρόσκολον placare possunt, quò minùs falce sua ejus, qui pervenerunt ad maturitatem (maturi autem sunt, etsi infantes; terminum quippe suum consecuti; quotquot ex hac vita, ad summi Ducis arbitrium, decedunt) demetat. Cedunt & cadunt, alii in ipso statim tyrocinio, & qui modò in mortalium bellatorum acie steterant, victores, jam æternitatis & immortalitatis Candidatis, annumerantur. Delicium parentum, MARIA ELISABETHA, Viri Clarissimi D. JOH. CASPARI FAUSII, Doctoris & Professoris Medicinæ, in alma hac Universitate, primarii, Archiatri Electoralis Celeberrimi, filiola, die 25. Januarii hora 10. vespertina anni currentis, post millesimum, sexcentesimum, quinquagesimi sexti, nata, hanc ipsam, in limine penè vitæ suæ, experiri debuit sortem. Læta fuerunt initia; incrementa optata; spes firmioris valetudinis non obscura, donec ante quatuor septimanas, fera atque Epidemica tussi, quæ tenellam urbis hujus ætatem gravissimè affligit, ita laboraret, ut vomitione illicò enormi exulcerarentur. Licèt a. mitiora cruditatem ejus mitigarent intervalla, gliscente tamen paulatim malignitate, quæ haud obscuris se prodidit indiciis, morbus eoùsque vires acquisivit, ut nec peritissimi Medici domestici dexteritas, nec πολύσπλαγχνα parentum desideria impedire potuerint, quòminus, fatiscẽte senio carina, tenella hæc navicula fluctibus cedere, & animula blanda

cor-

corporis sui ergastulum die 7. Augusti horâ 5. matutinâ deserere coacta fuerit. Cùm igitur anima ad eum, qui dedit illam, redierit, reliquas corpusculi exuvias, solenni, συμπαθείας tamen pleno, comitatu ad κοιμητήριον hodie horâ primâ pomeridianâ ex paternis ædibus deducimus. Quam quidem pietatis ἔνδειξιν, ut, tum à cæteris, amicis; tum cum primis à Civibus Academicis de publico præclarè meritis expectant Parentes, ita eosdem, officii ratione, humanissimè invitamus. Heidelbergæ die 8. Augusti M DC LVI.

V

EX quo gravissima, supremi Cœli, soli, salique Monarchæ, in Adamum lata est sententia: *Pulvis es & in pulverem reverteris*, Gen. 3. 17. magno immortalitatis privilegio quod, præter cætera corporis & Animæ dona, larga Creatoris manu, homo acceperat, excidit, mortalisque deinceps & esse, & omnibus propemodum linguis (eodem enim sensu homines *Hebræi* appellant מתים *Græci* βροτοὺς, *Latini* mortales) vocari cœpit. Ab hac lege excipi non poterant, quos cæteroquin longissima commendavit ætas. Attigit Adamus annum octingentesimum trigesimum; superesse tamen desiit. Methusalachi ea fuit longævitas, támque cruda & vegeta tandem senecta, ut annum assecutus legatur nongentesimum sexagesimum nonum: vitæ tamen metam præfixam transilire illi datum non fuit: Nam & de illo Sacræ commemorant Literæ, *quòd mortuus sit. Lex, quâ* ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις, *Heb. 9. v. 27.* longâ eáque certissimâ praxi adeò invaluit, ut illi etiam, qui pietatis curam abjecerunt omnem, Mortis certitudinem inficiari minimè ausint. Admiratur, cum Christiano, *Hebræus*, *Patriarcharum* fortunam variam, pietatem insignem; *Jobi* suspicit tolerantiam, imperterritum in adversis animum, *Davidis* potentiam, *Salomonis*

Sapientiam, *Josiæ* integritatem; Imperio interim Mortis pariter subijcit omnes. *Græcus*, quid de Hercule suo non blaterat? Et tamen, οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρας, *nec vis Herculea fatum evitare it acerbum.* Homer Iliad. 6. Ex *Latinis* nec Cicero, nec Seneca, quanta veteris Romæ Lumina, columina, Suadæque medullæ! rimam repererunt, qua vel ipsi elaberentur, vel elabi iceret aliis. Vidit Cicero, *non domum, sed hospitium esse vitam hanc, ex qua nobis discedendum.* Pelli voluit ineptias *puèriles, ante tempus mori miserum esse. Naturam dedisse ajunt in vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præstituta,* (nobis non pe notâ, Deo aliâs ימינו חרוצים *Dies nostri sunt dies nostri*, Job. 14. 4.) *die. Quid est igitur quod querare, si repetit cum vult? Ea enim conditione acceperas.* Sed & Senecæ judicio, *omnes eadem conditio devinxit; cui nasci contingit, mori restat; intervallis distinguimur, exitu æquamur.* Quæ de suis Regibus barbara & fera Arabum gens non jactat? Contentum Alexandri fata & facta, *Muhammedis* Pseudoprophetæ & *Validus* Chalifæ inflati successibus, & tamen vel puellas temeritatem illorum flagellâsse legimus, qui, fragilitatis suæ obliti, blandiri sibi nimium volebant. Cùm Solimannus, speculum intuitus, thrasonicè *Regem Juvenum* se appellâsset, fœminea voce sortis suæ moneri debuit: אנתנעם אלמתאעלו כנת תכקי פלכן לאבקא ללאנטאן פלים פי מאעלמת פיך עיב כאן פי אלנאם עיד אנר פאן *Pulcherrimus esset*, (verba erant puellæ, larvam falsè deridentis) si permaneres; *Sed non est homini ἐπμονὴ: Neque ego* in te novi vitium quod in homine est, nisi quòd caducus es. Rasijdus, Superstitiosus Muhammedanorum Chalifa, gladio Amri Ibn Maadi Cerbi צהצאמה *Samsama* dicio, acütos quosdam enses ab Imperatore Græcorum dono missos, inspectantibus Legatis, raphanorum instar scidit medios, facilitate non minori, quàm Alexander Magnus Gordium solvit gladio suo nodum. At Universali Arabum axiomati כל חי ללמנאיא הרתמן *omne vivens morti est oppignoratum*, mucrone Samsamæ adeò resistere non

po-

potuit, ut ne carmen quidem Abulabahie sine lachrymis inspexerit: Nam quæ de vitæ humanæ inconstantia Poëta ingeniosè cecinit, sibi potissimum dicta ratus, tristitiæ se dedit, neque multò post vita excessit. Quid? quod non verbis tantùm, sed & gestibus & chrejis, alijsque subsidiis hanc justissimi judicis sententiam, in memoriam veteres revocârunt? Justinus Imperator in lecto pulvere persperso dormiturus illachrymans dixit: *Ecce nunc in pulvere dormio*; quoniam pulvis sum & in pulverem convertar. *Nabathæi* Reges in fimo potiùs, quàm Mausoleis sepeliri voluerunt, testo hoc contenti: *pulvis pulvis: primus fimo traditur.* *Scythæ* Reges suos cineris pulveris aspersione mortalitatis monebant, additis verbis: *Hæc tua est origo, vide, ne quid superbè agas.* *AEgyptij* dum genio indulgerent vel Osyrim Regem in Aurea tumba circumgestârunt, vel in conviviis & epulis, aspectu capitis demortui, luxuriæ convivatorum his verbis; *Comedite tales futuri*, frænum injecerunt. In medio Foro *Romani* statuam Libitinæ positam spectatoribus comendarunt, ut emtores pariter & venditores sortis suæ viverent memores. Neque deerant, qui vel ossa mortuorum, loco numorum, haberent, vel ad Musica Instrumenta adhiberi vellent, eo fine, ut obvia ubique essent mortalitatis vestigia. In *Ecclesia Christiana*; quæ ex sacris perspicuè docet & discit Literis, *Mortem per peccatum ingressam*, omnibus esse destinatam *Psal. 89. v. 47. Eccles. 3. v. 2. 9. 5.* ad *Rom. 5. 12. 1. Cor. 15. 22. Hebr. 9. 27. Sepulchrum esse domum constitutam omni viventi Job. 30. 25.* ξυνὸν χῶρον ἅπασι πένησί τε καὶ βασιλεῦσι *Communem locum universis pauperibus & regibus, Mortem esse universæ Carnis viam*; mortalitatis quidem præcones habemus *vivos*, Doctores publicos; *mutos*, Cippos, Epitaphia, statuas, quotidianâ tamen experientiâ certiores, & nostræ infirmitati aptiores experimur nullos. Illi cum primis qui se suum flagitant testimonium, & oculis cernere, & manibus palpare, & naribus olfacere promiscuè possunt, *commerandi*

randi nobis diversorium naturam *dedisse non manendi : Hominem esse vas quassum & fragile, corpus in omnem fortunæ contumeliam projectum.* Hinc est, quòd, laudabili majorum instituto, exequiæ publicè soleant efferri, comitibus illis, quibus, Romanorum veterum exemplo, ter acclamare licet: VALE, VALE, VALE! *Nos te ordine quo natura* (Deus natur. Author) *permiserit sequemur.* Atque hanc ipsam pietatis, & officii Christiani [illegible] jure à nobis exigit, omnibus penè inopinatus, suis verò planè repentinus & inexpectatus abitus, an obitus? Vir admodum Reverendi ac Clarissimi, *D. Andreæ Pilgeri*, Ecclesiæ Heidelbergensis Minister, per multos annos Vigilantissimi, Senatûsque Ecclesiastici Assessoris Meritissimi. Natus est, ὁ μακαρίτης Anno hujus sæculi tertio, qui & celeberrimo Viro *D. Hermanno Vittikindo.* Auditori Melanchthonis, & Mathematum in hac nostra Academia Professori Clarissimo, Doctori octogenario mortualis fuit. Optimorum Parentum, Reverendi & Clarissimi *D. Petri Pilgeri*, Inspectoris Pfeddersheimensis, & *Ursulæ Claussin*, voto ac cura studiis consecratus, literarum tyrocinia dedit Neostadii & Neuhusii, nobilissimis veræ pietatis & humaniorum literarum Emporiis. Scholasticis feliciter dimissus carceribus Academias salutavit toto orbe Christiano celeberrimas, in *Germania* Heidelbergam & Argentoratum; in *Helvetia* & confinio, Basileam atque Genevam, in *Belgio* Lugdunum atque Groningam. Cúmque maturæ jam messis spes appareret minimè vulgaris, seriò publica ejus sollicitata fuit opera, in Ephoria Collegii Fratrum Groningæ; in institutione privata Illustrissimæ sobolis Bipontinæ; in præconio Verbi, per annos XI. in Aula Generosissimi Baronis à Kniphausen, tutissimo fatigati exulis asylo, continuato; in erectione Ecclesiæ Magdenburgicæ, à loci Gubernatore eo tempore delatæ, quo Heidelbergam iterum à Clariss. Nobiliss. Viro. D. Paulo Tossano, rebus Palatinis anno Christi 1633. in melius vergentibus

bus, revocatus fuit. Cui postea Ecclesiæ, per intervalla tamen belli pacísque; fidelem præstitit operam, docendo, consolando & consulendo. Nam præter ordinarium concionandi munus, à restituto Palatinatu ad vitæ usque finem feliciter administratum, *Serenissimi & Celsissimi Principis, CAROLI LUDOVICI, Com. Palatini ad Rhenum, S. R. I. Electoris & Archithesaurarij, Ducis Bavariæ &c. Domini nostri Clementissimi*, decreto & authoritate in Senatum etiam Ecclesiastic[illegible] [illegible]citus atque [illegible]lectus fuit. Utramque spartam, invita nonnunquam & ægrè assentiente corporis [illegible]aletudine, solicitè administra[illegible]it. Tori sociam habuit *Annam Margaretham Neuphartiam*, Viri Consultissimi, Dn. *Johannis Erhardi Neuphartii*, I. V. D. & in Electorali Dicasterio, Consiliarii minimè postremi Filiam, ex qua filios suscepit quinque, filias septem. Adfuit nobis, præfuit suis, profuit multis, charum caput, ad diem usque 2. Octobris 1656. quo, prius diuturna & pertinaci arthritide vexatus, placida morte occubuit, cùm novendio antè publicæ adhuc promotioni Classicæ, officii ratione; interfuisset. Animæ Deo Creatori redditæ gratulamur, corpus hodie, σὺν θεῷ, horâ solitâ, ex ædibus defuncti efferendum pio affectu comitabimur. Quotquot igitur defuncto honorem, viduæ & orphanis mœstissimis συμπάθειαν, nostræ etiam invitationi vel obsequium debent, vel amorem, illos funeris hujus solennibus, privatæ etiam emendationis spe, interesse, neque pigeat neque pudeat. Faxit Deus, ut hæc nostra officia lætiore occasione compensare liceat: ad quod promti & alacres, animos & corda, superstitum nomine, consecramus. Dabam Heidelbergæ d. 4. Octobris 1656.

VI.

QUi literarum lumen in illis, quos supra comunem plebis sortem generis eychit *nobilitas*, vel pl extinguunt, vel perfunctoriè tantùm iis comendant; non vident, ie, NACHASIAE AMMONITÆ exemplo, alterum illis eruere oculum. Si enim Pygmæi etiam, *μαθόντες γράμματα δίς ὁρῶσιν, qui didicerunt literas bis vident*; quid cæteri, qui editioni constituti loco, omnium oculos & animos in se convertunt, & in quorum capitibus nonnunquam periclitatur salus publica, de literarum ornamento & munimento polliceri sibi non queant? Satis est, & vel meminisse tædet, fuisse CALIGULAS, in Poëtarum, Homeri & Virgilii, cæterorumque, *ἀκαίρου κόμματος*, authorum, scripta sævientes, Livium *negligentis Scriptoris*; Senecam *arenæ sine calce*, iniquâ & injuriosâ nomenclaturâ ideo onerantes, ut mentibus eos & manibus hominum excuterent. Sua sibi habeant CARACALLÆ, LICINI, THRACES, LACEDÆMONES, qui literis & literatis *ἄσπονδον* indixerunt bellum. Alia nunc ætas est, alii mores, alia PRINCIPUM judicia. Redierunt tempora, quibus ipsi *Optimates*, ut quid distent æra lupinis, discernant; sobriè solent Philosophari. Non negat ILLUSTRISSIMUS, duas esse artes, quæ locare possint homines in altissimo dignitatis gradu, unam Imperatoris, alteram boni Oratoris. Ab hoc pacis ornamenta retineri, ab illo belli pericula repelli. Videt ILLUSTRIS, Artis & Martis studia felicissimo coalescere matrimonio. Videt GENEROSUS, & ex ipso Eloquentiæ Magistro observat; Ab initio genus humanum in montibus ac sylvis dissipatum, prudentum consilio compulsum, & disertorum oratione delinitum. Videt denique NOBILIS, nullum esse lenocinium, quo faciliùs & tutiùs efferari

ferati compescantur animi, concilientur irritati, in tramite retineantur compositi, ad vindictam exacuantur læsi, eruditione, eloquentiâ stipatâ efficacius. Hac capti Athenienses fasces PISISTRATO detulerunt. His artibus THEMISTOCLES à suis nihil non obtinuit. Fulminibus PERICLES ipsos etiam Auditorum sauciavit animos, aculeis ferè relictis, quoties de rostris descendit. THUCYDIDES lepore suo Attico exilii incommoda redemit. Proclive fuit DEMOSTHENI, solita verborum gravitate, vel arma imperare, vel juvare pacem. CYNEAS Pyrrhi Epirotarum Regis Legatus, solo linguæ mucrone, & gladio oris plures civitates, quàm ipse PYRRHUS ore gladii, & armata manu, subjugavit. Hæc ORPHEI cithara est, quæ rupes trahit & cautes. Hæc Suada est, cui arces cedunt & acies. Rectissimè igitur & famæ suæ consulunt & fortunæ, qui primùm atque ex ephebis excesserunt, atque ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad loquendi studium conferunt; tantumque ad literarum & eloquentiæ culturam sumunt, quantum nucibus alii tribuunt, pilæ, aut aleæ. Atque hic primas meritò deferimus NOBILISSIMO JUVENI, DOMINO LUDOVICO von Rotenschildt/qui lustris duobus non multò major, virili tamen toga, ingenij vigore, & felicissimo studiorum successu, magno suo merito, minimè indignus, publicum eloquentiæ specimen, jussu & authoritate Serenissimi & Celsissimi Principis, CAROLI LUDOVICI, Comitis Palatini, Ducis Bavariæ &c. S. R. J. Electoris, & Archithesaurarij, Domini nostri Clementissimi, daturus, Orationem de GRATITUDINE, sequenti die Lunæ, Σὺν Θεῷ, in Jurisconsultorum Auditorio habebit. Placuit aliquando præclaris, & excelsis ingeniis magno conatu magnas agere nugas. Virgilius encomium suscepit culicis, CATULLUS passeris, STATIUS Psittaci, MAJORAGIUS luti, PUTEANUS ovi. Alij, ut ingenij luxuriem ostentarent, ulterius sunt

pro-

progressi; sed melius longè tempus, πολυτελέστατον ἀνάλωμα, collocant, qui à pueris seria tractant, & plenæ messis spem luculentam in ipso vere faciunt. Proinde non dubitamus, quin honestissimis, NOBILISSIMI JUVENIS conatibus magnâ frequentiâ sint gratulaturi, qui vel aliquo literarum amore tanguntur. Comparete igitur, Cives Academiæ florentissimi, lubentes vocationi nostræ humanissimæ parete, & ad dictum diem 19. Octobris horâ 10. vos sistite. Promitto singulare omnibus Ὑφυίας exemplar, diligentiæ testimonium; & rarum hac ætate laborum fructum: *coetaneis* calcaria, virtutis & honestatis incitamenta, *cæteris* vitæ piè probeque transactæ suffragia. Dabam Heidelbergæ d. 17. Octobris 1656.

VII.

PIè quærit Regius Psaltes: *Quàm omnia sapienter fecisti ô Deus Psal. 104.* Quò enim cunque oculos nostros convertamus, Sapientiæ ubique & potentiæ divinæ obvia sunt vestigia. Illud præ cæteris admirationem in nobis excitet, quòd perpetua & à prima sui origine imutabili vicissitudine diem exceperit nox, noctem dies. Noluit nempe Deus hominem, nobilissimam & præstantissimam creaturam vel otio diffluere & torpescere; vel negotiorum undis prorsus submergi. Hoc ut ne contingeret, limites, prudentissimus Universi Architectus posuit, quibus fractæ & diurnis occupationibus attritæ reficerentur vires. Quo vero hunc multi habeant Naturæ ordinem loco, ipsa, quod dolentes referimus, testatur experientia. Non satis est prima face, aut etiam nocte concubia, inconditis vociferationib. omnia complevisse compita, atque adeò privatam turbâsse quietem; ipsa publica hic periclitatur tranquillitas per eos maximè, qui postquam receptui signum tympano fuit datum (nach dem

zapfen-

zapfen-schlag) & prætoriæ cohortis miles nocturnis jam custodijs destinatus stationem suam occupat, insolito tormentorum manualium, aliarùmqué bombardarum strepitu molesti sunt. A qua insolentia & intempestivo turbandæ quietis publicæ & privatæ studio, omnes Cives & Clientes nostros, SERENISSIMI & CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS Jussu, seriò dehortamur. Famæ igitur suæ & saluti quisque ita consulat, ut ne Magistratus in Electoralis mandati contemptores gravius quid decernere atque statuere cogatur. Valete Heidelbergæ die 3. Martij 1656.

VIII.

Qui plantat vineam, & de fructu ejus non edit, haud immeritò quærit Apostolus, 1. Cor. 9. v. 7. Quid enim vel justius est, vel ipsi etiam rationi convenientius, quàm aliquam plantationis, rigationis, æstûs & frigoris, tot adeóque exantlatarum molestiarum exspectare mercedem? Quid iniquius, quàm falcem in eam vel messem mittere vel vindemiam, quæ nostra non est? Quid insolentius, quàm, præter decorum, Leges & consuetudines, in ea præfractè involare, quæ, agricolæ aut vinitoris bono, ipsa tempestatum violentia, aërísque inclementia reliquit intacta? Certè ne Cives nostri impunè heic peccarent, aut honestatis limites transilirent, Leges Academicæ recitari quotamnis publicè solitæ, diligenter caverunt. Deposcunt nempe, *ut privatorum Civium, aut incolarum Urbis hujus hortos aut vineas invito aut nesciente Domino, nulli ingrediantur; prædijs ac possessionibus Civium, aut eorum Ministris ac villicis injuriam aut damnum ne inferant. Damnum, quod quis dederit, & cujus interest, & quanti, resarciat.* Quam quidem Legem, urgente sic necessitate, αὐτολεξεὶ exhibemus, tum ut solicitudinem nostram bonis omnibus probe-

mus, tum etiam ut officij, vel hospites novos moneamus, vel legitimas, si gravius fortè à vinearum custodibus in eos animadvertatur, ἀναπολογήτους reddamus. Heidelb. d. 17. Sept. 1656.

IX.

MAgno & immenso Dei beneficio factum est, ut gravissimè laboranti orbi Christiano, & tetris circumfusæ tenebris Ecclesiæ, aliquæ saltem structuræ lucis ex Scholis accederent & Academijs. Etsi verò illæ nec Methodi facilitatem, nec studiorum varietate, nec Doctorum celebrium frequentia, ad sequentium temporum accesserint ἀκμὴν, illud tamen extra controversiæ aleam positum est, nunquam defuisse, qui in ipsa micarent caligine. Quæ quidem caussa est, cur inter curas suas & occupationes Imperatores, Reges & Principes Academias semper primo haberent loco. Et quoniam prævidere facilè Generosissimæ poterant mentes, tot, Doctoribus publicis, devorandas molestias; tot, antequam cum honore pulpitum Academicum ascenderent, cum fructu verò descenderent, faciendas impensas; tot, Civium, cæterorúmque, qui literas pretio suo æstimare nesciunt, perferendas injurias: studiosos verò itinerum difficultate, incolarum morositate, vectigalium onere, tribunalium inferiorum rigore territos, ignorantiæ porrò suæ & desidiæ latebras quæsituros, placuit Augustissimis Imperatoribus; Potentissimis; REGIBUS; Serenissimis PRINCIPIBUS, Privilegijs Academicos munire, & à malevolorum impetu tutos præstare. Magnum cum primis nomen semper fuit PARISIENSIS Academiæ, cujus paulatim Authoritas ita crevit, ut nemo eam impunè lacessiverit. Ipsius etiam Pontificis, totiúsque Romanæ Curiæ multum intererat, Professores Parisienses vel consentientes habere, vel saltem non reluctantes. His stimulata calcaribus

Aca-

Academia illa maximos fecit progressus, adeò ut vix aliunde, gravius vulnus Pontificis typhus acceperit, quàm à Doctoribus Parisiensibus, Libertatis suæ observantissimis, & Hildebrandinæ factioni infensissimis. Ut verò domi semper Parisina Schola fuit honorata, ita & foras radios suos largissimè sparsit, & imitationis παροξυσμὸν in Potentissimis Principibus excitavit. Sanè, cùm Serenissimus Princeps, RUPERTUS I. barbariem, quæ torrentis instar orbem Europæum, & in ipso Germaniam, penè inundaverat, profligaturus, animũ ad erigendam Academiam appulisset, Parisiensis occurrit, cui suam, per omnia, respondere voluit. Eadem igitur, sic volentibus atque jubentibus primis Fundatoribus Illustrissimis, Conservatoribus & Restauratoribus Cementissimis, privilegia sunt, eædem immunitates Academiæ utriusque, Matris & Filiæ, liberalissima Principum clementia concessæ. Quoniam verò, magno memoriæ vitio, ea etiam, quæ intra officij nos limites continere possent, facilè effluunt, nisi repetitionis accedat subsidium, cautum providè est, ut ne vel Academiæ, vel Civitati ignorantia privilegiorum illorum fraudi esset, solenniter illa quot annis recitentur. Id quod, σὺν θεῷ, hodie, horâ duodecimâ, in hoc ipso templo, more recepto, peragetur. Huic actui ut interfuturos speramus omnes eos, quorum commodis consulitur; ita & cæteros, qui officij sunt monendi, publica authoritate invitatum iri confidimus. Heidelbergæ, d. 7. Decemb. 1656.

X.

FACVLTATIS THEOLOGICÆ DECANUS.

L. S.

VIx aliud in magno illo Mysteriorum Dei promptuario, Scriptura Sacra, miraculum occurrit, quod in admirationem magis Lectorem & Auditorem devotum rapiat, atque stupenda ista, tot Prophetarum Oraculis prævisa & prædicta, tot piorum votis desiderata Spiritus Sancti, die *Pentecostes*, & χαρισμάτων ejus, in Apostolos Domini, effusio. Homines plebejos, Galileæ finibus vix emissos, nullâ Linguarum exoticarum notitiâ instructos, non cum ijs modò repentè, qui omnem studijs istis impenderunt ætatem, facere paria: sed infinitis, inaudito post hominum memoriam exemplo, præcurrere parasangis, non hominis, sed Dei θαυματέργε, opus erat. Pio igitur Veterum more receptum est, ut ex pulpitis æquè Ecclesiasticis, ac Cathedris Academicis tanti miraculi memoria celebretur. Hanc operam pridie Festi Pentecostes, horâ decimâ matutinâ, sermone latino, in ICtorum præstabit Auditorio, Ornatissimus Juvenis, *D. Joh. Henricus Heideggerus* S.S. Theologiæ studiosus, ad quem audiendum, omnes pietatis & politiorum Literarum alumnos, humanissimè, officij ratione vocat, invitat

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS
Prof. & Acad. Heidelb. p. t.
Rector.

XI.

NOn statui, inquit Magnus Gentium Apostolus, *quicquam scire inter vos, nisi Iesum Christum, eúmque crucifixum*, 1.Cor. 2.v.2 Hæc Christi crucifixi notitia, ut vera sit & salutaris, nostræ etiam scientiæ κορυφὴ esse debet & apex. Est enim *unum* illud necessarium, *Luc.*10.42. Præclaro igitur & imitatione dignissimo, Majores nostri, instituto, totum quidem anni decursum, tempus verò Paschale potissimùm, meditationi πάθους Χριστοῦ consecrârunt. Et ne S.S. Theologiæ studiosi abirent ἀσύμβολοι, aut pulpita Academica conticescerent, statutis cautum est, ut vel unus saltem, unitatis nomine, Optimo Sospitatori, pro humani generis Redemptione, pridie Paschatis, charisteria persolveret. Quam spartam, publica Facultatis authoritate impositam, sequenti die Sabbathi, Parasceve Paschali, in instaurato Auditorio Theologico, Sapientiæ Collegio vicino, horâ nonâ matutinâ, suscipiet Ornatissimus Juvenis, *D. Philippus Carolus Schuvebelius Tabernæ-montanus*, S.S. Theologiæ studiosus: cui tantò frequentius omnium ἐρωτος σταυρωθέντος, *Crucifixi amoris* discipulorum pollicemur Auditorium, quantò à *quadraginta* ferè retrò annis solennia ista Panegyrica in Theologorum Phrontisterio fuerunt rariora: Nulli dubitantes, optimos quosque, Comunem Deo causam nobiscum esse comendaturos, & lætissima Encænia, pia de Passione Christi, Oratione concelebraturos. P. Heidelbergæ d.25. Martij 1657.

XII.

DEvotionis est a vitæ, eas non in templis tantum, sed & in Auditorijs celebrare festivitates, quas magnum aliquod

Dei beneficium in genus humanum commendat. Etsi enim operosa illa Veteris Testamenti Leiturgia, pridem honestè sit sepulta, magnisque Gentium Apostolus, Christianos judicari nolit in Festorum distinctionibus, libertati tamen Ecclesiæ, non relictum modò, sed & commendatum est sobrie feriari, operáque Dei stupenda, recordatione Sancta enarrare. Judæis tabernaculorum fabricam, arbores oleosas & coniferas fasciculos palmarum, olearum & salicum, quibus ferias suas πενθημεροὰς olim condecorârunt, relinquimus. Cultus rationalis noster est & labiorum fructus sacrificia agnoscimus οἷς εὐαρεστεῖται ὁ θεός: quæ proinde sequenti die Sabbathi, pridie Pentecostes, horâ decimâ matutinâ, in Auditorio Theologico, exolvere parati sumus. Cùm enim ipso Pentecostes festo, Reformata ubique Christi Ecclesia, in memoriam pijs meditationibus sit revocatura τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ, & officij ratio, & laudabile Majorum exemplum Academicum Prodromum à nobis exigit. Dabit eum Ornatissimus Juvenis *Antonius Hornekius*, Baccharacensis, Oratione de Linguis Græca & Hebræa, earúmque in S.S. Ministerio usu. Ad quam audiendam omnes artium Liberalium, bonarúmque literarum Mœcenates, Fautores, Alumnos, qua decet, qua possumus, vel observantiâ, vel authoritate vocamus, invitamus. Heidelbergæ d. 14. Maij a. 1657.

XII.

ANgeli, Cœlestis Exercitus Heroes, tum quòd Saluti eorum, quibus æternum ab æterno est destinatum regnum, inserviant, tum quòd in universa Servatoris nostri Peregrinatione, fidelissimum Ministrorum officium constantissimè fecerint, *Spiritus Ministratorij* rectissimè vocantur. Angelico enim præconio Christus Nazarethæ prædicitur:

Beth-

Bethlemiticis Pastoribus, excubias agentibus annuntiatur; Angelico præsidio in oliveto onere peccatorum nostrorum pressus, erigitur; Angelico denique satellitio in Resurrectione & Ascensione stipatur. Oportebat nempe eos, qui magnum illud pietatis mysterium ἀνακύψαντες desiderabant intueri, non uno tantùm actu, quàm esset hæc Redemptionis humani generis Oeconomia ἄρρητος, observare. Laudabile hoc Beatorum Angelorum exemplum viatores quoque religiosi imitantur. Nam & ipsi distinctis anni vicibus, modò Angelum audiunt Beatam Virginem Θεοτόκον reverenter salutantem, modò Christi in carnem adventum lætabundos annuntiantes, modò passionem & Resurrectionem devotè comitantes, & jam quidem hac revoluta anni præcipitantis periodo aures nostras demulcebit suavissimum Angelorum ruralibus Bethlemiticis, illapsum melos, quo ipsi tanquam primi Evangelistæ, cadaverosæ mundi in malo jacentis, senectæ, sui restitutionem per Messiam significant, & ad pium æmulationis studium, eundem simul excitant. More ergo Majorum jubentibus id ipsum statutis nostris, proximo die Jovis, pridie Natalis Dominici, hoc nati Christi Prot-evangelium, *Luc II. v. 81-5.* ab Angelis expressum, Oratione Latina exhibebit *Iohannes Rodolphus Esslingerus* Tigurinus, S.S. Theologiæ studiosus: ad quam, in Theologico Auditorio, horâ decimâ, audiendam, omnes tum Pietatis, tum bonarum literarum Fautores, Promotores, Amatores, humanissimè rogantur, vocantur, invitantur.

XIII.

ETsi seria & religiosa Festorum Dominicorum observatio, tanquam eximiorum Dei in genus humanum beneficiorum μνημόσυνα S. S. Theologiæ studiosis commendata esse debeant omnia; Pentecostes tamen solennitas propiùs eos at-

attingit. Nam & majestatis plenam Veteris Legis lationem, & miraculosam Spiritûs Sancti in Apostolos Christi effusionem, Linguarumque notitiam exactissimam, tanquam necessarium Apostolis Evangelium toti orbi præconiaturis viaticum nobis in memoriam revocat. Hinc laudatissimo hactenus Majorum more & exemplo Oratio publica, ceu instantis Festi prodromus, ad bonarum literarum studiosos recitata fuit. Quod quidem pietatis officium, die crastino, qui erit 21. Maij, horâ decimâ, in Auditorio Theologico, ab Ornatissimo Juvene, *Antonio Hornek*, Bacchiaracensi S.S. Theologiæ studioso, hac vice exspectabimus. Qui, ut studium pariter suum, & affectum in Linguas probare posset sacras, & pietatem in sancta Antecessorum statuta, non latino modò, sed & brevi adjecto Syriaco sermone ordinarias persolvet τελετάς. Ut verò non dubitamus, quin honorificâ suâ præsentiâ, pietatis & Sacrarum Literarum studiosi laudabiles Oratoris conatus pretio suo & dignitate æstimaturi sint, ita & nos officia vicissim nostra lubenter ijs paratóque animo offerimus. Heidelbergæ 20. Maij.

XIV.

ET longâ, & laude dignâ invaluit consuetudine, ut qui publica exspectant βραβεῖα, publicè etiam certent. Neque enim privatim audiri satis est illos, de quorum profectibus publicè constare debet. Providè ergo Antecessorum legibus cautum est, ut qui tum in reliquis Facultatibus, tum verò & cumprimis Theologica, Doctoris ambiunt axioma, publicis se comendent speciminibus. Hoc se nomine aliquoties Clarissimus Vir, *D. Johannes Henricus Heideggerus*, Tigurinus, Liberalium Artium Magister, & Collegij Sapientiæ Præceptor, Ordinarius, hac ipsa sistet septimana: qui ad Illustris Gym-

Gymnasij Steinfurtensis Professionem Theologicam legitimè vocatus, recepto in Reformatorum Academijs & Gymnasijs Doctoris titulo se muniturus est. Prævijs igitur duobus, quæ intra parietes privatos, feliciter & magna cum laude sustinuit, Examinibus, ad publica progreditur, & die quidem crastino, qui erit 27. Junij, horâ decimâ antemeridianâ, in Theologico Auditorio, ex *Genes.17.v.7.* disseret de Fœdere Dei cum Abrahamo inito: quod quidem exercitium, ut sponte pium invitat Auditorem, ita omnes illos, qui obsequij sacramento legibus nostris sunt obstricti, officij seriò monemus.

XV.

QUod Philosophorum Antistes, Plato, de Geometria sua dicere solebat, Ἀγεωμέτρητος μὴ εἰσίτω; *Geometriæ ignarus nemo* Lyceum nostrum *ingrediatur*, id ipsum, si parvis liceat componere magna, ad publican muneris functionem ita transferre liceat: Ἀδόκιμος μὴ εἰσίτω, *qui probatus*, exploratus, tentatus *non est, non admittitor.* Nempe, ut difficulter imperare potest, qui nunquam obedivit; ita nec docere poterit, qui non didicit. Ut autem, quantum quisque didicerit, publicè etiam constet, providâ legum curâ prospectum est, ut nulli vel ad honorum titulos admittantur, nisi qui sufficientibus suam speciminibus eruditionem probârint. Hac ipsa hactenus via ad publicos feliciter grassatus est honores, Vir Clarissimus, *D. Johannes Henricus Heideggerus*, Tigurinus, Liberalium Artium Magister, Collegij Sapientiæ Præceptor Ordinarius, qui proinde, ut reliquas officij impleat partes, alteram, Σὺν θεῷ, crastino, qui erit 30. Junij, ex *Johannis* cap.1. v.14. habebit lectionem cursoriam; quod monere potiùs Sacrarum Literarum Fautores & Cultores, quàm invitare eos-

dem singularis Clarissimi Canditati jubet dexteritas. Heidelb. d. 29. Junij 1659.

XVI.

INter summa Ecclesiarum Galaticarum ornamenta, illud meritò referri debet, quòd *Jesus Christus ob oculos Galatarum fuerit depictus, inter ipsos crucifixus*; Gal. 3. 1. Nulla hîc vel per somnium fingenda, sive Zeuxis, sive Apellis, sive Parhasij etiam ars, nulla Demetrij aurifabri solertia, nulla aliorum, sive sculptorum, sive pictorum industria: Ἅπαξ ἅπαξ ἐν βεβήλοις. Eam Gentium Apostolus intelligit picturam, quæ Christum Jesum Mundi Servatorem & docentem, & patientem exhibet ad vivum, præconium nempe Verbi, & ὑποτύπωσιν (qua voce ex pictorum arte petita idem utitur Apostolus) ὑγιαινόντων λόγων, quâ Galatæ, Apostoli curâ & studio ita fuerunt imbuti, ut non minùs feliciter Christum habuerint præsentem, quàm si oculis eum usurpâssent. Viderunt, Apostolico depictum penicillo, Dominum gloriæ capite spinis lacerato, & calamis percusso, facie sputis fœdatâ & alapis contusâ, auribus dicterijs & convitijs verberatis, oculis discipulorum & Matris luctu graviter adfectis, linguâ siti perustâ, atque aceto & felle infectâ, corpore nudato, & flagris miserabiliter discisso, eodémque perfossis manibus & pedibus cruci affixo, ac inter latrones suspenso, nervis districtis, & latere lanceâ confosso. Quæ omnia, ut pietatem & devotam passionis Dominicæ recordationem commendare Galatis poterant, ita & nobis, quibus nostra etiam ætate, eadem potiri datum est felicitate, ad seria devotionis excitare debent exercitia. Reddidimus hactenus hæc debitæ gratitudinis vota in templis, eadem pro consuetudine & laudabili Antecessorum exemplo, in Academia etiam offert, Ornatissimus Juvenis, *Samuel Haignetus*, Wor-

Wormatiensis, S.S. Theologiæ studiosus, qui, ἐὰν θελήσῃ ὁ κυριος καὶ ζήσωμεν, pridie Paschatis, die 21. Aprilis, hora decimâ, in Collegio Sapientiæ, de *Petri lapsu & restitutione*, publicè dicturus, & fragilitatis humanæ speculum auditorio sistet, & misericordiæ Divinæ exemplum. Ut ergo bonarum literarum Patronos atque studiosos vel reverenter ad sacra hæc Academica invitamus, vel officij monemus, ita illis τὴν ἀμοιβαῖαν, his omnem benevolentiam & affectum prolixè pollicemur atque offerimus. Heidelb. 18. April. 1660.

XVII.

QUæ Divinus ille Vates, profundus Apocalypseos Scriptor, de septem refert spiritibus, *Apocal. 1. v. 4. Gratia vobis sit, & pax ab eo, qui est, qui erat, & qui venturus est. & à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt*; rectè à Theologis de septem, adeóque, usitato Veteribus loquendi genere, varijs ejusdem Spiritûs Sancti donis explicantur; quo sensu & Vetus Ecclesia cecinit: *Tu septiformis munere.* Unde & Gentium Apostolus: *Discrimina autem donorum sunt, sed unus est Spiritus, per quem alij datur fides, alij donum Sanationis, alij dantur Virtutes, alij Prophetia, alij discretio Spirituum, alij genera Linguarum, alij interpretatio Linguarum:* 1. Cor. 12. Eximia hæc Spiritûs Sancti munera, & numero varia, & gradibus diversa, in Ecclesiam Dei tum ab ipsis incunabulis mundi magna semper fuerunt, tum verò & cumprimis primæ Novi Testamenti Pentecostes festo, quo, quæ longa temporum serie multi antea acceperunt sigillatim, omnia uno eodémque momento μέτρῳ πεπιεσμένῳ in paucos effusa sunt conjunctim; extiterunt maxima. Illi enim, qui origine nec Prophetæ erant, nec Prophetarum filij, non Philosophi, non Linguarum exoticarum, imò ne Hebrææ quidem purioris, Galilæam ægrè balbutientes, gnari,

derepentè Spiritûs S. virtute ita erant armati, ut non Ennij, tantùm, aut Mithridatis exemplo, τρίγλωττοι essent, aut πολύγλωττοι, sed omnium propemodum per orbem usitatarum Dialectorum notitiâ adeò miraculosè imbuti absolutâ, ut hospites undique ob festi solennitatem concurrentes in admirationem rapti exclamârint: *Nonne ecce isti omnes qui loquuntur Galilæi sunt? quomodo igitur nos audimus eos suâ quisque linguâ, in qua nati sumus?* Act. 2. Stupebant meritò miraculo, quo post hominum memoriam, majus vix contigit ullum: hoc enim factum, ut ex idiotis Doctores, ex piscatoribus Theologi, ex obscuris hominibus Philosophorum, totius quinimò terrarum orbis, quem præconio suo brevi occupârunt, evaderent domitores. Dignissima proinde hæc, si quæ alia, à nobis censeri debet festivitas, cui studijs & Linguis sacris dicata juventus, suas etiam impendat meditationes. Unde & laudatissimo Magnorum Antecessorum exemplo, pia obtinet consuetudo, ut in Archipalatinâ nostrâ, pridie Pentecostes, sermo Panegyricus à Theologiæ studioso habitus, calcar addat, facémque ad gratam devotámque Pentecostalis miraculi recordationem subdat. Quod pietatis officium, proximo die Sabbathi, qui erit 9. Junij, horâ decimâ antemeridianâ, Ornatissimus Juvenis, *D. Johannes Abrahamus Marxius*, Meisenheimensis, S.S. Theol. studiosus, in Collegio Sapientiæ publicè reddet. Eos proinde omnes, quibus hæc studia vel curæ sunt, vel esse debent, ad sacram παραστὰν Pentecostalem, vel amicè & peramanter invitamus, vel ratione officij interesse jubemus. D. Heidelbergæ d. 7. Junij 1660.

CAR-

CARMINA VOTIVA, FVNEBRIA, GRATULATORIA

In obitum magni Basileensium Theologi, D. THEODORI ZUINGERI, *&c.*

I.

FALLOR, an hic durus poterat sine labe *Coactor*
Dicier infami, qui THEODORUS erat?
Fallere: Doctori non est injuria nostro,
Cùm, qui ZVINGERUS, sit Θεόδωρος ἀνήρ.
Magnum Δῶρον erat, ZVINGERUS, Numinis: Idem
In caulam Domini compulit arte Gregem.
Ambigis? Utrumque hoc, Cicerone disertius ipso,
WETSTENIUS Doctor asserit atque probat.
Vivito WETSTEINI, longis superesto diebus,
Nosque Tuis studiis perge beare piis.

Scripsit Heidelbergæ d. 6. August. 1655.
JOH. HENRICUS HOTTINGERUS,
Tigurinus.

II.

JOHANNIS HENRICI HOTTINGERI

ἔπος ἀπολυσιμον,

Quo;

Annuo, quem in Inclyta gessit Archi Palatina,

Magistratu abiturus,

Non modò Præstantissimis Doctissimisque

Viris,

DN. JOH. LUDOVICO FABRICIO PALATINO.

DN. JOH. HENRICO HEIDEGGERO TIGURINO;

Cùm summi illis in Philosophia conferrentur honores; Sed & Academiæ de incrementis & publicis solennitatibus, anno præterito magna frequentia habitis, ex animo gratulatur, die 18. Decembris Anno παρθενοδοκίας

1656.

ERgòne, quæ tristi languerunt tempore Musæ
Nicrinæ, fundunt gutture suave Melos?
Ergòne, quæ Sophiæ sex lustris nulla cupido,
Nunc redit in pectus; fœnore læta suo?
Ergòne terra novos producet turgida fructus,
Et ditem segetem semina nostra dabunt?
India quid jactas tua munera? Cede peruste
Sole niger Nicro fertilitate tua?
Thus, myrrham, cannam fragrantem proferat aurum
Indica carnivoro terra remota suo:
HEIDELBERGA tamen fœcundior; atque Sororum
Mater præcedit passibus alma suis.
Si messem geminam, si sparserit India gazas,
Nicrinus molem deprimit, Inde, tuam.
Messem ter geminam Chebron Nicrina reponet,
Doctrinæ fructus cum pietate pares.
Quid Nabathæus Arabs, auri splendore coruscus,
Ostentat merces, divitiàsque suas?

For

Eortior est nostræ virtus Suadæque medulla,
Metropolis multis gratior illa modis.
Allicit hæc [a] Indum, divisùmque orbe Sûecum
Nostro, Germanum, Monticolámque Virum:
Et Danum, Gallum, Batavum: quos fronte serena
Excepit cives, pergit amare suos.
Non Medicos, [b] Medicis satis imposuisse tiaras,
Et fulgere togas, [c] Iustiniane, tuas:
Quærit Aristoteles, quærit veneranda Sophorum
Restitui tandem, Curia, jura sibi.
Expetit & Tigurum, Majorum [d] more suorum,
Præmia, Castalides, digna brabéa suis.
Heröes Iuvenes, porrò, spes gna, probate
Pectore sincero cum pietate fidem.
Vos reliqui in messem curvatam mittite falcem;
Cuique licet: fructum carpere cuique licet.

a Nomen dedit Academiæ D. Christophorus Horstius Batavia Indus Orientalis die 2. Octobr. 1656.

b Doctores Medicinæ creati sunt D. Iohan. Rodolphus Gigerus Tigur. D. Henricus Busz Gröningensis Frisius. D. Iohannes Friderici Northusano-Thuringus. d. 23. Octobr. D. Henricus Martinius Dantisc. d. 27. Novemb.

c Summos in Iure hoc anno honores consecuti sunt D. Antonius Solerus Sigena Nassovius. D. Daniel Fleschius Stolpa Pomeranus d. 7 April. D. Iohannes à Line Bremensis d ult. Septemb. d Vide Colleg nostrum Sapientiæ restitutum p. 82. quibus adde ex Actis Facult. Philosoph. *A. Chr. 1511. IV. Id. Iun. ad Baccalaureatus gradum de via antiqua admissi sunt* 21. ex quibus numero sextus erat Philippus Schvvartzerde de Bretten ὁ *φίλιππος μελάνχθων totius orbis miraculum*, ut quidam ad marginem a. Chr. 1524. scripsit) penultimus verò Iohannes Pfeiffer, de Thurégo.

III.

Præstantissimo doctissimóque D. Iusto DoTzemio, felicissimum Juris & Linguarum Orientalium conjugium ex animo gratulatur.

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS. D.

AN possint Linguæ & Jura una sede morari?
Disceptent veteres, & bona magna negent.
Bartolus & Baldus, rutilantia sidera Legum,
Contemnant Græcos, Abramidásque Viros:
Pergat & ingeminare suis *Accursius*: Eja!
Invia, quid tentem, Græcia tota mihi est?
At tibi, DOTZEMI, Mundi præcordia finxit
Conditor omnipotens, de meliore luto;
Jura tenes, Linguas calles, quid restat, ut omne,
JUSTE, feras punctum, quàm pietatis, Amen?

IVVo.

IV.

Votivum in impetratos honores Doctorales

F.C.D.

JOH. HENRICI HEIDEGGERI, &c.

נציב אהבה
בין
הסומך והנסמך:

SOlvere deberem, fateor, mea vota venusto
Carmine quod magni semper amoris opus:
Quid tamen exspectes privati signa favoris?
Cunctis te, notum est, pectus habere meum:
Plura petis, testésque rogas? Quid? Nonne *Cathedra*
Pileus, amplexus, annulus, ora, probant?

V.

In disputationem Inauguralem

JOH. REINHARDI HEDINGERI.

VEl genus, aut Proavi, vel quæ non fecimus ipsi,
Sic est; vix nostris annumeranda bonis.
Quid juvat ampullas, aut sesquipedalia verba
Fundere de Patrum stemmate Nobilium?
Nomina qui tantùm, qui stemmata jactat Avorum,
Moribus antiquis nec tamen esse studet:
Est macula in pulchro, nigro carbone notata,
Corpore, quæ cuivis conspiciendapatet.
Si tamen accedant virtuti insignia Patrum,
Auro ut pellucens insita gemma micat.
Hæc tua amplexus est, REINHARDE, *hæc gloria avita,*
Est virtutis iter, stemmatis est & honos.
Junger. Majorum virtutem perge tabellis,
Hæc ars, hic summus Nobilitatis apex!

VI.

VI.

In Disputationem Philosophicam Michaëlis Rsrombathi Ungari.

QVid fortuna juvat, si non conceditur usus;
Et quid solum plurima nôsse juvat?
Publica nonne Virum laudant documenta laborum,
Publicam & athletam, nomine Τεραβεῖα manent?
Publica junge tuis certamina sacra profanis
Mi-caël & miles ritè dicate Deo:
Sic tibi, sic Patriæ, reliquis sic usui amicis
Esse potes: nobis gaudia multa feres.

INDEX

A.

Abarbanel in Exegetica Theologia inter Rabbinos excellit. 119

Abrahamo frustra assignatur liber Iezirah. 10. vestigia Δοκιμασίας Abrahami, apud Gentiles & Muhammedanos reperiuntur. 37. ejusdem historiæ verborum & Phrasium examen instituitur, & ad Praxin multiplicem accommodatur p. 38

Academias Iudæi in Babylonia & Palæstina extruebant 217. 287. Babylonicæ erant splendidiores, ceteri tiores. 288.

Accidentia sublatâ substantiâ non plius remanere possunt. 141.

Leo Allatius multa ex Msc. obtrudit alijs, in quæ ob Exemplarium absentiam inquiri non potest. 179. ejus liber de consensione Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ varia expertus judicia. ib. conatus hic Allatij meritò temerarius appellatus. 180. affirmat id, quod totus orbis in dubium vocat. 181. temerarium ejus fuisse conatum probatur. 182. 212.

Allegoriæ in Scripturis dantur, non verò sensus Allegoricus. 59. ijs addictæ Scholæ Iudaicæ. 60. circa tempora Christi & Apostolorum illi ætatis erant familiares, ib. sunt Theoreticæ & Practicæ ib. ineptas Majemonides emollit. 61.

Amor DEI quid Iudæis, & quotuplex sit? 236. in quo consistat. ib.

Angelis Prophetia Enochi tribuit Γυναικομιξίαν. 6. eorum creationem, causam finalem, lapsum, nomina, distinctionem, munia, gradus, prolixiùs Iudæi examinant. 243.

De *Animæ* immortali Essentia, ejus sede, habitibus, morbis, medicina, definitione, Metempsychosi Iudæorum scripta multa docent 244. 245.

Indifferentiam in *Arbitrio*, Adami lapsu homini sublatam negant Iudæi 251. id ad Objectum Naturale & Legale & tendunt. ib.

Arbores Paradisi non omnes frugiferæ. 76. Oriens proceris arboribus abundat 77. an, cujus speciei fuerint arbores scientiæ boni & mali, & arbor vitæ definiri possit? 77. arbor vitæ unde sic dicta 78.

Articuli fundamentales, & non fundamentales. 223. hanc distinctionem inter Iudæos alij admiserunt, alij rejecerunt. ib.

Asino vehi olim non inglorium. 53.

Assyria nomen à beatitate. 73.

B.

Babylonicus Ager totius ferè Orbis feracissimus. 65.

Baithosæi quinam fuerint? 213.

Baptismi vox Græca est 88. ejus Homonymia. ib. apud *Iudæos* erat ordinarius & extraordinarius. ib. apud *Gentiles* initiatorius. 80. apud *Muhammedanos* varius & creber 90. 91. ejus Efficiens *Principalis* executivè Christus, communiter. S.S. Trinitas. 92. *Instrumentales* Ministri ib. ab Ecclesiæ impuræ Ministris peractus ratus habendus. 93. nec iterandus pag. 96. Baptizandi potestas solis competit Ministris, non mulieribus. 97. 98. è Laicis peractus, quando sine repetitione tolerandus vel non 98. 99. ut *Materia*, ita & ejus *Forma* externa est & interna. 101. 102. Baptismi formula à Christo præscripta, à nobis religiosè observanda. 105. nostrum Iudæi iniquè traducunt. 326. Iudæorum Baptismus cum nostro convenit ratione *Efficientis*, *Materiæ*, *Formæ*, *Finis*. *Subjecti*. 326.

Bellum quibus de causis susceperint olim Iudæi? 202. a militia immunes? ib.

Liber *Beth Israel* XII. absolvitur capitibus, quæ recensentur, 220.

C.

Chidekel flumen Paradisi. 71. per Chidekel sive Tigris sive ejus alveus intelligitur. 72.

Christus quo tempore Pascha suum celebrarit? 108. Capite VI. Iohannis de manducatione disserit Mystica. 113. salutaris de Christo Messia doctrina, Iudæis antiquitus proposita, hodie variè corrupta 260. jam ante Christum natum multùm obscurata ib. veræ ejus doctrinæ vestigia in Paraphrasibus extant 260. reliqua sublestæ sunt fidei. 261. post Christum Messiam in cœlum sublatum de ejus Nominibus, proprietatibus, adventu, Nativitatis tempore, loco, Signis, diebus, regno, convivio, victorijs, felicitate, typis plura Iudæi commentati 261. 262. in ejus adventum inquirere hodie prohibent. 263. ejus Parentes, Nativitatem, Miracula, Discipulos, Doctrinam virulenter ijdem aggressi. 264. rarò de Messiæ Effectis sobriè loquuntur 265. blasphemiæ in Christum à Christianis accusati, eas vel subdolè omittunt vel palliant ib. à Christianis sæpe, Iudæorum calculo accedente, Christus noster verus Messias probatus. ib.

Circumcisio Iudaismi est character. 324. causa ejus Efficiens *Principalis* & *Instrumentales*. 325. *Materia*, *Forma*, *Finis*, *locus* & *Tempus*. 324. 325.

Cœna unde dicta. 106. Sacram Cœnam variis Orientales & Occidentales nominibus exprimunt. 107. 108. Christus Ioh. cap. VI. non agit de Cœna sed de manducatione Mystica. 114. Solius Ministri est Cœnæ consecratio, non vero ejusdem distributio. 116. eam Minister sibi communicare potest. ib. Materia ejus vel externa vel interna. 117. panis in ea vel Azymus vel Enzymus retineri potest. 118. 119. calix Laicis non subtrahendus 120. nec vinum aquà miscendum. 121. distincta utrijusque Symboli sit participatio.

10. 122. ineptiæ impietates pontificiorum circa doctrinam, de Cœna Domini 148. 159. 151.

Cœnæ verba, *Hoc est corpus meum*, perquam sunt vexata. 125. contenditur circa *subjectum* Hoc. 125. circa *copulam*, Est. 126. circa *prædicatum*, *corpus meum*. 126. Particula Enim cur inserta. 127. ad genuinum horum verborum sensum multùm facit notitia Linguarum Originalium, & cæterarum Orientalium. 127. 128. nec non Historia Iudaica. 131. 132. Christiana. 137. Grammatica. 141. Rhethorica. ib. Logica. 143. Tropus in copula Est rectè collocatur. 150. cur Tropicè hæc Christi verba intelligenda? 150. 151.

Confessio [illegible] *peccatorum* publicam & privatam, liberam tamen, Iudæi admittunt. 253.

De *conjugio* [illegible] [illegible]uitate, necessitate, præstantia, fine, causis conjugij, alijs multa [illegible]quuntur Iu[illegible] 27.

Creationem Iudæi inter opera Dei primo ponunt loco. 244. Disputant ij, [illegible]nus, an duo fuerint creatores. ib. an res aliquæ ante orbem conditum extiterint ib. posteriores Rabbini novitatem mundi creati evincunt. 242. quinam in Creationis Historiam commentati? ib.

D.

Danielem propriè dictum Prophetam fuisse, quidam ex Iudæis negant. 231. quidam eum vindicant 232.

Decalogus pro ratione Objecti in duas partes distributus. 230. non tamen omnia fundamentalia exprimere formaliter, Iudæi pertendunt. 230.

Dei notitiam homini necessariam Iudæi asserunt. 135. sed ea, quæ infirmitati nostræ conveniat. ib. *Dei cultum* soli Deo ita vendicant, ut tamen Defunctorum intercessioni aliquem relinquant locum. ib. ejus *nomina* distinguunt in Essentialia & Accessoria. 237. Essentiæ Dei *simplicitatem* adstruunt. 238. Ejus *Attributa* in Affirmativa & Negativa dividunt. 238. Attributa ab Essentia differre, nec tamen multiplicitatem ex ijs inferri. 239. *Trinitatem* non admittunt ijdem. 240.

E.

Ecclesia Iudaica turgida, eò quòd Deus eam exclusis Gentibus vocârit. 266. 268. accessione ad Christianismum illi multùm decessit. 269. calamitates variæ eam attriuêre. 269.

Eleemosynæ publicæ & privatæ necessitatem, Effecta, & modum Iudæi magnis decorant Encomijs. 258.

Eliæ Prophetæ non est vaticinium de sex mille mundi annis. 35. nec ejus Epistola [illegible] Ioramum Canonis perfectioni quicquam derogat, hoc cultui sanctorum favet. 36.

[illegible] scripta tribuuntur sacra & profana. 3. Libri *Æthiopici* de Mysterijs Cœli

& Ter-

& terræ Author Enochus non est. 3. 4. 5. Prophetiæ ejus ἐγγράφοις Patrum non pauci vel directè vel indirectè susceperunt patrocinium. 5. alij ex ijs id negârunt. 6 ejus Prophetiam ad Christum usque παραδόδοτον fuisse probatur. 6. falsitatis & ex re, & ex stylo convincitur. 6 7.

Essenorum mentio in profanis & Ecclesiasticis scriptoribus, nulla verò in sacris. 216. secta erat innocentissima. ib. practicis vitæ austeræ exercitijs vacavit. 216.

Euphrates Paradisi fluvius. 72. à fertilitate Regio hæc Euphratæa nomen habet. 73.

Ezechielis rationem Prophetandi Iudæi statuunt Parabolam. 2

E.

Fabulæ Iudæorum πεπλασμέναι. 1.

Festa Iudæorum distinguenda in ἄγραφα & ἔγγραφα. 329. Festa hebdomadaria, menstrua anniversaria, imprimis Expiationis & Intermissionis, quomodo celebrata. 329. 330.

Fluvij Paradisi, quinam fuerint? 66. 74.

Fœderâ cum infidelibus Iudæi negant ineunda. 306.

Fractio panis in S. Cœna necessaria. 132.

G.

Gaulonitarum obscurum nomen. 215. Politiam & Synagogam turbârunt. ib.

Gentilibus salutem Patres addixerunt. 170. Zuinglius vindicatur. 172.

Gichon, fluvius Paradisi, quinam? 70.

Grammatica quid conferat ad accuratum examen verborum Hoc est corpus meum? 141.

Græca Lingua Dialectis & puritatis gradu variat. 208. ejus tres observantur species. ib.

Græci. Græcam Ecclesiam cum Latina perpetuò consensisse Leo Allatius contendit. 179. dissensus Græcorum & Latinorum probatur. 1. Contranti utriusque Ecclesiæ praxi. 182. 2. Theoria seu Testimonijs. a. Latinorum. 183. b. Orientalium etsi Pontificiorum. 186. c. eorum, qui conciliationem facilem fore statuunt. 186. d. Græcorum. 188. 3. magnis injurijs, de quibus mutuæ Græcorum & Latinorum de se invicem sunt querelæ. 190. 4. Multorum, pro sancienda concordia, quæ non fuit, studiis. 190. 5. Incommodis ex illo dissidio exortis. 196. 6. Prærogativa Reformatorum, cum quibus facilius consentiunt, quàm cum Pontificijs. 197. Iudæorum & Muhammedanorum calculo. 199. 8. Experientiâ hodiernâ. 19. Objectiones in contrarium diluuntur. 201. Dissensus capita ab ipsis Græcis & Latinis ostenduntur circa. 1. vocem Papæ. 2. efficaciam Ministerij. 3. Cœnam

nam Domini. 4 Communionem sub utráque specie. 203. 5. Panem Azymum. 6. Ignem Purgatorij. 204. Indulgentiarum mercatum. 205. 8. Imagines. 9. Confessionem Auricularem. 10. Chrismatis. 11. Sacra Linguâ vernacula administranda. 206. 12. Primatum Papæ. 408. 409.

H.

Hagiographa Iudæis non Materiæ, sed Formæ respectu à Prophetijs distinguuntur. 232.

Herodiani Hebræis non planè ignoti. 215. turbas dederunt Politiæ & Synagogæ. ib.

Circa [illegible] *Hierusalem* etymon rationes reperiuntur alienæ, malitiosæ, incertæ, probabiles. 63. de ejus nomine, Origine, situ, regiminis varietate, situ, nobilitate, [illegible] in eo ædificijs & rebus. 319. 320.

Homo Creaturarum eminentissimus. 4. de ejus perfectione, creatione ad similitudinem Dei, officio, lapsu, morte, fusiùs agunt. ib.

I.

Iacobi, Patriarchæ, filij non authores *Testamenti*, quod sub eorum nomine circumfertur. 12.

De *Idololatriæ* origine, speciebus, distinctione imaginum, supplicis & utensilibus Idololatrarum, κρησφυγέτοις in genere multa in Hebræorum scriptis extant. 275.

Iehovæ nomen nec pronunciare Iudæis, nec delere licet. 238. ei miracula tribuunt ib. quo sensu creaturis tribui possit ib.

Iejunia Iudæi crebriùs suis commendant & frequentiùs celebrant. 258. illa inferiori loco habent, quàm virtutes. ib. ordinaria habent & extraordinaria. 333.

Liber *Iezirah* antiquus. 9. eum frustra Abrahamo adscribunt ib.

Iosuæ Chronicon Samaritanum ratione Objecti partialis rectè attribuitur. 18.

Iudæi fabulis σεσοφισμέναις dediti & rixis Genealogicis. 1. 2. eorum Historia ad institutionem Cœnæ Dominicæ rectè percipiendam plurimùm confert. 131. quas habuerint Academias. 217. præ se omnes contemnunt. 266. Pontificiorum dogmatibus graviter offenduntur. 267. Karræos damnant. ib. Samaritanis insultant. ib. Muhammedanos clam traducunt. ib. inter se variè divisi. 268. eorum conversionem optimi quique sperant. 271. Iudæi eam rident. ib. infensissimi sunt transeuntibus ex eorum castris ad nos. 271. studijs dediti Philosophicis. 288. Iuridicis. 290. Medicis ib. Historicis. [illegible] Theologicis. ib. eorum Regimen erat 1. Oeconomicum 2. Theocraticum. 3. Monarchicum. 296. quendam à Messiæ temporibus Iudæum adhuc superesse, antiqua fabula est. 309. sunt rapaces. 310. fœnori addicti. ib. sumptuosi in Hispania. ib. quæ vel quoad Elenchum, vel

quoad

quoad Casus Conscientiæ, vel quoad Historiam circa Iudaismum observanda. 335.

Iudicium ultimum Iudæi certum statuunt, nulli tamen mortali notum. 173.

Iuramento Iudæi multùm deferunt. 259. apud illos multa occurrunt juramenta ib. eo controversias dirimendas affirmant, sed cum aliquo discrimine 259. per creaturas non jurant ib. temeraria tamen illis sunt frequentia ib.

K.

Karræi malè confunduntur cum Sadducæis. 213. 214. rejecerunt Traditiones ib. in quibus à Rabbanitis dissentiant. ib. horum magnus numerus in Oriente, Transsyluania, Polonia. 215. in eorum manibus [illegible] Christo & ejus discipulis scripta ἀνέκδοτα ferunt. 216.

L.

Labbæus [illegible] convitiatur Reformatos & Pontificios, præclarè de re literaria [illegible]tos. 171. traducit Zuinglium quòd Gentilibus salutem addixerit. 172. suorum hic priùs debuisset expurgare stabulum. ib. insultat Trithemio, Bellarmino, Miræo, Possevino, Gerardo, alijs. 174. Cl. Hottingero in specie exprobrat, quòd scripta supposititia Authoritativè tantùm falsitatis conviceri. 174. quòd sæculo IX. nomen infelicis tribuat. 175. quòd in Historia Ecclesiastica ex modernis tantùm sua depromat atque confirmet. 175. ad quæ breviter, sed sufficienter respondetur. ib. 176. 177.

Legem Iudæi docent perfectam necessariam, immutabilem. 228. observatoribus non tantùm corporalia, sed & æterna promittere. 228. ejus præcepta quomodo distinguantur. 229.

Levitæ Sacerdotum Adjuncti erant 280. horum officium. ib.

Lignorum non ubivis eadem copia & usus. 56.

Logica quid conferat ad genuinum verborum Christi Sacramentalium sensum eruendum. 143.

M.

De *Magiæ* definitionibus, speciebus, nominibus, subsidijs vocibus, sententijs, incertitudine, prolixi sunt Iudæi. 276.

Magistratus Iudaici cura quænam pacis bellique tempore? 304. requisita Iudicum. ib. quæ leges. ib. quot suppliciorum genera. 305.

Maimonides in Theologia Topica Iudaica excellit. 219.

Manducatio Oralis. De ea Christo non est sermo Iohannis cap. VI. 114. impugnatur à Patribus Oralis Manducatio. 137.

Melchisedeci nomen quale? 159. 169. quis fuerit? 160. utrum nomen ejus proprium an appellativum. 162. quo nomine Rex Salemi vocatur? 163. ex Actu ejus Regio Sacrificium Sacerdotale nec erui nec prædicari potest.

167. ejus exemplo malè communis statuitur Religio, in qua omnes salventur. 169.

Metaphysica quid præstet circa genuinum verborum S. Cœnæ sensum? 156.

Ministerio Ecclesiastico competit nomen ἔργου καλοῦ. 82. ejus necessitatem asserunt argumenta absoluta. 82 83 comparata. 85. Ministri non sunt Sacerdotes. 86. vocabulum *Moriah* unde? 47. circa hoc nomen nimiùm Allegorijs indulget Cornel. à Lapidè. 49.

Mortem Iudæi agnoscunt moralem & naturalem. 271. Sanctis mortem osculi tribuunt. ib. quæ ad Antecedentia & consequentia mortis referant ijdem. 27[illegible]

Mosi [illegible] varij ascribuntur librj. 13. maximè Lex ἀγραφος. 15. sed omn[illegible] [illegible]. 5. 16. variæ super reliquos Prophetas ei asserunturprærogativ[illegible]

O.

Oculo corporis æquè minùs homo carere potest, ac Ecclesia Ministerio. 35.

Oeconomici status columna est conjugium. 307. vitæ ejus rationem, modum quærendi victum, quomodo Iudæi describant. 310 311.

Operum bonorum studium vehementer Iudæi urgent. 254. opera supererogationis damnant. ib. illorum imperfectionem non ignorant. ib. majorum meritis plus quàm suis tribuunt. ib. effecta commendant. ib. intentionem operi exæquant.

P.

Paradisi vox unde originis ratione sit accersenda? 62. an vox [illegible] per Paradisum rectè reddatur? 63. varijs modis apud scriptores Ecclesiasticos & profanos sumitur. ib. ubi olim conditus fuerit Paradisus. 64. qui ejus fluvij? 66. 74. quo die conditus? 74. is eadem nec substantiali, nec Accidentali perfectione ampliùs superest. 75. 76. an omnes ejus arbores frugiferæ? 77.

Pascha Christus eodem cum Iudæis tempore non celebravit. 109. sed tempore lege definito. 111. apud Iudæos duplex, magnum & parvum. 110. 330. quænam causæ diversitatis celebrandi Pascha. 111. 112. cœna in eorum Paschate malè constituitur duplex. 131. quæ ceteræ ceremoniæ eorum Paschales. 330. 331.

Patres docent verba Christi Tropicè esse intelligenda. 137. ut & manducationem corporis Christi non oris sed cordis. ib. corpus Christi ab infidelibus non comedi nisi in symbolo. 188.

Peccata Hebræi emphaticis nominibus exprimunt. 248. ea dividunt in primum & a primò ortum. ib in Originale & Actuale. 249. in leve & gravè &c. in Hypothesin adhuc Iudæi fovent, unicum peccatum commissum reliquorum bonorum operum perfectioni nihil derogare. 250.

Pentecoste quæ die celebrata. 331. dicta solennitas Messis & primitiarum. ib.

Pram

Pfaff vocabulum usu & origine honorificum unde sic dictum? 81.
Pharisæi à pietatis specie, & vita separata sic dicti. 215. sanctimoniæ externæ specie plebis præstrinxerunt oculos. 215. una hæc secta hodie superest ex Iudaicis, numero & scriptis valens ib. eorum Theologia per mille annos fabulæ erant elaboratæ. 217. postea ad studia Exegetica sese applicuerunt, sed diversimodè. 218.
Philosophia suas etiam contribuit partes ad genuinum verborum Christi Sacramentalium examen. 141. per hanc ad Christum Gentiles duci, Patres docuerunt. 170.
Pischon fluvius Paradisi 66. ita dictus ab aquæ copia, vel ubertate salicum. 69.
Pœnam peccati generalem Iudæi statuunt mortem. 25[illegible] parer[illegible]ccata in filiis sæpe puniri ib. Corporis esse & animæ ib. [illegible]nes ab impioru[illegible]enis distinguunt. ib.
Pœnitentiam [illegible]ratione Antiquitatis munde[illegible]ratione, [illegible] pietati Iudæi præferunt
[illegible] originem, usum, necessitatem, præstantiam, Effecta commendant. 253. nullam, modò sit seria, respuunt. ib.
Pollutionum Iudæi undecim numerant species. 327.
Preces Iudæi suis seriò inculcant. 255. varia illis nomina imponunt. ib. quæ precum requisita à suis exigant. 256. certas earum formulas constituunt solum Deum directas. 256. privatis publicas præferunt. 257. particulæ Amen vim magnam tribuunt. 258. vices precandi alijs committunt. ib.
Prophetiæ origo antiquissima. 230. de forma, modo, subjecto, differentia, Prophetia Gentilium prolixæ inter Iudæos disputationes. 231.
Providentiam Dei negantes graviter Iudæi reprehendunt. 245. varijs probant rationibus maxima, medioxima, minima, bona & mala ei esse subjecta. 246. eam distinguunt in generalem & specialem. ib. influxum ejus generalem potiùs, quàm specialem urgent. ib. quomodo concurrat cum fortuitis eventibus, termino fatali. 247. Fatum stoicum, & Astronomicum evertunt. 248.
Pseudomessiæ multi Iudæis imposuerunt. 262.
Purgatorium Iudæi modò refellunt, modò incautè astruunt. 275.

R.

Regimen Iudæorum erat varium. 296. post captivitatem illud etiam exteri in Iudæos tenuerunt. 298.
Regis apud Iudæos electio quomodo peracta. 298. ejus pœnas. 299. Aula Regis quomodo constituta. ib. subditos fraternè excipere debent. ib. qui ritus circa Regem eorum moriturum. 300.
Religio universalis in qua omnes salventur non datur. 169. ea tamen opinio insedit animis Iudæorum, Turcarum, Christianorum etiam quo[illegible] 170.

Resurrectionis necessitatem Iudæi rationibus probant, similibus illustrant, signis excitant. 273. negant eam solius Dei esse opus. ib. alij omnes, alij pios tantùm resurrecturos agnoscunt. 73.
Rhetorica, quis sit Tropus in verbis Christi Sacramentalibus, ostendit. 141.
Rituale Iudæorum, quas exhibeat Leiturgias? 312.313.314.

S.

Sabbathum superstitiosè magis, quàm religiosè Iudæi observant. 329.
Sacerdos olim in Templo vel summus, vel subordinatus. 277. quæ differentia inter eos? 278. utrorúmque officium. ib. 279. quales habuerint reditus? 281
Quæ c[illegible] Technologica observanda? 320. causæ eorum tum inter[illegible] ijs, quæ sacrificia oblata, quæ frugis? 321.322.
Sacrificium Missaticum [illegible] Genesis IV. v. 18. erui aut probari non potest. 167.168.
Sadducæi infames ubique. 213. quamvis Hæretici, ad Pontificatum tam non ant admissi. ib. an hodie supersint, difficile est conjicere. ib.
Samaritanorum Theologia ex Chronico Samaritano nobis constat, & quidem. 1. Exegetica. 18. 2. Topica quoad dogmata. 19. ritus 26. & regimen. 29. 3. Historica, tum domestica. 30. tum extranea. 34. olim ij erant florentissimi. 215. hodie res eorum plánè attritæ. ib.
Sanctorum invocationem Iudæi damnant. 256. ab ea tamen prorsus se purgare non possunt. 257.
Schalem in Scriptura duplex occurrit. 163. quo nomine Melchisedekus Rex Schalemi? ib. Salem qua ratione commutatum in Hierusalem? 163.
Scholas Iudæi habuerunt jam ab ipso Adamo. 285 distincta quoque in ijs munia. 292. quæ stipendia? 294. quæ pro sedibus certamina? ib.
Scribæ sunt ijdem sæpe, qui Pharisæi. 216.
Scripta supposititia sunt vel subjectivè vel objectivè talia. 2.
Synagogæ Iudæorum, ubi extructæ? 283. singulæ gentes suas habuerunt. ib. e[illegible]is Ministri. 284. an & quatenus inter Christianos concedi possint? 285.
Synearum apud Iudæos quotuplex? 301. Locus ubi conveniebat. 302. ejus Præsides, Assessores. ib.

T.

Talmudicorum studiorum vestigia in scriptura reperiuntur. 2.
Talmud Gemarah & Mischnah constat. 234. res sæpe Talmudis impiæ, non tamen [illegible] inutiles. 235.
Templi Ministri quinam? 277. ejus reditus. 281. *Hierosolymitanum* erat duplex. 3[illegible]7. partes ejus generales tres. ib. de vasis ejus. ib. ejus devastatione & cantis. 318.

Tentationes veniunt à Deo. 40. sunt vel probationis, vel seductionis. ib.
Theologia Iudæorum est vel *Topica*. 218. vel *Exegetica*, vel *Ritualis*, vel *Historica*. vel *Kabbalistica*. 219. tractanda Theologia Topica Methodum secuti sunt Scholasticam. 223. eam distinguunt in Naturalem, quæ vel insita, vel acquisita, & Supernaturalem. 225. ratione Objecti Theoreticam esse & Practicam. 226. quibus partibus absolvatur. 228. sensum literalem acriter defendunt Iudæi, omnia tamen Allegorijs involvunt. 232. Scripturæ integritatem, perfectionem, lectionem promiscuam asserunt. ib. traditiones propugnant. 233. Theologiæ partes duas constituunt notitiam Dei ejusq; cultum. 235. quid sentiant Iudæi de Dei Nominibus. 237. Essentia, Attributis. 238. 239. SS. Trinitate. 240. Præscientia Dei. Creatione 241. &c.
Theologia ad Praxin revocanda. 123.
Transubstantiatio ex ipsa Philosophia sobria convellitur.

U.

*Vectura*rum [illegible]ntis olim & nunc varia genera. 53.
Verbum De. ἐγγεγραφον acriter defenderunt Karræi. 214. ἄγραφον mordicus propugnârunt Pharisæi. 217.
De *Vita æterna* confusè Iudæi loquuntur. 274. dari in ea gradus asserunt. ib.

Z.

Zindikæ sunt Sadducæi, Epicuri de grege porci. 213.
Zuinglij Phrasin, ater an albus sit, purgat Grammatica. 141. Calumniæ ei impactæ sunt vel leviores, vel graviores, vel doctrinam, vel vitam concernunt. 171. has refutavit ipse Zuinglius, alii. ib. quam Religionem Zuinglius fuerit professus? 172. Gentilibus salutem addixit conditionaliter. ib.

INDEX

INDEX DISPUTATIONUM

quarum omnes, præter VII. *Heidelbergæ* habitæ, annexis *Respondentium nominibus*.

Disp. I. de Prophetia Enochi 1. Decemb. 1660. Resp. *Joh. Abrahamo Marxio*, Meisenheimio-Bipontino.

Disp. II. de Δόκιμασία Abrahami 3. Jul. 1661. Resp. *Johanne Andreæ*, Bremensi.

Disp. III. de Paradiso. 26. Jul. 1660. Resp. *Joh. Theodoro Keucheolbergâ*-Juliaco.

Disp. [illegible] e Ministerij Ecclesiast[illegible] [illegible]. Maij 1661. Resp. *Jo. Jeremia* [illegible] *lio*, Hagâ-Batavo.

Disp. V. de Baptismo. 26. Januar. 1660. Resp. *Wilhelmo* [illegible] *Veidmanno*, Montano.

Disp. VI. de S. Cœnæ causis, d. 20. Febr. 1660. Resp. *Abraham Andreæ*, Dantiscano.

Disp. VII. de sensu verborum: Hoc est corpus meum. Tig. 26. Apr. 1654.

Disp. VIII. de Melchisedeko, d. 9. Febr. 1661. Resp. *Conrado Schumann*, Mœno-Francofurtensi.

Disp. IX. seu Leo Allatius, nimiæ temeritatis convictus. 26. Octobr. 1661. Resp. Ottone Corn, Bremensi.

F I N I S.